UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum exemptione ab ordinaria iurisdictione

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium Declarationibus illustratus ; omnibus in judicio Civili & foro Ecclesiastico versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

urn:nbn:de:hbz:466:1-61886

Visual Library



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th. 4759.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. II
30

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ERASMI à CHOKIER
IURISCONSULTI LEODIENSIS,
TRACTATUS ABSOLUTISSIMUS
DE
JURISDICTIONE ORDINARII IN EXEMPTOS,
DEQVE ILLORVM EXEMPTIONE AB ORDINARIA JURISDICTIONE,
MULTIS PONTIFICUM DECRETIS, ET SS. Congregationis Eminentissimorum Cardinalium Declarationibus illustratus, omnibus in judicio Civili & foro Ecclesiastico versantibus perquam utilis ac necessarius, in duos Tomos ab ipso Auctore distinctus.

Quibus hâc tertiâ correctiori Editione accessit

TOMVS TERTIVS,

COMPLECTENS VARIAS AC PERUTILES ADDITIONES, NEC non Sacræ Rotæ Romanæ Decisiones novissimas, summâ diligentiâ collectas, singulariqve Methodo ac ordine collocatas.

Curâ & studio

JOANNIS PETRI VERHORST,
COLONIENSIS,
J. U. D. ET PROTHONOTARII APOSTOLICI.

Cum gemino Indice, una Quæstionum, altero Rerum ac Materiarum.

Collegii Societatis JESU Paderbornæ 1691

COLONIÆ AGRIPPINÆ.
Sumptibus Hæredum JOANNIS WIDENFELDT, & GODEFRIDI de BERGES, Anno 1684.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

AUCTORIS AD LECTOREM EPISTOLA.

STudii & componendi hujus Tractatus LECTOR occasionem mihi dedit frequens illius in omni foro occursus. Tota enim Europa, quæ Catholicam agnoscit religionem, abundat Religiosorum familiis, Canonicorum Collegiis, aliis denique personis, quæ diversis Exemptionum privilegiis, Jurisdictionem Ordinariam quadamtenus elevant. Sed & forum Jurisdictione ordinaria sæculare non paucas agnoscit exemptiones. Quis enim in Imperio nescit Austregas? in aulis Principum aulicos? Denique apud Monarchas & in togata armataque militia varios esse ordines, qui ordinariæ Iurisdictioni laicæ, (cui alioqui immediatè subessent) jugum non submittunt? hinc varii olim & adhuc quotidie utroque in foro casus exurrexerunt, quorum decisio eò difficilior adhuc visa fuit, quòd hactenus nemo quisquam fuerit, qui hanc materiam per jura utriusque Scholæ Doctorumque nostrorum hypomnemata dispersam in ordinem & unum veluti fascem studiosè collegerit. Id cum successivis pro re nata temporibus & casibus in celebri præsertim Leodiensium foro enascentibus, non una pertica, ut dicitur, sed distinctè ac sigillatim tractassem, complacuissemq;, deterruit me nihilominus ab editione plebeius ille & rudis sermo, quo nostri rerum forensium periti utuntur, quorum vestigia sequi me par fuit, ne cacozelus solus inter rot inaffectatè loquentes viderer. Quanquam sanè *non opus est verbis*, ut inquit

quit Cicero, *dum res cujus causa verba quæsita sunt intelligatur*, Itaque satis sit non incidere in Censuram, de qua Horatius:

Reprehendite quod non
Multa manus & multa litura coercuit, & quod
Perfectum decies non castigavit ad unguem.

Sed enim hunc laborem nostrum furtivis, ut dixi, horis susceptum, æquum & bonum Lectorem, cui ut autumo usui ille nonnunquam erit, boni consulturum puto, præsertim cùm non careat multis diversisque casibus, jam ab ipsis viginti & amplius annis in Dicasterio Leodiensi sub æquissimis integerrimisque Officialibus Ioanne Dullardo, & Ægydio de Glen. à me non indiligenter observatis. Si quid porrò, *benigne Lector*, obscurius dictum aut omissum reperias, suppletum id habebis in Scholiis meis *ad Constitutionem Concilii Lateranensis*, hasce exemptiones modificantem, quæ jam secundo tomo sunt typis edita. Interea, siqui sint qui studium hoc meum subsannent, non sum æquior Bartholo, acutior Baldo, tersior Fulgosio, purior Alciato, clarior Paulo, & Sazio, quos tamen omnes optimè alioqui de utroque jure meritos, quis non videat ab leguleis & indoctis quibusdam illius ævi Libri perdis reprehendi atque velleari?

Itaque,

Qui velit invideat, seque hoc mœrore fatiget:

Tu verò quisquis es, *benigne Lector*, hoc opere tibi, ut spero, compendioso, utere, ac fœliciter vale.

INDEX

INDEX QUÆSTIONUM TRACTATUS DE JURISDICTIONE ORDINARII IN EXEMPTOS, DEQUE ILLORUM exemptione,

PARS PRIMA.

Concernens originem, diffinitionem & generales exemptionum causas.

1. Quid sit exemptio, & unde illius origo.
2. Qualiter dividatur.
3. Quis possit eximere.
4. Jus exemptionum, an sit favorabile vel odiosum.
5. Dispositione generali, an comprehendantur exempti.
6. Exemptio, an præscribatur.
7. An sit necessaria scriptura ad exemptionem.
8. Exemptio, an & qualiter probanda.
9. Quibus verbis concessa probetur exemptio.
10. Census solutio, an arguat exemptionem.
11. An valeat exemptio non inserta clausula derogatoria non obstantibus.
12. In concessione exemptionum, an sit necessaria citatio ordinariorum.
13. Exemptio concessa simpliciter, an eximat universaliter.
14. In exemptione suarum Ecclesiarum quænam comprehendantur.
15. Quid sit lex diœcesana, & lex jurisdictionis.
16. Monasteria an sint exempta.
17. Sintne aliqui ordines exempti.
18. Prothonotarii Apostolici, an sint exempti.
19. An oblati religionibus exempti.
20. Apostata religionis exemptæ, an retineat privilegium.
21. Ordinati a Papa, an sint exempti.
22. An beneficiati per Prælatos exemptos.
23. Exemptis canonicis, an capitulum exemptum, & exempto capitulo, an singuli Canonici.
24. Quid de canonicis ad effectum.
25. Exemptus habens jus sibi à privato cessum, an gaudeat exemptione.
26. Continentia seu commotio causæ subditi cum exempto, an reddat exemptum, & an continentia causæ fundet jurisdictionem judicis exemptorum.
27. Scholares & alia universitatum supposita, an sint exempta.
28. Exemptus à jurisdictione legati, an sit exemptus à jurisdictione ordinarii.
29. Utrum vidua exempti sit exempta.
30. An familiares exemptorum sint exempti.
31. An hospitalia.
32. Officiales Papæ & curiales an exempti.
33. Hospitalarii, Templarii, Cistercienses, an exempti.

34. Jus

34. *Jus exemptionis an cedi possit.*
35. *Ecclesiæ exemptæ, an gaudeant centenaria præscriptione Rom. Ecclesiæ.*
36. *Exemptus ædificans in loco non exempto Ecclesiam, num acquirat illius exemptionem.*
37. *Exemptio, an augeatur aucto exempto.*
38. *Exemptio, an extendatur ad futura.*
39. *De Conservatoribus.*
40. *An Prælati exempti gaudeant privilegio cap. fin. de pœnis.*
41. *An Episcopi, Archiepiscopi, immediatè S. Sedi sint subjecti.*
42. *An portio exempti accrescat non exemptis.*
43. *Exemptis monachorum collis, quid nomine cellarum comprehendatur.*
44. *Exemptus contra exemptum, an utatur privilegio.*
45. *An exemptus possit esse arbiter.*
46. *An exempti possint esse tutores.*
47. *An fidejussores.*
48. *An edictum de alienatione Jud. muti caus. facta vigeat in Exemptis.*
49. *An valeat Exemptio surreptitiè obtenta.*
50. *An & quatenus Concilium Trident. derogare censeatur exemptionibus.*

PARS SECUNDA.

Tractans Judicialia.

1. *Episcopus, an sedere pro tribunali possit in quovis loco suæ diœcesis etiam exempto.*
2. *Legatus an Jurisdictionem habeat in Exemptos.*
3. *In impetratione rescripti contra exemptum, an facienda sit mentio exemptionis.*
4. *Exemptus, an conveniri possit ex l. diffamari C. de ingen. & manumiss. coram Ordinario.*
5. *Exemptus agendo, an forum rei coram Ordinario sortiatur.*
6. *Exemptus citatus coram Ordinario, teneaturne comparere & allegare suam exemptionem.*
7. *Exemptus à jurisdictione, an eam prorogare possit.*
8. *Remissio exempti ad suum Judicem, cujus sint expensis.*
9. *Exemptus, an condemnandus in expensis ob non exceptionem sui privilegii.*
10. *Exceptio exemptionis, an opponi possit post litem contestatam.*
11. *Judices exemptorum, an possint prorogari per non exemptos.*
12. *An Ordinarius oppositâ exemptione cognoscat, an sibi jurisdictio competat.*
13. *Cujus sit de quæstione exemptionis cognoscere.*
14. *Commissa Ordinario causa exempti, an illius jurisdictio censeatur excitata vel delegata.*
15. *Exemptus, an privilegio gaudeat, antequam illius habeat notitiam.*
16. *Quid si pendente lite coràm Ordinario concedatur exemptio.*
17. *Exemptio si pendente lite revocetur, an lis ad Ordinarium revertetur.*
18. *Instantia cœpta contra exemptum, an transeat in illius hæredem non exemptum.*
19. *Quid è contra, an instantia contra non exemptum coram Ordinario inchoata, transeat in illius hæredem exemptum.*

20. *In-*

20. *Inventarium bonorum exempti coram quo Judice faciendum.*
21. *Finita exemptione, an convenirì quis possit coram Ordinario de gestis tempore exemptionis.*
22. *An ab exempto agente coram Ordinario reus exigere possit cautionem.*
23. *Qualiter in judicio probari debeat exemptio.*
24. *Exemplaria exemptionum qualiter authenticentur.*
25. *Pendente lite super exemptione, an exemptus adversus Ordinarium in possessione exemptionis manutenendus.*
26. *Libellus seu articuli in causa exemptionis quales esse debeant.*
27. *Privilegium exemptionis, an totum, an verò illius pars controversa tantum edi debeat.*
28. *Exceptio exemptionis proposita in vim peremptoriæ, an statim, an vero post litis contestationem reservanda.*
29. *Exemptus agendo coram Ordinario, an coram eodem & conveniri possit.*
30. *Exempti agendo coram Ordinario, an teneantur servare ordinationes & statuta Judicii.*
31. *Confessio exempti coram Ordinario, an & præjudicet.*
32. *Exemptus litigans coram Ordinario, an jurare possit secundùm suam mentem & non illius cui juratur.*
33. *Exempti, an testes esse possint coram Ordinario.*
34. *Exempti, an ab Ordinario cogi possint ad testimonium.*
35. *Exemptus deponens falsum coram Ordinario, an ab eo puniri possit.*
36. *An exempti possint judicialiter intervenire pro suis hominibus seu subditis.*
37. *Interveniens, an causam ad suum forum trahere possit.*
38. *Ordinarius coram quo res fuit ducta, poterítne cognoscere circa interesse inter emptorem & exemptum venditorem cui lis fuerat denuntiata.*
39. *Excommunicatus sub conditione si postea eximatur, an veniente conditione ligabitur excommunicatione.*
40. *Sententia lata contra exemptum, an sit valida.*
41. *Exemptus quantum temporis habeat ad appellandum.*
42. *Ad quem appellandum.*
43. *In causa exemptionis appellatio qualiter formanda.*
44. *Commissa ordinario executione, utrum cognoscere possit de justitia sententiæ.*
45. *Quibus casibus Ordinarii Jurisdictionem habeant in exemptos.*
46. *An vigore cameralis obligationis exemptus possit conveníri coram Ordinario.*
47. *Capitula quid possint in singulos.*
48. *Quis sit Ordinarius seu diœcesanus exemptorum.*
49. *Concesso privilegio ne quis ab Ordinario excommunicari possit, an saltem coram eodem conveníri seu puniri possit.*
50. *An pro absolutione ab excommunicatione possint se subjicere Ordinario.*

PARS

PARS TERTIA.

Complectens modos, quibus exemptiones finiuntur & amittuntur.

1. EXemptiones, an possint revocari.
2. An successor revocare possit exemptionem à prædecessore concessam.
3. Utrùm legatus revocare possit exemptiones.
4. An Episcopus possit.
5. An exemptiones expirent morte concedentis.
6. Revocatio exemptionum afficiatne ignorantes.
7. Cessante causâ exemptionis, an cesset exemptio.
8. Sublatâ exemptione, an etiam censeatur sublata aliorum, qui in ea participabant.
9. An & quando censeatur revocata per hanc vulgarem clausulam, non obstantibus privilegiis, exemptionibus, &c.
10. An censeatur exemptio revocata, si Pontifex contra exemptionem rescripserit.
11. Obedientia Prælati exempti, an inducat quasi possessionem subjectionis, si capitulum non consentiat.
12. Exemptio, an præscriptione amittatur.
13. Exemptiones, an amittantur per non usum.
14. An amittantur per contrarium actum.
15. An amittantur propter delictum.
16. An revocentur exemptiones propter ingratitudinem.
17. Idemne sit si Ordinario noceatur.
18. Exemptionis parte revocatâ, an censeatur tota revocata.
19. Destructo loco exempto, an censeatur amissa exemptio.
20. Si locus restauretur, an recuperabit exemptionem.
21. Quid si locus mutetur, ac in alium transferatur.
22. Exemptio an amittatur, si locus alteri uniatur.
23. Utrum revocatâ unione censeantur etiam exemptiones restitutæ.
24. Quid si Ecclesia exempta mutet statum.
25. Collegio sublato, an censeatur sublata illius exemptio.
26. Singularis seu unus de collegio, an impedire possit, ne cæteri præjudicent exemptioni.
27. Exempti à procuratione legatorum, an exemptionem amittant temporis præscriptione.
28. Exemptione concessâ habitantibus certi loci, an si locum mutent, amittatur exemptio.
29. Exemptio an perdatur, si ex post facto fiat damnosa & alteri præjudicialis.
30. Si Papa judicet contra exemptionem, an censeatur eam revocasse.
31. An ad privationem privilegii opus sit sententia declaratoria.
32. Excommunicatus, an privilegio exemptionis privatus censeatur, seu an exceptione exemptionis se tueri possit.
33. Actus contra exemptionem gestus, an sit ipso jure nullus.
34. Renunciari an possit exemptioni?

PARS

PARS QUARTA.

Continens miscellanea.

1. EXempti, quâ solemnitate possint res suas alienare.
2. Quid si res alienanda non sit in eodem loco quo Ecclesia exempta.
3. Legatus de latere, an præstare possit exemptis authoritatem alienandi.
4. Electionum jura ordinaria, an vigeant in exemptis.
5. Legatus à latere, an confirmare possit electiones exemptorum.
6. Exempti an teneantur ad canonicam Episcopalem.
7. Utrum generalis exemptio censeatur etiam eximere à subsidio per Papam imposito.
8. Utrum Episcopus cum Clero eximere possit à subsidio charitativo.
9. Ordinarius, an exigat charitativum subsidium ab exemptis.
10. Quid si ad exemptum perveniat res non exepta, & è contra.
11. An Episcopus conferre possit ordines exemptis.
12. Religiosi exempti, an transire possint ad strictiorem regulam sine venia.
13. Concedere an possit Pontifex privilegium, ne quis excommunicetur.
14. Exempti an obligentur interdictis Ordinarii.
15. Ordinarius an tollere possit pravas exemptorum consuetudines.
16. Exempti, an præstent juramentum fidelitatis superioribus Prælatis à quibus eximuntur.
17. Archiepiscopus Episcopus, an celebrare possit in locis exemptis.
18. Archiepiscopo vel Episcopo aut Prælato celebrante in loco exempto, cujus erunt oblationes in missa facta.
19. Exempti an teneantur venire ad Synodū.
20. Prælati exempti qualem habeant jurisdictionem in suos subditos.
21. Qualiter intelligenda sit consueta hæc clausula, Quatenus sunt in usu, & sacris canonibus Conc. Trid. non adversantur.
22. Exemptio, an extendatur ad Ecclesias futuras.
23. Visitare an possit Episcopus loca exempta.
24. Capitulum sede vacante, an succedat in visitatione exemptorum.
25. Quæ beneficia dicantur exempta.
26. Legatus an conferat beneficia exempta.
27. Beneficia exempta, an resignari vel permutari possint.
28. Beneficia exempta, an veniant in permutatione.
29. Appellatione beneficiorum diœcesis, an veniant exempta.
30. Exemptis negligentibus, ad quem devolvatur collatio.
31. Beneficia exempta quis unire possit.
32. Exemptus delinquens intra diœcesim Episcopi an possit ab eo puniri.
33. Episcopus an possit punire exemptos in casu sibi jure permisso non obtemperantes.
34. Exempti an teneantur Episcopo ad jus reverentiale.
35. Exempti cui confiteantur.
36. Instrumento exemptionis amisso an probetur per illius confirmationem.
37. Ecclesiâ exemptâ quinam censeantur exempti.

38. *Exempta Ecclesia an ejus vasalli coloni exempti.*
39. *Episcopo invocante contra exemptos brachium sæculare an parendum sit si exempti dicant se appellasse.*
40. *Exemptus ab Episcopo excommunicatus, an à Judice appellationis possit petere ad cautelam absolutionem.*
41. *Monachus exemptus à quo ab excommunicatione possit absolvi.*
42. *An exempti accipiant ab Episcopo ea quæ sunt ordinis Episcopalis.*
43. *Abbates & alii Prælati exempti an possint subditis dare literas dimissoriales ad ordines.*
44. *Abbates vel Prælati exempti, an possint clericum extraneum instituere habentem dimissorias.*
45. *Exemptus habens dimissorias an possit ab Episcopo examinari de literatura, & idoneitate.*
46. *Hæres exemptus an ex persona defuncti non exempti conveniri possit coram Ordinario.*
47. *Ordinarius an procedat contra hæreticos exemptos.*
48. *Exempti an pro solutione decimarum conveniri possint coram Ordinario.*
49. *Executores testamentorum si sint exempti, an cogi possint ab Ordinario ad reddendam rationem.*
50. *Si accessus ad Papam vel Superiorem exemptorum sit difficilis, vigebunt ne adhuc jura exemptorum.*
51. *An Ordinarius præsupposito accessu difficili ad Papam conferre possit beneficia exempta vel reservata.*
52. *An exempti si sit periculum fugæ, possint ab Ordinario capi.*
53. *Ordinarius habens à jure potestatem visitandi monasteria monialium, an poterit Abbatissas destituere.*
54. *Subditus Ordinarii delinquens in loco exempto, an ligetur statutis ordinarii.*
55. *Locus exemptus sitne in diœcesi vel de diœcesi.*
56. *Regulares exempti an possint absolvere in casibus, quos specialiter Episcopus sibi reservant.*
57. *An liceat exemptis ædificare hospitale in diœcesi Episcopi, hac lege ne ei subjiciatur.*
58. *Indulgentiæ quas Episcopi concedunt, an prodesse possint exemptis.*
59. *Quid si in aliqua universitate aliqui sint exempti coram quo ea convenietur.*
60. *Negligentia vel delictum Prælati exempti, an præjudicet subditis.*
61. *Quid si in uno privilegio exemptionis fiat mentio alterius exemptionis an ea debeat exhiberi.*
62. *Quid importet clausula. Alioquin indignationem BB. Petri & Pauli se noverint incursuros.*
63. *Quæ sit vis clausulæ irritantis.*
64. *Executores Apostolici an procedere possint contra exemptos.*
65. *Confugientes ad loca exempta an & quibus casibus extrahi possint.*
66. *Bullæ seu constitutiones Papales in dubio an usu receptæ præsumantur.*
67. *Utrum coram Abbatibus exemptis fieri possit resignatio beneficiorum.*
68. *Quid si Ecclesia in temporalibus recognoscat Abbatem, in spiritualibus vero Episcopum coram utro fiet resignatio.*
69. *Qua*

69. *Quæ sit vis clausulæ à quibusvis censuris ad effectum præsentium absolvens.*
70. *Quid juris si unum privilegium referat se ad illud.*
71. *Affectans privilegium exemptionis an illo gaudere debeat.*
72. *Exempti an aliqua ratione coram ordinario arrestari possint.*
73. *Monachus à suo prælato male tractatus aut irrationabiliter à cura ad monasterium revocatus, coram quo agere debeat.*
74. *Appellatione diœcesis quænam comprehendantur.*
75. *Usurpantes Jurisdictionem in exemptos, an incidant in aliquas censuras.*
76. *Utrum privilegia mendicantium quo ad facultates absolvendi in foro conscientiæ sint sublata per Conc. Trident.*
77. *An si Episcopus regulares sibi præsentatos admittere nolit, possit non obstante rejectione vacare confessionibus audiendis.*
78. *Ad impetrandam alicui exemptionem, an opus sit mandato.*
79. *Actiones hypothecariæ aut reales an contra exemptos proponi possint coram Judice Laico sive ordinario.*
80. *Jus patronatus si ad exemptos perveniat, ad quem spectabit institutio.*
81. *Prælatus si certis casibus possit subditos subjicere ordinari, an possit se ipsum.*
82. *Implorato contra exemptos brachio sæculari, an indistinctè pareri debeat.*
83. *Exempti coram quo petere possint restitutionem in integrum.*
84. *Exemptiones universales an motu proprio an ad postulationem concessæ præsumantur.*
85. *Princeps an manum injicere possit aut rationem exigere coram ordinario à suo œconomo qui exemptus est.*
86. *Ecclesiarum appellatione an monesteria comprehendantur.*
87. *Utrum in re modica impetrari possit à Pontifice rescriptum contra exemptum.*
88. *Monachorum correctio seu jurisdictio ad quem spectet.*
89. *Soline Prælato an etiam conjunctim Capitulo competat jurisdictio.*
90. *Attentata pendente appellatione in causa exemptionis an revocari debeant.*
91. *Recurrens ad conservatorem pendente appellatione interposita à sententia ordinarii, an dicatur attentare.*
92. *Exceptio exemptionis opposita in vim declinatoriæ, an reservari possit post litem contestatam.*
93. *Choraulis Ecclesiæ exemptæ vocatus in jus coram Ordinario à Canonico ejusdem Ecclesiæ, an declinare possit.*
94. *Trahens exemptum coram Ordinario, an cadere debeat suo jure.*
95. *Adhærentes terræ exemptæ, an exempti censeantur.*
96. *Exemptio an concedi possit Ecclesiæ construendæ.*
97. *Salaria caussarum agitatarum coram Ordinario, an ab exemptis coram eodem ordinario exigi possint.*
98. *Captivus an duci possit per loca exempta.*
99. *Castrum exemptum à Jurisdictione civitatis, an gaudere debeat statutis & privilegiis civitatis, eaque observare.*
100. *Commissio tribuens Ordinario Jurisdictionem in exemptum, an convalidet ante gesta.*

101. *Ordinarius injustè excommunicans exemptum, an injuriarum actione teneatur.*
102. *Exemptian ratione portionis congruè coram Ordinario possint conveniri.*
103. *Residens in loco exempto, an censeatur residere in diœcesi.*
104. *Statuta aut consuetudines diœcesis, an etiam vigeant in locis exemptis.*
105. *An subditi Ordinario gaudeant consuetudine exemptorum.*
106. *An Regula Cancellariæ de non tollendo jus quæsitum, habeat locum in exemptione.*
107. *Quid si exemptus citetur eodem tempore coram suo conservatore, & alio judice, coram quo comparere tenetur.*
108. *Persona miserabilis, an ab exempto vocari in jus possit coram suo judice.*
109. *Ordinarius utrùm cognoscere possit de delicto sui subditi commissi in loco exempto.*
110. *Subditus delinquens in loco exempto, an puniri à suo Ordinario possit secundùm ejus statuta.*
111. *Judices exemptorum quales habeant Censuras, animadversiones & executiones.*
112. *Prælati exemptorum an habeant fiscum.*
113. *Quid de Austregis Imperii, quoad exemptiones.*

PARS QUINTA.
Continens etiam miscellanea.

1. *Actio hypothecaria competens contra duos, quorum alter est exemptus, alter non exemptus, an proponi debeat coram judice ejus qui exemptus est.*
2. *Ordinarius, an pendente exceptione exemptionis jurisdictionem possit in excipientem exercere.*
3. *Exemptus an ob contumaciam possit ab Ordinario puniri.*
4. *Sententia Ordinarii in favorem exempti lata an subsistat.*
5. *Ordinarius an possit excommunicare subditum in loco exempto existentem.*
6. *Citatio subditi existentis in loco exempto, an subsistat.*
7. *Subditus uni diœcesano quo ad aliquid, quo verò ad aliud, alteri, an utriusque statutis ligetur.*
8. *Conservatores, an possint via inquisitionis cognoscere de injuriis & violentiis.*
9. *Ordinarius an possit eximere aliquod hospitale in præjudicium successoris.*
10. *Ordinarius, an de validitate processus conservatoris possit cognoscere, & ei proponere.*
11. *Episcopus an possit Ecclesiam construendam, à sua jurisdictione eximere.*
12. *Visitator, an possit quempiam ob crimen commissum citatione omissa officio removere.*
13. *Capitulum Ecclesiæ Cathedralis vacante sede, an possit visitare loca Monialium exempta.*
14. *Monachus monasterii exempti, factus Abbas Monasterii non exempti, an maneat exemptus.*

Subalterna 1.

An qui ab uno monasterio ad alterius Prælationem transfertur, debeat à novo profiteri.

Subal-

Subalterna 2.

Quid si monachus renuntiet Prælaturæ ad quam translatus est, an jura prioris monasterii recuperabit.

Subalterna 3.

Et si maneat monachus secundi monasterii an depositâ Prælatura habeat in eo jus suffragii æquale.

Subalterna 4.

An monachus exemptus ad monasterium non exemptum translatus remaneat exemptus.

15. *Abbas an possit monachum præficere alicui Ecclesiæ sæculari.*
16. *Abbas an suum monachum possit absolvere ab excommunicatione lata ab homine.*
17. *Monachus exemptus factus Pastor an exemptionem retineat.*
18. *Concursui an sit locus in parochialibus monasterio annexis aut subjectis.*
19. *An per clausulas derogatorias derogetur privilegiis habentibus clausulas derogatorias derogatoriarum.*
20. *Quæ sit vis clausulæ*, quorum Tenores.
21. *Episcopus an possit in locis exemptis suæ Diœcesis divina celebrare.*
22. *Episcopus eximens Ecclesiam, an censeatur visitationem correctionemque à se abdicare.*
23. *Jurisdictio alteri in subditos Ordinarii competens an Ordinarium excludat.*
24. *Ordinarius an teneatur exemptum à se excommunicatum absolvere ad cautelam.*
25. *Utrum de causa exemptionis subjectionisve transigi possit.*
26. *Unius Ecclesiæ alteri Ecclesiæ subjectio an probanda.*
27. *Subjectio unius Ecclesiæ quanto tempore præscribatur.*
28. *Episcopus an manutenendus sit in possessione universalis suæ jurisdictionis adversus Archidiaconos, jurisdictionem causarum criminalium aut matrimonialium prætendentes.*
29. *Fundari an possit Ecclesia cum pacto ne subsit Episcopo, sed alicui alteri Prælato.*
30. *Milites Hierosolymitani an tassari possint.*
31. *Quæ sit vis clausulæ*; sublata judicibus aliter judicandi facultate.
32. *Ecclesia quando dicatur de mensa monasterii exempti.*
33. *Loca qualiter probentur esse de Diœcesi.*
34. *Una Ecclesia qua ratione dismembretur ab alia.*
35. *Quid si locus esse nullius Diœcesis prætendatur.*
36. *Conservatores an habeant jurisdictionem.*
37. *Episcopi qualem jurisdictionem habeant in regulares.*
38. *Quid si Abbas in puniendo sit negligens.*
39. *Quid si in Ecclesia Cathedrali sint Monachi regulares etiam Canonici.*
40. *Exempti an teneantur ad Collectas.*
41. *Sententia lata contra Prælatum, annoceat Capitulo.*
42. *Constitutio Papalis an tollatur per non usum.*
43. *Territorium quando dicatur exemptum & nullius Diœcesis.*
44. *Qualis sit Privilegii exemptionis effectus.*
45. *Membrorum Ecclesia vocabulo quid comprehendatur.*

46. *Utrum in exemptorum materia à jurisdictione temporali ad spiritualem inferri possit.*
47. *Præscribi an possit in aliena diœcesi territorium separatum.*
48. *Prælati an habentes territoria separata, possint Confessarios approbare.*
49. *Quis debeat probare locum esse de Diœcesi.*
50. *Quibus modis probetur locus aliquis de Diœcesi.*
51. *Confessione an probetur locus de Diœcesi.*
52. *Prælati inferiores, an excludere possint Episcopum à jure visitandi.*
53. *Episcopo ad aliam Ecclesiam translato, an subditi ab ejus obedientia eximantur.*
54. *Ordinum Equestrium parochiæ, an teneantur ad quartam Canonicam.*
55. *Exemptus à jurisdictione, an etiam exemptus à dominio censebitur.*
56. *Exemptus, an procedere possit adversus exemptos alterius conjugem retinentes.*
57. *An in casu præcedentis quæstionis possi adversus exemptos procedere per censuras.*
58. *Privilegia exemptionum, an eximant à jurisdictione inquisitorem hæreticæ pravitatis.*
59. *Ecclesia, quando vel Episcopo vel alteri Prælato subjecta præsumatur.*
60. *Cœmiteria, an gaudeant exemptione Ecclesiarum.*
61. *Exemptus confitens coram Ordinario debitum pro quo coràm eo convenitur, an postea possit declaratoriam exemptionis apponere.*
62. *Monialis exempta pœnitentiæ caussa ad aliud Cœnobium translata, an desinat esse filia primi Cœnobii.*
63. *Exempto Capitulo, an illius Decanus exemptus censebitur.*
64. *Jurisdictio competens Decano, an privativè, an accumulativè competat.*
65. *Quid si Ecclesia careat Decano.*
66. *Quid si parochialis Ecclesia spectet ad aliquod Capitulum, utrum singuli Capitulares ab illius cura eximantur, Decanusque illius onere prægravabitur.*
67. *In legato domus Claustralis facta nepotibus Canonicis alicujus Ecclesiæ, an comprehendantur pronepotes? & quid si nepotes desinant esse Canonici, an ad pronepotes legatum devolvetur.*
68. *Quid circa has exemptiones statuerit Gregorius Pontifex XV.*
69. *Caussæ Collegarum exemptorum, an possint aliis committi quàm eorum Collegiis sive Capitulis*
70. *Commissio alteri facta executionis sententiæ per Conservatorem latæ, an Conservatorem ab ulteriore executione impediet.*
71. *Ordinarius, an in locis exemptis possit jurisdictionem exercere.*
72. *Canones deponentes aliquid de jurisdictione ordinaria fovenda, tollenda, moderanda, an includant solam ordinariam jure communi competentem, an verò etiam comprehendant eam, quæ competit consuetudine, præscriptione, privilegio, aut aliquo alio titulo.*
73. *Susci-*

73. *Suscipiens Conservatoriam plurium, cui potiùs debeat adhærere.*
74. *Citans exemptum coram Ordinario, an præscriptionem interrumpat.*
75. *Monasteriis, an Episcopus præficere possit Clericos seculares.*
76. *Ordinarius, an ab hospitalariis eleemosynarum possit exigere rationem.*
77. *Scholares an privilegio scholaritatis renunciare possint.*
78. *Ordinarius an supplere possit negligentiam Prælatorum exemptorum.*
79. *Prælatorum nomine qui comprehendantur.*
80. *Monachus à suo Prælato malè tractatus, coràm quo possit expediri.*
81. *Exempti, an sub se habere possint curiam secularem.*
82. *Personæ miserabiles, an vocare possint exemptos in jus coram miserabilium personarum judicibus.*
83. *Personæ miserabiles, an in feudali causa litigare debeant coram paribus Curiæ.*
84. *Milites, an ratione feudi subjiciantur judicibus feudorum.*
85. *An coram Conservatore evocari possint, qui sunt alterius Diœcesis.*
86. *Testamentum in loco exempto conditum, an subsistat, si careat solemnitatibus alio in loco requisitis.*
87. *Ordinarius in loco exempto existens, utrùm beneficia in sua Diœcesi vacantia conferre possit.*
88. *Prælati exemptorum, an teneantur ad defensionem suarum exemptionum.*
90. *Scholares an feudorum in causa feudalibus judicibus subjiciantur.*
91. *Acta per judicem incompetentem adversus exemptum, an superveniente jurisdictione confirmentur.*
92. *An si quispiam in loco exempto, nomine judicis exemptorum judicet, possit talis sententia à judice exemptorum ratificari.*
93. *Quid si judices exemptorum in exercenda jurisdictione sibi aliquem incompetentem associent.*
94. *Utrum Vicarius Episcopi possit ex delegatione Apostolica in prima instantia de exemptorum causis cognoscere.*
95. *Nuntius Apostolicus, an vigore facultatis rescribendi à sententiis judicum à S. Sede delegatorum, possit à sententiis Conservatorum cognoscere.*
96. *Equites Hierosolymitani, an unà cum Clero teneantur ad Collectas.*
97. *Regularis transire volens ad strictiorem religionem vel æqualem, an ab Ordinario petere habeat facultatem.*
98. *An Episcopus possit in votis Regularium dispensare.*
99. *Episcopus, an ad ea, in quibus Regulares exempti subjiciuntur Episcopo, possint ab ipso compelli censuris excommunicationis, suspensionis & interdicti.*
100. *An Religiosi afficiantur Censuris ab Episcopo impositis, contra accedentes ad monasteria Monialium absque sua licentia.*

PARTI-

PARTITIO OPERIS.

Primus liber tractat de Origine, Diffinitione & generalibus exemptionum cauſis, idque quæſtionibus quinquaginta.

Secundus totidem habet quæſtiones concernentes materiam exemptionum Forenſem ſive Judicialem.

Tertius, Modos exemptionis amittendæ quæſtionibus triginta tribus.

Quartus Miſcéllaneus, habet quæſtiones hujus materiæ centum & duodecim.

Quintus, Item Miſcellaneas, & habet quæſtiones centum.

APPROBATIO.

RElegi Tomum primum Tractatus Eraſmi à Chockier Juriſconſulti Leodienſis fratris mei, nihilque in hac ſecunda editione cum illius additamento reperi, quod Orthodoxæ fidei & bonis moribus repugnare poſsit. Datum Leodii Kal. Septemb. 1629.

JO. A. CHOKIER.
Canonicus ac Vicarius Generalis
in ſpiritualibus Leodien.

ERASMI

ERASMI

A CHOKIER JC.

LEODIENSIS

DE

JURISDICTIONE ORDINARII IN EXEMPTOS deque illorum Exemptione ab Ordinaria Iurisdictione Tractatus.

PARS PRIMA.

QVÆSTIO PRIMA.

Quæ sit definitio & origo Exemptionum.

SUMMARIUM.

1. *DE Exemptionis ethymo & elegantia.*
2. *Exempti cæteros honore præcellunt.*
3. *Definitio Exemptionis.*
4. *Acquiritur præscriptione & privilegio.*
5. *Privilegium duplex, proprium & commune.*
6. *Diœcesani significatio restrictior quàm Ordinarii, fallit tamen in materia favorabili.* 8.
7. *Quid sit Diœcesis.*
9. *Ordinarii appellatione qui comprehendantur.*
10. *Concil. Trid. committens aliquid Ordinario, non censetur excluſisse Vicarium.*
11. *Secus si Diœcesano committatur.*
12. *De origine Exemptionum ab emancipationibus, manumissionibus, &c.*
13. *Oppressio, lites, compensatio causa impulsiva Exemptionis* 15. 16. 17.
14. *Causa efficiens Pontifex.*
17. *Finalis, quies Exemptorum favor sanctæ sedis.*

EXORDIENDUM ab ethymologia & derivatione nominis: ea enim plurimum rei substantiam & cognitionem illustrat: *Cicero in topic. ubi Boet. latè Præses in locis lega lib. loco ab Ethymolog.* *Eximo* quod sit, inquit Nicolaus Perittus (*in commentariis linguæ latinæ*) ab ex & emo; est velut aufero, excipio, generalius verbum, quam eripio; etenim *eripere*, ait Pomponius, est de manibus auferre per raptum, *eximere* vero quoquo modo auferre. *L. sed eximendi. ff. ne quis eum qui in ius.* Unde hæ formulæ: eximere ex reis, ex Ærariis, noxæ, notæ,

 pœnæ

pœnæ numero, actio exempta, id est, præscripta, jus eximendæ cretæ, lapidis, saxi, & variæ similes apud Iurisconsultos. *L. sed etsi §. actio exemptio ff. ex quib. causis majores. L. ergo. L. veluti ff. de servit. rustic. prædio. L. qui saxum ff. de donat. Budeus in forensibus.*

Hinc item eximius, id est, excellens, egregius, Inde pecus eximium, id est, optimum: quia in sacrificiis optimum de grege eximebatur. *Macrob. in Saturnalib. Perottus in commentariis linguæ latinæ.* Ac proprius Budeus *in forensibus*, eximii, id est, privilegiez exempts. idq; non impropriè, nam exempti seu eximii meliore aliis jure
2 sunt, seu jure communi non sunt, sed juris communis vacationem habent. *Budeus in annot. ad pandect. & in forensibus.* Cæterosq; omnes potiore jure, honore & prærogativa præcellunt. *cap. per tuas ubi glo. de major. & obed. cap. ut Apostolicæ ubi Franc. de privileg. in 6. Petrus Brixien. in repertorio verbo Exemptio vers. An Prælatus, Boerius tract. de ordine graduum utriusq; fori. Rota decis. 12. num. 1. de præben. in novis.*

Definiri autem hæc Exemptio, nec brevius, nec aptius potest, quàm liberatio
3 à Iurisdictione Ordinarii, *Dominic. cap. si Papa de privil. in 6. Ant. de Pretis de Iurisdict. Episcopi cap. 1. n. 1. Fumus in summa verb. exemptio. in pr. & Angel. eod. lib. Decius Cons. 13. viso tenore n. 7. & Cons. 152. Mandosius de signat. gratiæ tit. exemptionis in pr. Flaminius tract. de Resignatione benefic. part. 1. lib. 4. q. 11. n. 13.*

4 Dixi inprimis genericè *liberatio*: tum ut comprehendam præscriptionem, quæ præbet legitimum titulum acquirendæ exemptionis, de qua dicam infrà *lib. 1. cap. 6. per tot.* tum ut etiam comprehendam privilegium, non modo proprium, sed etiam commune. Commune, inquam, quod est insertum corpori juris, regulaturque ad in-
5 star juris communis, *Castrens. L. hæres nu. 3 ff. de judic. Feli. cap. Cum ordinem num. 20. vers. ultimo de Rescript. DD. cap. 1. de Constit. doctè Andreas Gammarus tract. de extensionibus n. 164. & segq.* quali specie monasteria sunt exempta secundum quid, nempe à lege diœcesana Episcopi, *qua de re suo loco, infrà lib. 1. cap. 15. tex. & DD. cap. 1. de statu monac. cap. quàm sit 18. qu. 2. cap. Luminoso eod. Abb. cap. dilectus de offic. ordin. idem Cons. 37. n. 1. vol. 1.*

Proprium vero, quod non est corpori juris insertum sed singulorum, ac quasi inquit Oldendorpius *de Iure singulari. Tit. de Iure sing. definiendo n. 3. vers. alia autem* privata lex, vel ut Alciatus, deprimis, id est, singulis dictum *lib. 2. de verb. significat. n. 61. per cap. privilegia dist 3.*

Adjeci *à jurisdictione*, ut generaliter comprehendam utramque illius speciem, scilicet diœcesanam legem, & legem jurisdictionis *dixi infra lib. 1. cap. 15.*

6 Postremo adjeci, *Ordinarii*, Quia nomen Ordinarii sua significatione excedit nomen diœcesani: Siquidem diœcesani appellatione solus Episcopus continetur; *Zabarell. Clem. quia regulares nu. 22. de supplen. neglig. prælat. Abb. cap. Ioannes nu. 2. cum add. de Testam. & cap. Cum olim de major. & obed. Feli. cap. Cum olim in primo de præscript.* nimirum facta derivatione à diœcesi, quæ est quatenus Episcopus jus habet

admi-

administrandi sacra. *Alciat, & Rebuff. L. pupillus §. territorium ff. de verb. significat.* 7
Socinus tract. de oblationib. quæst. 18. n. 63. idque in materia stricta & odiosa, alioquin
enim in materia favorabili, Diœcesani significatio extenderetur etiam ad quemvis 8
alium habentem jura quasi episcopalia, seu habentem jurisdictionem quasi episcopalem, seu ordinariam. *glo. Clem. 1. de vita & honest. cler. glo. Clem. 1. de Iure patron. Iacob à Canibus tract. de executorib. ultimæ voluntatis. par. 1. n. 13. vol. tract. 7. fol. 86.*

At vero nomine *Ordinarii* non tantum comprehenditur Episcopus seu diœcesa- 9
nus, *cap. cum Episcopus de offic. Ord. in 6. cap. 1. & tot tit. de offic. Ord. cap. cum contingat de foro compet. cap. de persona 11. quæst. 1.* Sed etiam quicumque alius seu superior, seu inferior, qui ordinariam jurisdictionem habet, canone, præscriptione vel privilegio. *Navarrus Cons. 9. de privileg. Zabarell. Clem. quia regulares n. 11. vers. 8. quave de supplen. neglig. prælat. Feli in reper. verbo: ordinarius istud verbum fol. 87. Col. 3. Flaminius de resignat. benefic. lib. 3. quæst. 11. Decius Cons. 121. Abb. cap. ut famæ n. 6. de sent. excomm. Bellam. Cons. 30. Misinger. cap. post cessionem n. 2. 3. 4. de probat.* Ideo si Con- 10
cilium Tridentinum, vel Pontifex committat aliquid Ordinariis, id non modò commissum censebitur Episcopis, sed etiam cujusvis ante actæ speciei ordinariis. *Flaminius d. quæst. 11. Navarr. Cons. 11. de Clandest. despons. Misingerus d. cap. post cessionem.* Imo etiam vicario Episcopi: dicitur enim Ordinarius, ac habere jurisdictionem ordinariam, ut censuit Marcus Antonius Bizonus in explicatione. Concil. Trid. teste Parisio Flaminio *d. quæst. 1. per Bart. L. 1. §. ab eo num. 1. vers. quod patet ff. Quis & à quo appelletur. Rota decis. 1. de offic. vicarii in novis. Iason in Rubr. de officio ejus n. 2. vers. etiam. Alex. nu. 5.* communemque opinionem testatur esse Abbas *cap. si quis contra clericum n. 29. de foro compet.* eamque multis rationibus & auctoritatibus probat Thomas Sanchez tractat. de Matrimonio *lib. 3. disp. 7. quæst. 1. n. 10.* Licet ab his aperte dissentiat Menochius *Cons. 69. n. 66. lib. 1.* censens quod vicarius non possit dispensare super denunciationibus matrimonialibus à Concil. Trident. requisitis, quem tamen latè reprehendit Ignatius Lopes *in pract. crim. cap. 73. de Clandest. nuptiis vers. 16. Verbo, Sed dubium.* Imo Vicarius generalis potest facultatem dispensandi in denunciationibus alteri delegare, *Barboza de officio & potest. Episc. alleg. 32. num. 37.*

Secus vero, si Concilium diœcesano committeret. *glo. d. Clem. 1. verb. diœcesanis de* 11
jure patron. Navarr. d. Cons. 11. cum sensu tamen & intelligentia, quam supra scripsi.

Porrò originem duxerunt exemptiones ex jure emancipationum, manumissionum à privatione dominii directi, vel jurisdictionis, à translatione prælati in aliam Ecclesiam, à jure vasallorum & scholarium, qui proprios & speciales habent judices, ab analogia exemptionum clericorum à jurisdictione sæculari, ac ab identitate & ratione similium. *Rebuffius late respons 142. Petrus de Vbald. tract. de Canonica Episcopali & paroch. cap. 3. quæst. 6. principali n. 9. Abb. cap. significasti n. 12. vers. videmus,*

& vers. Item omnes de foro compet. Felin. cap. Cum ordinem n. 7. vers. modo, & n. 8. in pr. de Rescript. Butrio cap. super literis Col. 25. vers. & pro hoc patet de Rescript. & dixi infra lib. 1. cap. 45.

Etenim quemadmodum pater iniquus in filium, cogitur ut eum emancipet, item dominus ut servum suum manumittat *L. si Lenones C. de Episc. audient. L. fin. C. de spectac. lib. 11.* ac Dominus privatur jurisdictione vel feudo, qui subditos vel vasallos gravat. *late Boer. dec. 304. n. 5. ad Consuet. Bituricens. tit. 2. §. 3. glo. 2. Curtius de feudis part. 6. per tot. & late Guido quæst. 62. cum add.* Ita ex oppressione ordinariorum orta & concessa est liberatio & generalis exemptio à Iurisdictione ordinaria.

13. *Rebuffus d. respect. 142.* Non secus quoque, quam si Ordinarius litem habeat contra subditos: tum enim propter præsumptum odium exemptio & liberatio confestim conceditur saltem quoad illam litem. *Abbas cap. licet, nu. 4 de regularibus. Mandosius de Inhibitionibus, quæst. 104. num. 5. Io. Staphileus super commissionibus & litteris justitiæ tit. de Rescript. in for. brevium n. 67. & seqq. Cassander dec. 6. de privileg. Abb. cap. 2. Fallent 9. de Rest. spol. per cap. olim de accusationibus late Lancelot. de attentat par. 2. cap. 4. declar. 4. n. 49. fol. 175.*

14. Ex quibus, summatim facile colliguntur causæ harum exemptionum. Efficiens enim proprie est Pontifex *cap frater 16. qu. 1. cap. luminoso 18. qu. 2. glo. cap. 1. in pr de privil. in 6. dicam late in cap. 3.* sicuti exemptionum civilium Imperator vel princeps *L. immunitates C. de agricol. & censit. lib. 11. L. unica, ubi glo. C. de his, qui à principe lib. 10*

15. Impulsiva vero præsumptum odium, gravamen & oppressio ordinariorum *Rebuff. d. Resp. 142. Pet. de Vbald. ubi sup. Backet. Liure cinquieme de droit du domaine de France cap. 18. n. 6.*

16. Item quandoque compensatio, nempe quando Pontifex pro censu annuo retinet sibi aliquid: sicut enim præmium emancipationis conceditur ratione acceptæ libertatis *glo. §. fin. Inst. quibus mod. jus patriæ sol.* ita Pontifex quandoque concedit exemptiones, quia ordinarius accepit compensationem alicujus census. *Ita Rebuff. d. Resp. 142. Backet. ubi sup. & n. 7. & seqq. ubi loquitur de canonicis Parisiensibus, & totius Franciæ, Papon. aux arrestz tit. des privileges arrest. 3.*

17. Finalis & præcipua: tum favor sanctæ sedis, cujus interest habere permultos immediate subditos, *Clement pastoralis de Re judic. Rebuff. d. Resp. 142.* tum ut exempti quietius sub umbra & protectione sanctæ sedis officio, religioni & contemplationi vacent, *d. c. Luminoso, c. quàm sit 18. q. 2. Rebuff ubi sup. tetigi infra, eod. lib. c. 17. n. 30.*

Formalis causa haurietur ex discursu primi libri, at vero effectus ex complemento totius operis: eaque puto satis esse ad summariam cognitionem originis. Cætera enim, quæ sunt ad historiam, huc non spectant, peti tamen ea poterunt ex Baronio ac aliis historicis, *Baron in annalibus ecclesiasticis tom. 8 sub an. 676. Pontifice Adeodato fol. 517. Renat. Choppin. in suo monasticon.*

QUÆ-

QVÆSTIO II.

Qualiter dividantur exemptiones.

SUMMARIUM.

1. *Exemptiones, aliæ reales, aliæ personales.* 2.3.5.
4. *Differentia inter utrasque.*
6. *In dubio censenda exemptio realis.*
7. *Exemptiones sunt stricti juris.*
8. *Inducendæ reales, etiamsi sint plenæ & amplæ.*
9. *Instruendus privilegij tenor.*
10. *Considerandæ privilegia ex mente principis.*
11. *Exemptiones aliæ generales, aliæ speciales.*
12. *Reales sunt perpetuæ.*
13. *Exemptio singulariter personalis.*
14. *Singulariter, & communiter corporalis.*
15. *Communiter tantum corporalis.*
16. *Exemptiones aliæ perpetuæ, aliæ temporales.*
17. *Aliæ limitatæ, aliæ illimitatæ seu indeterminatæ.*
18. *Limes qualiter consideretur.*
19. *Qualitas exemptionis pendet ex tenore privilegii.*
20. *Præcipua divisio est in reales, & personales.*
21. *Exemptio alia est cui renunciare non licet, alia cui licet.*
22. *Alia immediata pura, absoluta, alia è contra.*
23. *Prima propria est, cæteræ impropriæ.*

EXemptionum aptissima divisio fit in duas species, *Reales & Personales. Abbas cap. tuarum, nu.8 de Privileg. DD. cap volentes de privileg. in 6. Ang. in summa verb. exemptio in pr. & Fumus eod. tit. in primo cap. fr. 16. qu. 1.* 1.

Reales sunt quæ ratione rerum seu locorum personis competunt. *tex. d. cap. volentes ubi DD. cap. cum capella, eod. in decretal. ubi DD.* 2.

Personales vero quæ contemplatione personarum concessæ, personas ubicunque comitantur atque afficiunt. *cap. privilegium personale ubi Dyn. & DD. de Reg. Iud. n. 6 Francus cap. 1. § in eos autem num. 2. de Privileg. in 6. l. si non speciali C. de testament. ubi DD. Collectarius cap. cum & plantare num. 7. & seq de privileg. Ang. de verb. exemptus num. 8. Alber. & Barth. l. Beneficium ff. de const. princip.* 3.

Has inter utrasq; solemnis est differentia, quod *exemptio realis* non extendatur ad alias res, nec ad delicta vel contractus extra loca seu rem exemptam gestos, sed eatenus exempti omnimodo ordinario subjiciuntur. *tex. d. cap. volentes. ubi omnes, & d. cap. Cum capella. dixi late lib. 2. cap. 45. num. 1. & multis seqq.* 4.

At vero *personalis*, personæ ossibus adhærens, eandem ubicumque comitatur & eximit. *dixi sup. n. 3. quibus addo Felin. cap. fui nu. 16. vers. & vide omnino. Abbas ibidem nu. 11. vers. quoddam est privilegium de foro compet. Dixi infra lib. 2. cap. 45. n. 6. & seqq.* 5.

Ejusmodi enim privilegium sequitur personam in solidum, diciturque individuum, & pro parte valere, pro parte convelli non potest. *Amyo Cons.239.nu.4.lib.2.* ad exemplum sententiæ unicum caput continentæ, inquit Peckius *cap. privilegium num. 5. vers.ampl.2.de Reg.juris in 6.*

6 Præterea illud apud omnes receptum est, quod in dubio exemptio præsumi potius debeat realis, quam personalis. *Navar.Cons.4.de privileg. Menoch l.3. præsumpt. 103. Franc.d.cap.privilegium.nu.4.l.forma §. quanquam ubi scribentes.ff. Censibus. Ioannes le Cirier tract.de Iure primogenit.qu.1.tertii libri,nu.3.*

7 Tum quod exemptiones sint strictissimi Iuris, Ideoque restringendæ. *Franc.cap. volentes in pr.n.2.de privileg.in 6.in cap.ne aliqui.in cap.per exemptionem num. 5. Eod. tit.Ias.l.1.ff.de const.dixi late inf.cap.4.* & ad litteram intelligendæ. *Cavalcanus decis.31.n. 18. & seq. par.1.* Tum quod ita præsumendo minus præjudicatur Ordinariæ potestati, quæ est perquam favorabilis, minusque discedatur à jure communi. *Menoch.de præsumpt.l.2.præs.16.n.12.21. & seqq.l. si unus §. pactus ne peteret ubi DD.*

8 *ff.de pact.* Idque quantumvis plena & ampla exemptio concessa sit: nisi, ut censet Francus, specificè derogatum sit Innocentianæ constitutioni capituli volentes, de privilegiis in sexto *DD.cap. volentes ubi Franc.n.1. &.2.* quæ dijudicatio, ut arbitror,

9 pendet ex matura inspectione privilegii, cujus mens tenorve, ut scripsit Leo Papa Episcopo Ambianensi, ad amussim spectandus est. *cap.porro cap. recepimus, cap. cum plantare cum glossis de privileg. Clement.1.de probat. Franc.d.cap.privilegium n.4. Anania & Abb.cap.ad abolendam de hæreticis.*

10 Privilegia enim semper consideranda sunt ex mente concedentis. *Rom. cons. 29. nu.1.* etiamsi verba sensu improprio sumi atque contorqueri deberent *l. scire oportet §. sufficit ff. de excusat tutor. l.credendum.ff. qui petant tutores. Roma.cons.180.n.10. late Franc.c.1.§. ex parte n.2. Cum addit de concess. præbend. in 6.* Unde ortæ apud plerosque hæ inspectiones, an privilegium, ne clerici alicujus ecclesiæ excommunicari ab Ordinario possint, sit reale, vel personale? *Rosellis tract. de Indulgentiis nu.284. ubi dicit esse reale.* Item quid si in privilegio exemptionis exprimatur nomen prælati, non dignitas, cujus tamen tenor respiciat ecclesiam? ac è contra si exprimatur dignitas prælati, non tamen ejus nomen, tenor vero respiciat ejus personam? qua de re videatur Ioannes Andreæ *in cap.privileg.ubi Franc.n.4.de Reg.Iuris in 6. Abb. c. quoniam nu.8. & 16.de offic.deleg.late Menoch.præsumpt.13.per tot. lib.3.*

11 Dividi quoque aliter, & plurifariam subdividi solent exemptiones: nempe in *generales, & speciales.* Generales sunt, cum conceduntur pluribus personis, vel ratione plurium personarum, aut rerum: seu quando generalitate sua complectuntur multos articulos. *cap.cum & plantare de privileg. ca. veniens. cap. auditis de præscript. c.ex tuæ de filiis presbit.* Speciales vero, quando uni loco vel uni personæ unus exemptionis articulus conceditur. *Hostiensis in summa de rescript. §. quod continet jus commune &*

mune, & §. quod gratiæ speciales. Utraque species subdividitur *in Reales, singulariter communiter Personales, & communiter tantum Corporales.*

De Realibus dixi satis supra *num.* 4. quibus tantum addo ejusmodi exemptionem 12
esse perpetuam, quia rei adhæret: ideoque semper durat, nisi res perimatur vel destruatur. *l. cum res §. fin. ff. de leg. 1. cap. cum accessissent de constit. c. 1. 2. & 3. 25. quæst. 2. dixi late infra lib. 3. cap. 19. & seqq.* aut pro parte revocetur seu eidem detrahatur per sequens privilegium, quo ad partem tamen tantum revocatam, *ca. duo de offic. Ordin. dixi infra lib. 2. cap. 18.* vel in totum revocetur. *cap. itanos 25. quæst. 2. dixi late lib. 3. per tot.*

Singulariter personalis exemptio est, quæ alicui vel aliquibus personis propriis 13
expressis nominibus personaliter conceditur. *dixi sup. num. 3. & seqq.* ea personam cui concessa est non egreditur, etiamsi fuisset concessa prætextu dignitatis. *arg. cap. ad hoc de usu pallii, cap. bonæ 2. §. sui de postulat. prælat.* tale enim privilegium singulariter personale ad successorem non transfertur, nisi specialiter ita concedatur, sed cum persona ipsa intermoritur. *cap. 1. ubilite pend. cap. petistis 7. qu. 1. cap. constitutus de concess præbendæ §. sed & quod principi vers. Plane ex his quædam ubi DD. Instit. de Iure scripto & non scripto l. privilegia ff. de Reg. Iuris.* Nisi inquam specialiter dispositum aliter reperiatur. *cap. quoniam §. pen. & fin. de offic. deleg. & d. cap. 1. Communiter personale privilegium* est, quod communiter certis personis certis ex causis, & incertis articulis conceditur propriis nominibus non expressis, exemplum poni potest in privilegio minorum, absentium causa reip. in S. c. Veilleiano, Macedoniano, quod non est proprie hujus instituti. *Singulariter autem & communiter corporale* est, quod ali- 14
cui universitati, corpori vel collegio sic conceditur, quod quilibet singularis de universitate potest de tali privilegio singulariter se juvare. *arg. cap. contingit de sententia excom. cap. si diligenti de foro compet. & dixi affatim infra eod. lib. cap. 23.* 15

Communiter vero corporale tantum est, quod competit quidem collegio vel universitati, non autem singulis in particulari. *arg. cap. quia manumittitur 12. quæst. 2. l. sed si hac §. qui manumittitur ff. de in Ius vocando, & dixi infra d. c. 23.* quale privilegium perit cum ipso Collegio, *ut notat Hostiensis in summa de Privilegiis §. quot sint: sub. vers. ergo corporalia, & nos late infra lib. 3. cap. 19. & 21.*

Adhæc dividuntur iterum exemptiones *in Temporales & Perpetuas.* Illæ ad tem- 16
pus durant, & cum persona deficiunt; hæ vero ad successores transeunt: quæ tamen divisio magis concernit exemptiones civiles quam has canonicas, de quibus est sermo; 17
arg. l. neque Dorotheum C. de decurionib. lib. 10. l. privilegia ff. de Reg. Iuris.

Postremo exemptiones aliæ sunt *Limitatæ,* aliæ *Indeterminatæ seu illimitat Limitatæ* nullas habent vires extra suos limites, ut supra notavimus, *num. 2. & 4. arg. d. cap. volentes & cap. 1. ut lite pendente cap. 1. de usu pallii cap. mandata de præsump. l. fin. ff. de Iurisd. om. Iud.*

Limes

18. Limes autem consideratur ex quatuor circumstantiis, ex persona, causa, loco sive re, & ex tempore *cap 1. & 2. dist. 29.*

Inde terminatæ autem semper & ubique locum habent, quales merito supra adnotavimus esse personales *num. 3. & 5.*

19. Paucis, quæ species exemptionum concessa sit, non aliter dijudicari potest quam ex tenore privilegii ad quem tanquam ad scopum in hoc judicio collimandum est, *cap. porro de privileg. cap. fin. de usu pallii arg. l. de his ff. de transact. cap. cum jure de offic. deleg. l. unica C. de mandat. princip.*

20. Et quidem divisiones hæ accidentales sunt, excepta prima divisione, in reales, & personales, quæ penitius rem atque substantiam exemptionum concernit.

21. Rursus exemptio alia est, cui renunciare non licet, ut est ea quam Papa concessit *cap. cum tempore de arbitris cap. si de terra de Privilegijs.*

Alia cui renunciare licet, qualis est ea, quam Ordinarius concessit certis in casibus, quos infra capite sequenti exprimemus. *Io. Andr. cap. scienti de Reg. Iur. in 6, Fel. cap. P. & G. Col. 3. de offic. deleg.*

22. Postremo alia est *Pura & Absoluta*, ut est quæ ab omnibus eximit subjicitq; immediate sanctæ Sedi; alia verò *non pura & absoluta sed mediata*, exemplum in Abbatia Clarmonensi Ordinis Cistercienſis, quæ subjicitur Abbatiæ Clarevallensi, utraque enim exempta est, sed diversimode: una enim immediatè, altera mediatè *glo. sing. Clem. attendentes de statu Monach. Card. Clem. 1. quæst. 4. de suppl. neglig. prælat à legat.*

23. *text. Clem. 1. de Rescript.* Prima divisionis species propria est, cæteræ impropriæ, teste Peckio *cap. privileg. num. 4. ad verb. personale de Reg. Iuris in 6.*

QVÆSTIO III.

Quis possit eximere.

SUMMARIUM.

1. *Princeps concedit exemptiones civiles.*
2. *An Episcopus eximere possit.*
3. *Regulariter non potest.*
4. *A visitatione, procuratione, correctione eximere non potest, neq; à Cathedratico Iure reverentiæ, Charitativo subsidio.*
5. *Eximere tamen potest initio fundationis Ecclesiæ. Repudiatio futuri juris non est alienatio.*
6. *Eximere potest per modum Vicariæ perpetuæ.*
7. *item patiendo præscriptionem aut sententiam.*
8. *Et in omnibus aliis casibus exceptis prænotatis.*
9. *Prælatus nō appellādo præjudicat Ecclesiæ.*
10. *An Archiepiscopus possit eximere.*
12. *An Patriarchæ.*
13. *An legatus à latere.*
Exemptio est de reservatis Papæ.
Legatus nihil potest juri contrarium.
14. *An Pontifex.*

15. Pos-

15. Pontifex nõ potest eximere à Rom. curia. excommunicetur.
16. An ita quis eximi possit ne à Pontifice 17. Pontifex non potest sibi manus ligare.

PRincipem seu Imperatorem in civilibus exemptionem posse concedere, certius est, quàm sit necesse probare. *C. de his qui à principe vacat. muner. acceperunt lib. 10. Petrus Antiboli tract. de muneris. § 4. num. 3. & seqq.* Hoc autem intra suos carceres coerceri debet. Nam Ecclesiasticas exemptiones aliqua ratione ei concedere non liceret. *cap dudum de decimis cap. bene quidem dist. 96. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de Constit. Abb. & DD. cap. auditis num. 9. de Rest. in integrum. Innoc. Abb. Host. cap. auditis de integ. rest. Alber. l. bene à Zenone C. de quadr. præscript.* 1.

Sed præcipuæ difficultatis est, an Episcopus possit? Posse censuit Caldeus *Cons. 5. de Reb. eccl. non alien. Oldra. cons. 172. Col. 3. & cons. 254 ad objectas Col. 2.* hisce præcipuis rationibus, quod præscriptione ac sententia episcopali juri præjudicetur, ac adversus eum his titulis exemptio acquiratur. *cap. auditis, de Præscript. cap. cum inter de Re judicat.* 2.

Regula tamen communis est, non posse in totum eximere. *glos. cap. 1. in pr. de privileg. in 6. ubi Philipp. Franc. num. 4. vers. In glo. 2. Abb. cum olim num 4. de privileg. d. cap. constitutus cum glo. de religios. domibus in cap. cum venerabilis de censibus cap. cum inter: ubi etiam Felin. de Re jud. n. 3. & 4 glo. solemnis cap. visis 16. quæst. 2. Felin. in suo repert. vers. Episcopus cum consensu capituli.* 3.

Quam specifico octo modis. Imprimis ut à visitatione, 2. à procuratione, 3. à correctione eximere non possit, *cap. visis 16. quæst. 2.* Ne quidem ulla præscriptione, *c. cum ex officii de præscript. Io. Francis. Pavinus auditor Rotæ tract. de visitatione prima part. quæst. 4. num. 22. & 24. Molina de Iustit. & Iure to. 1. tract. 2. disput. 85. fol. 3. 8. A. in fine & disp. 79. fol. 326. E. vers. obedientia.* Nisi tamen detur de alio prælato, ut infra dicetur. 4.

Quartò neque à Cathedratico, *cap. pastoralis, cum glo. ubi etiam Hostiens. de donat. glo. cap. quicunque recognoverit 16. q. 7.* quod ita appellatur, quod detur Episcopo pro honore Cathedræ *cap. placuit 10. quæst. 3.* idem quod synodaticum, quia in synodo solvitur. *cap. olim de cens. 10. Hugo de officio quatuor prælatorum part. 12. tit. de exact. Episcopi. Io. Francisc. tract. de visit. quæst. 5. primæ partis num. 12. & seqq.* quod adeo verum est, ut pro libertate Cathedratici seu synodalici non currat præscriptio contra Episcopum. *Card. Clem. 1. in 3. qu. 1. de Iur. patr. Balbus de præscript. in 5. part. quæst. 16. Henricus Rotten. tract. de synodo part. 3. nu. 87.* 5.

Quintò similiter neque à jure reverentiæ eximere potest. *Bald. l. fin. C. de bon. lib. Angel. Lud. l sed si hac § patronum ff. sol. matr. vide Felin. cap. cum inter num. 3. de Re judicat. Iacob. Puteum lib. 3. decis. 115.*

Sexto nec à charitativo subsidio, *cap. cum apostolus de censibus, late Bartholom. Bellencinus*

lencinus rotæ auditor tract. de charitat. subsidio quæst. 47. per tot. est enim etiam ad instar aliorum jus impræscriptibile. *Bellens d. tract. quæst. 50. nu. 7. & 9.*

Septimo nec à jure institutionis *arg. cap. cum satis de offic. archidiac. ca. 2. de capell. Menoch. lib. 6.*

Postremo nec ab iis quæ sunt Ordinis Episcopalis, quæ refert Hostiensis in cap. dilecto de officio Archidiac. Notantur autem hi casus inter ceteros DD. ab Abbate & Io. Andr. in cap. cum venerabilis de censibus Frederici cons. 248.

Verum quia superius ad quæstionem respondimus regulariter negative, rarumque est in jure ut generalis assertio subverti non possit *l. omnis diffinitio ff. de reg. Juris.* Hinc regulam seu communem istam opinionem restringo, Imprimis ut Episcopus possit Ecclesiam eximere initio Fundationis. Ratio est quia tum nondum est quæsitum Episcopatui Jus superioritatis, *Ante de Butr. & Imola. cap. cum inter de consuet. Caldeus d. cons. 5. Felin. d. cap. cum inter num. 4. Cardin. cons. 11. quædam societas, Lud. allegat. 44.* & translatitium est, quod repudiatio futuri juris non sit alienatio, sicut etiam qui occasione acquirendi non utitur, non dicitur alienare, *l. alienationis §. qua occasione ff. de verb. signifit. Fabian. de Monte tract. de empt. & vendit. quæst. 4. quæst. 22. numer. 15.* Quamvis Butrio & Imolæ reluctetur Fredericus *d. cons. 248.*

6 Secundo ut possit per modum Vicariæ perpetuæ: excipiendo tamen jura de quibus Abbas *c. Cum venerabilis n. 5. de censib. & in c. Const. tutus, n. 10. ubi etiam Innocent. de Religiosis domibus.*

7 Tertio eximere potest præscriptionem patiendo, vix est enim ut non videatur alienare qui patitur usucapi, *cap. auditis cap. olim ubi DD. præscript. l. alienationis ff. de verbor. sig. Fabian. de Monte de empt. & vend. quæst. 4. quæstione 22. n. 13.* de præscriptionibus autem adversus Episcopum late Francisc. Balbus de præscript in prima parte quintæ partis princip. quæst. 11. & seqq.

8 Quarto à sententia pro exemptione legitimè lata non appellando *cap. Cum inter ubi Abb. Felin. & DD. de Re judic. per ea quæ notat Io. Bertachinus tract. de Episcopis in quarta parte 4. libri. quæst. 7. nu. 22.* Paucis in cæteris casibus exceptis octo prænotatis Episcopus eximere potest *Abb. cap. Cum inter num. 13. de Re judic. cap. Pastoralis num. 5. de donat. & d. cap. Cum venerabilis de censib ubi Io. Andr. & DD. vide Innoc. d. cap. Pastoralis n. 5. 6. 7. de donat.* Id tamen si faciat solemniter, cum causa, & consensu capituli, alioquin non valeret. *Archidiac. cap. visis 16. quæst. 2. Specul de dispensat §. nunc de Episcporum versic. 76. cum addit. Fred. d. cons. 248. per cap. novit de his quæ fiunt à præfatio. Clement. 2. de Reb. Eccles. non alien. cap. sine exceptione 12. qu. 2.* Abundat autem robore si accedit confirmatio Papæ, *cap. constitutus ubi DD. de Relig. dom. glo. & Abb. d. cap. Cum venerabilis num. 4.* quæ præsumitur translato cursu decennii, *Ita Menoch. de præsump. li. 3. c. 132. n. 53. Tiraq. de præscript §. 1. glo. 4.* per tot.

Restat

Restat solutio argumentorum Caldei & Oldradi, quæ solvunturalio argumento,à violatione tàm dialecticis, *Christoph Hegendor.in dialect. legali lib.2.tomo 15.* quàm Iurisconsultis usitato *l.mulier cum l.seq.ff.ad S.C.Velleian.* Etenim contra arguo: Episcopus potest per præscriptionem Ecclesiæ tacite præjudicare, ergo non potest expresse per exemptionem. Ratio est,quia dispar est ratio taciti & expressi. *Præses in loco, ab expresso ad tacitum.* Ideoque clericus tacitè potest jurisdictionem alieni Episcopi prorogare; expresse non potest. *cap.si diligenti cap. significanti c. dilecti de foro competenti Præses eodem loco.* Et ut paucis multa, Episcopus tacitè quidem Ecclesiæ præjudicare potest,expresse vero non potest. *Bertachinus tract.de Episcopis in quarta parte quarta partis quæst.7.n.22.* Patum urget secundò, quod adfertur de sententia: quia negligentia Prælati non appellantis tacitè præjudicat Ecclesiæ,quod expresse non posset,*cap.biduum 6.quæst.2.cap.Sæpe ubi DD.de appellat. glo. & DD.cap.1.ut lite non contest. Abb.cap.1.de dolo & contumacia, Bertachinus d.quæst.7 num.22.*

Successive quæritur tertiò,an Archiepiscopus possit? Causa quæstionis est, quod 10
Archiepiscopus dicitur velut Princeps Episcoporum: estque in sua metropoli seu Archiepiscopatu ordinarius ordinariorum. Sicut enim totius Episcopatus Ecclesiæ in potestate sunt Episcopi,sic Ecclesiæ totius Archiepiscopatus (inquit canon) ad diœcesim pertinent Archiepiscopi.*cap.1.9.quæst.3.Spec.de sentent.§.6.vers. Quid si Episcopus.Bertachinus de Episcop. in præludion.13 Anton de Prat.de Iurisdict.Episcop. cap.6.num.17.* Distinguendum est, ut in diœcesi suffraganeorum non possit.*tex. cap.sicut unire de excessib.prælator.cap.duo c.pastoralis de offic.ordin.c.nullus de Iure patr. Abb.d.c.Cum inter n.14.de Rejudicat.* In sua autem eadem possit quæ Episcopus. *Abb.d.c.cum inter.*

Ratio est, quia licet Archiepiscopi sint ordinarii totius provinciæ sive metropolis cujus gerunt solicitudinem,non ideo tamen cujuslibet de provincia, sed jurisdictio in quemlibet dicitur esse impedita, paucis quibusdam casibus per glos. & DD.exceptis.*glo.solemnis cap.pastoralis de offic.ordin. Io.Francisc. Pavinus de visitatione part.1.quæst.10.n.50.& seqq.* Quos Hostiensis *tit.offic.ordinar.§.sunt autem* expressit his versibus

Officium varium,forus,appellatio,crimen, ,,
Peccans,non patens,res,consultatio,deses, ,,
Prælul,canonici tumidi,sententia nequam, ,,
Visitat,indulget custos,quia Papa dat usus ,,
Permutat,sociis suspectus,cumque remittit ,,
Casibus his primas subjectos præsulis arcet.

Porrò, si consentiente Episcopo Archiepiscopus eximeret, tum non tam ab ejus 11
auctoritate, quam ex consensu Episcopi exemptio vires, & robur assumeret,

Arg. cap. Cum inter in verbis cum sua testimonio. R. quondam Veronensis Episcopi qui ejusdem Ecclesiæ Archipresbyter extitit factum fuerat & completum ubi etiam glo. & Abb. n. 14. de re judic. quo in casu censuit glossa *in cap. placuit 16. quæst. 6. per cap. Archiepiscopus 9. quæst. 3.* adhibendum esse consensum omnium Episcoporum provinciæ;
12 quod tamen Abbati displicuit *d. cap. Cum inter n. 14. de Re judic.* Eadem dicta sunt de Patriarchis *cap. duo de offic. ord.* id est patribus patrum, seu primatibus, ordo in jure post Pontificem summus. Quæ enim dicuntur de Episcopis, eadem etiam habent locum in Archiepiscopis & Patriarchis. *Caccialup. de unio. art. 4. n. 5. vers. 3. vol. tract. 15. fol. 150.* quales olim quatuor tantum erant: Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolimitanus, *cap. antiqua de Privileg. cap. cleros dist. 1. cap. omnes sine dist. 22.* hodie sunt Bituricensis, Pisanus, Aquilegiensis, Venetus, de quibus Nicolaus Boerius *de ordine graduum utriusque fori part. 1. nn. 13. & seqq. Francisc. Pavinus de visit. part. 1. quæst. 2. num. 8. & seqq.* Petrus à Monte *in Monarchia Concili. 1. Rubr. ordo assistentium concilio. n. 2.* Marcus Mantua *tract. de concilio num. 75. & seqq.* Io. Hugo *de officio quatuor prælatorum §. Erant etiam olim apud.*

13 Sed quid de legato? Non posse eximere, etiamsi esset legatus à latere certi juris est, probaturque duplici ratione. Prior est, quod exemptio sit de reservatis papæ. *late Abb. cap. ult n. 1 & seqq. cum apost. de confir. utili, vel inutili. Rebuff. in prax. benef. par. 1. tit. de Revoc. union. num. 16. glo. in cap. quod translationem. de officio legati*, ac propriè Apostolicæ sedi competat *glo. cap. 1. verb. exemptionis de privileg. in 6. ubi Philipp. Franc. n. 4. vers. in gloss. 2.*

Translatitium autem est, quod ubi requiritur Apostolica indulgentia, non valet indulgentia legati, *tex. cum glo. in clem. per literas de præbend. Clem. quia contingit §. 1. vers. Apostolicæ de relig. dom. Bellen. de charit. subsid. quæst. 40.* prout nec in generali legati à latere commissione transeunt casus papæ reservati. *Nicolaus Boerius tract. de potestate legati à latere n. 24.*

Posterior est, quia Legatus à latere nihil potest facere quod tendat in violationem juris communis, quod Abbas dicit esse regulare. *cap fin. nu. 2. cum add. de confir. utili vel inutili. Boer. d. tract. de pet. legati à latere n. 44. Villadiego tract. de legato. par. 1. quæst. 9. n. 64. per cap. pen. & ult. de filiis presbyterorum.* eximere autem & adversatur juri. *cap. Omnes basilicæ 16. quæst. 7. Milis in repertorio verb. Episcopus fundat. fol. 127. & Episcopus solus fundat. fol. 130. per tex. cap. cum Episcopus de offic. ord. in 6.* & plurimum præjudicat Ecclesiæ. *Baron. in annal. Eccl. tom. 8. anno 676. Pontifice Adeodato fol. 517 latissime Durandus de modo celebrandi concil. generalis tit. de exemptionibus à n. 15. usque ad n. 75. Concil. Tridentinum sessione 24. cap. 11. & 20. de Refor.* Ideoque non est facile (inquit Fel.) concedenda exemptio. *ca. Cum non liceat n. 1. de præscript.* Sed potius rejicienda. *Rom. cons. 37 Innocent cap. dudum de privileg.*

14 De Pontifice videtur voluisse dubitare Durandus *tract. de modo generalis Concilii*

part.

part.1.Rubr.4.n.18.43.44.& seqq. Sed tamen nihil dubii subest, *glo.cap.1.in pr.ubi etiam Francus de privileg.in 6.cap.frater 19.quæst.1. cap. luminoso 18. quæst.2.glo.cap. quod translatione de offic.legati,& optime in nostris terminis Parisius cons.22.n.11. & seq. vol.4.expressim Mandosius designat gratis.1.exemptiones vers.eximere proprie est Apostolicæ sedis. Anchar cons.132.n.5. Spec.tit.de legato.§.nunc ostendendum vers.11. l.nemo C de decurionibus lib.10.cap. Cum inferior ubi glo.in verbo exemplum & Abb. de majorit & obedient.* Quid enim ei abnegabimus de quo insigne illud D. Bernardi 2.*de Consider ad Eugen.* Age indagemus adhuc diligentius, quis sis, quam geras personam in Ecclesia Dei; Quis es Sacerdos magnus? Tu princeps Episcoporum. Tu hæres Apostolorum, tu primatu Abel, Gubernatu Noe. Patriarchatu Abraham, Ordine Melchisedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyses, Iudicatu Samuel, potestate Petrus, unctione Christus. Alia multa de Pontificis potestate leguntur apud Anton.de Rosellis *tract.de Conciliis capit.Sententia quæ potius attendenda sit.17. & Capit. Pontifex circa quos & ubi potestatem habeat,cum aliis plurimis capp.seqq.* Item eundem *tract.de potestate Imperatoris & Papæ,per tot.* Catald. de Bonon. pag. *tract.de potestate Papæ.* Pretereundum tamen non est, quod,etsi pontificis sit proprium eximere,tamen quod à se,vel Romana curia eximere non possit; *Abb.cap.si quis num.2. de Major & obed. Selva tract de beneficio part.3.quæst.8.num.36.& tract de jure jurando part.4.nu.39. Belleus de charit.subsid.quæst.58.n.4. Restaurus tract.de Imperatore q.50. n.32. Felin.cap. Cum non liceat num.14. de præscript.* nec adversus eum præscriptione exemptionem acquiri, verius est. *Felin.cap.cum nobis, de præscript. & d. c. cum non liceat. Milis in repert.verb.præscribere nemo fol.358. Abb.c.ad audientiam n.18.&.19. de præscript Restaur.de Imperatore d.quæst.54.n.6.* idq; ne dentur acephali, quos Ecclesia rejicit. *cap.nulla ratione dist. 93. ubi glo.* quod de omnimoda & totali exemptione accipiendum est: speciali enim privilegio, ut puta charitativo subsidio, decima papali, aut alio ejusmodi jure à Pontifice quis eximi posset. *cap.decet de reg.Iur. in 6.cap.1 & 2.25.quæst.2. Bartholom.Bellencinus de charitat.subsidio.quæst.58.n.3.*

Unde itum est in aliam,& quidem arduam quæstionem, an Princeps privilegio aut præscriptione eximi possit à punitione Pontificis, seu quod in idem recidit ne ab eo excommunicetur? Posse videtur judicare extravagans Io.22. incip. frequentes, sub finem; dignitati enim principis parcendum est. *Massa ad formulam Cam.oblig.tit.Reliqua processus n.21.* Verum est ejusmodi Privilegia, & vana esse, & nulla, *late Roder.Episc.Sameren.lib.de Origine principatus parte 2.charta 77. & seqq. §. verum § tertio. Restaurus tract.de Imperatore quæst.50.nu.32.quæst. III. casu 77.per cap. Cum instantia ubi DD.de censibus cap.per venerabilem. Qui filii sint legitimi cap. Licet de foro compet.cap.novit. de Iudic.l. Iubemus nullam ubi DD. C.de Sacros. Eccles.cap cum non liceat de præscript.* Et est conclusio Abbatis *d.cap. cum instantia.* His verbis: Quinimo dicit Io.Andr. se non credere quod Papa posset aliquem privile- 16.

giare, ne teneatur venire ad eum, vel ut per eum non possit excommunicari, & ego
„ hoc habeo pro indubitato, quia cum Papa teneat locum Dei in terris ut in cap. 2.
„ de transl. prælator, non debet aliquem eximere sua potestate, cum per hoc eximere-
„ tur à potestate Dei, unde contra summam potestatem Papæ, non valet præscri-
„ ptio. ut not. Innoc. *cap. bonæ 2. de postul. prælat.* Ita ille, Idem censet Felin. *in d. cap.*
„ *cum non liceat n. 14. in fine de præscript.* tum ne dentur acephali, sine Rege, sine capite, ut locustæ *Abb. c. per venerabilem num. 9. & 37. Qui filii sint legitimi. Fel. Abb. & DD cap cum non liceat de præscript. cap. nulla; dist. 93.* tum ne sit in manu Pontificis abji-
17 ciendi à se claves ac sibi manus ligandi. *ca. innotuit de elect. dicam infra lib. 3. cap. 1. n. 2.* Quam sententiam doctè confirmavit Gregorius Sayrus Theolog. Benedictinus *tom. 1. Theologiæ moralis lib. 5. cap. 10. num. 12.* dicens ne quidem ejusmodi privilegio quemquam immunem esse à censuris Bullæ Cœnæ Domini. *qua de re dicam infra lib. 4. quæst. 75.*

QVÆSTIO IV.

Ius exemptionum an sit favorabile vel odiosum.

SUMMARIUM.

1. *Agentis intentio inspicienda.*
2. *Leges, statuta, privilegia, judicanda ex intentione concedentis.*
3. *Exemptiones an concessæ favore exemptorum.*
4. *Exemptiones an extendantur ad instar privilegiorum. 15. 16.*
5. *Ius exemptionum odiosum.*
6. *Pontifex diœcesanus totius orbis.*
7. *Exemptiones restringendæ. 8. 14. 17.*
10. *Ampliatur etiam ad exemptiones inclusas corpori juris.*
11. *Masculinum non concipit fœmininum.*
12. *Reditio ad jus commune favorabilis.*
13. *Cum favor & odium concurrunt, prævalet odium.*
18. *In dubio judicandum pro ordinario.*
19. *Iurisdictio ordinaria valde favorabilis.*

1 VIderi favorabile jus exemptionum non paucis probari potest argumentis: quæ priusquam attingam præmitto, ut cognoscatur qualis sit actus, inspici debere an agens principaliter motus sit ob favorem, aut etiam ob odium. Primo casu favorabilis, altero odiosus judicatur, *l. qui exemptionem, in pr. ubi Barth. & Bald. ff. de cond. indeb. Bald. l. 1. col. 10. vers. sed hic quæro de effectu C. de summa trinit.* estque generale ut statuta, leges, privilegia censeantur favorabilia ex principali intentione con-
2 cedentium. *Bald. l. venia ubi DD. C. de in jus voc. cons. 433. Domina Ioanna col. 2. lib. 3. Nicolaus Milis in repertorio verb. lex dicitur favorabilis.*

Atqui, nemo dubitaverit exemptiones concedi favore exemptorum, quandoque ut liberati jugo ordinarii quietius vivant: quandoque etiam favore sanctæ sedis, cujus

cujus interest habere multas immediate subjectas, ideoque in odium ordinariorum *late Rebuffus Responso. 142. cap. quam sit 18. quæst. 2.*

Deinde exemptiones sunt privilegia Principum, quæ late, & omni cum favore dicuntur interpretanda & extendenda, *l. fin. ubi DD. ff. de const. pec. l. ult. ubi tex. ff. de const. princip.* sic etiam dispensatio quæ alioquin odiosa est late interpretatur. *cap. 1. de filiis præbit. in 6.* Postremò, quando favor & odium concurrunt, dicitur considerandus favor *Abb. c. in litteris in fin. de Rest. spol. per not. in d. l. 2. C. de in Ius vocando* 5 6 *Bald. l. 2. C. Qui non possit ad libert. pervenire.* Communis tamen conclusio est, jus hoc exemptionum esse odiosum. Ratio est, Quia sicut Pontifex Diœcesanus est totius orbis, *cap. cunctaper mundum 1. & cap. cuncta per. 2. 9. quæst. 3. Troilus de Canonisat. sanct. dubio 2. n. 8. 9. 28. 29.* & Imperator dominus universi orbis protectione atque dignitate *glo. solemnis in cap. Adrianus Papa dist. 63. text. l. deprecatio ff. ad l. Rodiam de jactu. Bald. cap. 1. n. 2. de allodiis. Menoch lib. 2. præsumpt. 14. n. 3. & seq. Restaurus tract. de Imperat. quæst. 52. & 53. n. 19.* Sic Episcopus fundatam habet intentionem ubique & in omnes suæ Diœcesis. *cap. cum Episcopus ubi DD. de offic. ord. in 6. cap. omnes Basilicæ 16 47. cap. noverint cap. noverint cap. regenda cap. sic quidam 10. quæst. 3. cap. cum contingat de foro compet.* nisi tamen concessa sit exemptio: quæ quidem quia est contra jus commune. *Abb. cap. recepimus n. 4. de privileg. in cap. 1. n. 10. de offic. ordin.* ideo (ut 7 & omnia quæ communi juri repugnant) dicenda est juris odiosi. *Abb. cap. quia circa in 3. not. de privileg. in cap. olim super glo. 1. de verb. sig.* Est enim omnis recessus à jure communi odiosus. *Abb. cap. cum dilectus, de consuet. cap. 1. & 2. de filiis presbit. late in materia exemptionum Durandus tractat de modo concil. general. part. 1. Rubr. 4. nu. 15. & multis seqq.* Ideoque stricti juris. *cap. quæ à jure de Reg. juris in 6. l. quod vero ff. de legib. Barth. in repet. l. Cæsar sub finem ff. de publ. & vectigal. Bald. post Iacob. de Aret. l. non possunt in 2. lectura ff. de legibus.* Ac proinde exemptiones, quia præjudicant ordinariæ 8 potestati quæ est favorabilis, quantum fieri potest restringendæ. *Franc. c. 1. n. 2. vers. 3. nota. de privil. in 6. in c. ne aliqui n. 1. c. per exemptionem n. 5. vers. in glo. eodem tit. Abb. c. sane, per totum de privil. Iason l. si sic stipulatus n. 12. ff. de verb. oblig. Et l. 1. ff. de Const. Abbas consi. 102. n. 2. vers. Tertio facit, v. 1. Innocent. c. dudum de privilegiis.* Ut & rescripta, privilegia, gratiæ Pontificum, & id genus similia, in quantum à communi jure 9 recedunt. *late Fel. cap. causam quæ de Rescrip. Io. Baptista Leonellius tract. de surrept. rescript. quæst. 3. art. 7. Tiraq. de Retract. consang. §. 1. glo. 9. n. 180. & seqq. & latissime §. 35. glo. 1. Bald. c. super litteris Col. 1. de Rescript. Rebuff. in praxi benef. par. 1. Tit. differentiæ inter privilegium & Rescript. n. 23. in fin.*

Quæ etiam extendo ad exemptiones in corpore juris clausas. *Andr. Gammarus* 10 *tract. de extensionibus n. 164. Francus c. cum de diversis n. 4. de Privil. in 6. glos. c. ut circa de electio in 6. & c. Constitutionem de Regular.* ideoq; exemptio concessa fratribus minoribus non extenditur ad sorores ejusdem ordinis, quod contra Roiin: de Forlii

in

in l. tres fratres ff. de pact per illum tex. & l. lucius § . quæsitum ff. de leg. 3. l. lucius. § . mœnia ff. ad trebell. l. lucius ff. fam. herciſc. & Flamminium Pariſ. *de Reſig. ben. part. 1. lib. 3. qu.* 12. dicens *diſpoſitum in Abbate habere locum in Abbatiſſa.* Cenſuit Baldus *in d. §. Mœnia & in l. quicunque col. 4. C. de ſervis fugit.* Et poſt eum Alex. *Conſ. 15. viſ. teſtamen-*
11. *to n. 3. vol. 4.* & meritò, regulare enim eſt in privilegiis, aut reſcriptis maſculinum non concipere fœmininum, *late Tiraq. de retract. conſang. § . 1. glo. 9. n. 183. & ſeq. not. Decius l. feminina n. 65. & ſeq. ff. de Reg. juris* DD. *l. verbum hoc ſi quis, ubi Rebuff. Alciat. ff. de verb. ſignific.* Quæ notanter limitantur in exemptione ab ordinario ſpeciali; puta, qui non habet juriſdictionem ordinariam de jure, ſed ex privilegio, præſcriptione, conſuetudine, aut aliter, de quo Navarrus *Conſ. 9. de privileg. tomo ſecundo.*
12. ejuſmodi enim exemptio, ſeu reditio in juriſdictionem veti ordinarii, ut & reditio ad jus commune, omni digna favore eſſet judicanda *cap. ab exordio cum gloſſ. diſt. 35. l. ſi unus § . pactus ne peteret ubi DD. ff. de pact. late Fel. cap. cum acceſſiſſent col. 1. de conſtit. Goſadinus conſ. 1. num. 35. conſ. 9. num. 31. Abb. cap. olim num. 5. de verb. ſignif. Rebuff. in praxi benef. part. 1. tit. differentia inter privileg. & reſcript.* Unde (quod notandum eſt) elicitur, quod licet exemptus ab ordinario, & immediatè ſubditus Papæ, non poſſit ſe ſubmittere extraneo ſuperiori ſine licentia Papæ, tamen ordinario ſuo bene ſe ſubmittere poteſt, quia hoc modo tes ſimpliciter redit ad jus commune, ſunt verba Felini & Taſonis, *l. ſi unus § . pactus ne num. 9. ff. de pact. Felin. in ſuo repert. verb. exemptus ab ordinario & immediate ſubditus Papæ fol. 53. col. 1. Abbas c. ſignificaſti in. 10. de foro compet. in c. de offic. ord. Navar. conſ. 13. de privileg. t. 2.* Sic clericus licet de jure non poſſit conſentire in alium judicem ſine venia ſui Epiſcopi, *d. c. ſignificaſti.* Si tamen ex jure ſpeciali ſit ſubjectus prælato inferiori ab Epiſcopo, ut in ſuum Epiſcopum conſentiat, non requiritur licentia prælati. *Ias. d. § . pactus ne nu. 9. Felin. repert. verb. Clericus qui eſt ſubditus fol. 20. col. 1. & cap. Cum acceſſiſſent num. 5. de conſt.* quia (inquit ibi) adhoc ut res revertatur ad jus commune, à quo per viam ſpecialem exierat, poteſt inferior venire contra diſpoſitionem ſuperioris. Id quod magis appoſite diſcutietur infra *Libro 2. cap. 5. n. 18. & ſequentib.* Quæ cum ita ſint, patet ſatis reſponſio ad objecta in principio. Et quidem primum ſolvitur dupliciter. Imprimis quod etſi exemptiones interdum favore exemptorum conceſſæ ſint, tamen principalius interceſſit odium ordinariorum, ut late deducit Rebuffus *Reſponſ. 142.*

13. Porrò cum in diſpoſitione concurrunt favor & odium, ea ſimpliciter cenſetur odioſa. *Io. Andr. c. ult. ſup. glo. 5. ubi Anchar. dominic. Francus n. 6. in fine de verb. ſignif. Bald. l. 1. col. 1. verſ. Item nota quod privilegium. ff. de conſtit. princ. Mulis in repert. verb. lex dicitur favorabilis & verb. privilegium ſi in uno.*

14. Secundo exemptiones adverſantur juri communi *d. cap. baſilicæ d. cap. ſignificaſti d. cap. Cum Epiſcopus.* Omnis autem receſſus à jure communi eſt odioſus. *cap. 1. &*

2. de

2. *de filiis presbit. in 6. Abb. cap. olim n. 3. de verb. significat. latè Durandus d. parte 1. Rubr. 4. n. 15. & seqq. usque ad num. 75.* Ad secundum, fateor exemptiones esse privilegia Principum: sed tamen quia præjudicant jurisdictioni ordinariorum, quæ est valde favorabilis *cap. pervenit 11. quæst. in fin. Franc. d. cap. per exemptionem n. 5.* debent ad instar omnium privilegiorum strictissimè interpretari, ut minus quam fieri potest præjudicent tertio. *Felin. c. causam quæ n. 10. & seqq. de Rescrip.* Licet bene respectu concedentis admittant interpretationem extensivam *Abb. cap. olim n. 7. de verb. sign. latè Iason & DD. l. beneficium ff. de Constit. Castrens. lib. 2. C. de in ius vocand. ubi etiam DD. Milis verbo. privilegium principis contra eum.*

Ad postremum, respondetur partim ut ad primum, partim quod hic versetur etiam odium respectu exemptionum, ex eo quod dicantur excitari perturbationes & dissolutiones. *Concil. Trident. sess. 24. cap. 11. de Refor. Durand. d. parte 1 Rubr. 4. a n. 15. usque ad n. 75. Choppin in suo Monasticon lib. 1. art. 2. num. 22.* Unde inquit D. Gregorius in epistolis, si sua unicuique Episcopo Jurisdictio non servetur, quid aliud agitur, nisi ut per nos, per quos Ecclesiasticus ordo custodiri debet confundatur? *c. pervenit 11. qu. 1. Riga cap. cum M. n. 195. de constit.* aut si versatur qualis qualis favor, certe ille privatus est, ceditque favori ordinariæ jurisdictionis, qui publicus est, *per not. Franc. & DD. cap. odia de Reg. juris in 6.* Et ne multa: si exemptiones sunt contra Jus commune, (ut esse probatum est supra) quantumvis certe sint exemptorum favore introductæ, tamen nihil dubitandum est, quin simpliciter tanquam quæcunque juri communi contraria, sint odiosæ & strictim interpretandæ. Sic de retractu consanguinitatis concludit Tiraq. *in Præfat. num. 67.* Hinc in dubio semper præsumendum est & judicandum pro ordinario. *Feder. Cons. 130 Abb. cap. Quondam numer. 4. cum addit. de privileg.* cujus jurisdictio est valde favorabilis, *cap. pervenit 11. quæst. 1. & cap. qui resistit quæst. 3. Archidiac. in cap. Frater 16. quæst. 1. n. 3.* Et est ratio, quia fiunt in præjudicium potestatis ordinariorum, quæ utique favorabilis est, & extendenda.

QUÆSTIO V.

Dispositione Generali, an comprehendantur Exempti?

SUMMARIUM.

1. *Dispositio generalis non extenditur ad casus privilegiatos.*
2. *Exempti sunt honore, & prærogativa digni. 16.*
3. *Sub*

3. *Sub indictione generali collectorum, exempti non comprehenduntur.* 19.
4. *Beneficia exempta non comprehenduntur appellatione beneficiorum* 20. 21.
5. *Appellatione clericorum non comprehenduntur exempti.*
6. *Cardinales an Comprehenduntur sub dispositione generali.* 26.
7. *Conclusio affirmativa quæstionis.* 10.
8. *Pontifex est Diœcesanus exemptorum.*
9. *Exempti magis subijciuntur Papæ quam alij.*
11. *Generalis dispositio comprehendit causas, & personas privilegiatas.*
12. *Generali dispositione ne aliquid fiat comprehenduntur exempti.*
13. 14. *Limita si generalis dispositio præjudicaret exemptioni.*
15. *Sublimita nisi dispositio generalis haberet prægnantes clausulas.*
17. *Generalis dispositio odiosa generaliter intelligenda.*
18. *Tantum operatur generalis dispositio in genere, quantum specialis in specie.*
21. *Si concessum sit Episcopo ut percipiat fructus beneficiorum vacantium in sua Diœcesi habebit etiam fructus beneficiorum exemptorum suæ diœcesis.*
22. *Appellatione Ecclesiarum Diœcesis comprehenduntur exempta.*
23. *Limita si dicatur de tua diœcesi.* 25
24. *Valet argumentum à rebus ad personas.*
27. *Sententia in favorem piæ Record. Cardin. Erardi à Marcka Principis Leodiensis.*
28. *Dispositio legis & hominis æquiparantur.*
29. *Dispositione generali quis non censetur disponere quod suæ non est potestatis.*

1 NOn comprehendi exemptos sub generali dispositione, multa videntur arguere. Imprimis, Quod dispositio generalis non extendatur ad casus speciales, & privilegiatos, sed eorum gratia veniet restringenda, nisi tamen specialiter de illis caveatur. *Abb. cap. verum numer. 22. de foro competen. glo. & text. cap. 2. de præbend. in 6. Intestamento ubi Fulgos. C. de Testamen. l. Hac consultissima ubi gloss. & DD. C. Quitestam. facere poss. Alciat. l. postquam litu sub finem C. de pact.*

2 Cum ergo exempti, tanquam eximii, sint meliore loco, acommi favore, privilegio, & honore, aliis præferendi, *cap. per tuas ubi gloss. de majorit & obed. cap. ut Apostolico ubi Frant. num. 3. de privileg. in 6. Petr. Brixiens. in repert. verb. Exemptio vers. An Prælatis. Henricus Botteius de Synodo Episcop. par 3. numero 17.* Generali dispositione comprehendi non debent. Ut hoc in puncto tradit Bald. l. 1. *Colum. 6. vers. unde quæritur. C. de furtis Castrens. Cons. 313. postrema resista. vol. 1. Cons. 462. vol. 2.*

3 Secundo, sub generali indictione collectarum non comprehenduntur exempti, *Archidiac. cap. si propter de rescript. in sexto. Angel. l. fin. C. sine censu & reliquis*

quis Bertachin. de Gabellis. part. 7. num. 29. Lucanus de fisco part. 3. de Immunit. collect. num. 9. Gigas de pension quæst. 59. n. 9. quod & in charitative subsidio tenet Decius *Cons. 154. an causa exemptionis colum. 2.* & in Gabellis, Io. Gutierrez. *tract. de Gabellis quæst. 87. & seqq.*

Tertio similiter sub generali appellatione beneficiorum non veniunt beneficia 4
exempta *tex. & DD. d. cap. si propter. Copus de fructibus lib. 4. tit. 3 cap. 3. Rota de-*
cis. 2. de privileg. in antiq. Sicut quoque nec appellatione beneficiorum diœ-
cesis. *Felin. cap. grave num. 2. de offic. ordin. Selva de beneficio part. 1. quæst. 3.*
num. 21.

Quarto generali dispositione seu appellatione clericorum, non veniunt aut 5
comprehenduntur exempti, *text & gloss. in d. cap. grave cap. ex parte de privileg. glo.*
Clement. si beneficio de præbend. ubi Cardin. glo. Clem. frequens de excess. prælat. Petr. Bri-
xiens. in repert. verbo Clericus.

Postremo, sicut generali dispositione Papæ non comprehenduntur Cardinales: 6
quia in generali dispositione non includuntur majora expressis, *cap. sedes Apostо-*
lica ubi Felin. & DD. de Rescript. Ioan. Monach. Ioan. Andr. cap. unico de schismat in 6.
Gigas de pensionib. q. 59. num. 11. & seqq. Barbatia tract. de Cardin. part. 1. q. 7. per tot.
ita etiam exempti.

Sed prædictis non obstantibus, concludendum est contrarium. Quod ut 7
probem, præmitto Pontificem esse Diœcesanum, & superiorem exemptorum 8
cap. multa dist. 93. glo. & Franc. cap. auctoritate. §. inhibemus vers. in gloss. de privileg.
in 6. Abb. cap. nihil de electione. Unde, cum Papa aliquid generaliter constituit, li-
gat omnes suos subditos *cap. 1. de const. cap. 1. de Censib.* Licet autem omnes sint 9
Papæ subditi, longe tamen magis subjiciuntur ei exempti, cum alium non ha-
beant Iudicem: alioquin enim forent acephali, sine rege, sine capite, quas
Pontificia jura execrantur *gloss. & text. d. cap. nulla. tex. cap. quidam circa fin. 24.*
quæst. 3.

Itaque conclusio est, quod in generali dispositione comprehendantur exempti. 10
Ita concludit, & confirmat Gomesius *ad Regulas Cancellariæ tit. de infir. resignat. par. 1.*
quæst. 5. fol. 73.

Ratio est, quia generalis dispositio legis non solum causas sed etiam personas 11
privilegiatas comprehendit. *Bald. l. in fraudem §. ult. de test. milit. Decius l. 1. num. 9.*
ff. de regul. Iuris. cum addit. latissime suo more concludit Tiraquell. de retr. Conv. §. 1.
gloss. 14. n. 95. usque ad num. 103. Idque etiamsi major aut specialior aliqua ratio
in uno quam in alio casu appareret, & etiamsi in odiosis aut pœnalibus versaremur.
Gozad. in Cons. 35. breviter colum. 2. num. 6. Cons. 51. an causa num. 24. Cons. 103. videtur
primo num. 3. Cons. 59. prima facie num. 15. Cons. 19. num. 17. Tiraquell. d. §. 1. gloss. 14.
num. 101. & seq.

Hinc est, quod generali prohibitione ne aliquid fiat, includantur etiam exempti. *Ita Philip. Franc. cap. auctoritate §. inhibemus in pr. de privileg. in 6.* quia tantum operatur generalitas respectu omnium, quantum specialitas respectu quorundam. *Castrens. in l. qui ædificium num. 3. per l. si servitus ubi glo. ff. de servit. urb. prædiorum l. si duorum & ibi Barch ff. de administ. tut. l. si chorus ff. de leg. 3. l. omnes C. de præscript. 30. vel 40. annorum. Tiraquell. tract. de præscript. §. 1. glo. 11. vers. hac tamen in fine quem omnino in hac materia vide.* Item etiam sub generali dispositione clericorum comprehenduntur exempti. *Navarrus de datis & promissis pro Iustitia not. 4. vers. sexto noto.* Quæ tamen declaranda sunt, & limitanda, ut obtineant in materia tantùm communi & indifferenti.

13 Nam si dispositione generali verteretur aliquod præjudicium speciale exemptionis, tunc sub ea non comprehenderentur exempti. *arg. l stichus ubi Barth. ff. de aliment. & liber. leg. Bald. l. omnes populi ante finem vers. Item nota quod generale statutum ff. de Iust. & Iure. Decius l. 1. n. 10. 11. ff. de reg. Iuris. Tiraquell. de præscript. §. 1. glo. 11. in fine & de Retract. Consang. §. 1. glo. 14. n. 105.*

14 Ratio est, quia per ejusmodi constitutiones seu dispositiones generales, revocarentur, aut alterarentur exemptiones, quod jura non admittunt *tex. cap. 1. De Constit. in 6. l. decurionibus ubi glo. & DD. C. de silent. lib. 12. Milis in repert. verb. privilegium non insertum in fol. 372. pag. 2. quod etiam multis auctoritatibus confirmat Tiraq. d. tract. de præscript. §. 1. glo. 11. post princip.* Quod ipsum confirmatur per Henricum Ferendat. *in addit. ad Repert. Milis in verbo privilegium his verbis:* Privilegio speciali alicui con-
» cesso nunquam derogatur per legem generalem, nisi fiat de ipso mentio. *tex. est cum*
» *sua glo. l. decurionibus C. de silentiar. lib. 12.* quem tex. ad hoc ponderavit Bald. *l. non plu-*
» *res C. de sacros. Eccles.* refert & sequitur Jacob. de S. Geminia. *d. 2. §. omnes autem col. 2.*
» *vers. adde ff. de Iudic.* ita ille.

» Quod tamen sublimita, nisi in dispositione generali adjectæ sint clausulæ præ-
15 gnantes, quales sunt non obstantibus, &c. Etiamsi de verbo ad verbum, &c. Cujuscunque status, &c. aut aliæ ejusmodi, Aut subjecta materia vel disponentis præsumpta voluntas aliud suadeat. De quibus compendii gratia Gomesius *in proemio Reg. Cancell. quæst. 4. 5. & in Comment. ad Reg. de valore exprimendo in Impet. benef. quæst. 1. vers. Quid in tanta varietate usque ad vers. Postremo. Felinus cap. accedentes de præscript. Guido de Rescript. nu. 22. & seq. Menoch. de præscript. lib. 2. præsumpt. 12. nu. 3. & seqq. & lib. 6. præsumpt. 38. & 40. per tot. Navarrus Cons. 12. de Regularibus n. 5. lib. 3. tom. 1. cons. 7. de privileg. tom. 2. arg. glo. in verbo cujuscunque. Clem. si de beneficio, ubi Card. de præbendis.*

Non obstant argumenta in principio opposita, quia licet in exemptis præfulgeat quædam nota honoris, qua non exemptis quadantenus præferuntur. *d. cap. per tuas Franc. d. n. 3. Petrus Brixien. & Henric. Botteus supra cit.* tamen ejusmodi præeminen-

tia

tia non liberat à vinculis legis sive generalis disposítionis, argumento ejus quod de Augusta dicitur: quæ etsi fulgeat radiis Augusti, *l. fiscus §. fin. ff. de jure fisci.* tamen generali constitutionum dispositione comprehenditur, *tex. not. l. princeps ff. de legib.* 17 Hinc est quod dicitur, dispositionem generalem quamvis odiosam, quantum petitur lata interpretatio oriens ex proprietate verborum, generaliter esse intelligendam. *Ang. l. ult. vers. ultimo quæritur ff. de const. princip. per tex. l. cum lege ubi Aret. ff. de Testam. Tiraq. d. tract. de præscript. §. 1. glo. 11. vers. Idque adeo procedit.* Quod ipsum post Tiraq. censuit Gomesius his verbis, Dispositio (inquit) generalis capit omnes" suas species, etiam qualitate differentes, ut notat Bald. l. in fraudem ff. de milit. test." per tex. l. 1. §. quod autem ff. de aleat. not. Decius cap. 2. de prebendis & alibi sæpe." Ita ille. *In comment. ad Reg. de Impetr. benef. vac. per obitum famil. Cardin. quæst. 8. vers. Et pro isto in fine.*

Ratio est, quia tantum operatur dispositio generalis in genere, quantum specialis in specie *l. si duo ubi Barch. ff. de adm. tut. l. si chorus ff. de leg. 3. l. omnes C. de præscrip. trig. vel quadraginta annorum.* 18

Non obstat secundum. Quia exempti ideo non comprehenduntur in generali indictione collectarum, ne per constitutiones, & dispositiones generales privilegium eo in casu specialiter concessum, revocetur, ut præter cæteros in prima declaratione à me vocatos in auctoritatem, apposite probat Decius *l. 1. nu. 10. & 11. ff. de Reg. Iuris glo. cap. grave de offic. ordinar.* 19

Ad tertium negatur simpliciter, quod appellatione beneficiorum non comprehendantur exempta. Ita censet Gomesius concludens ea comprehendi sub regula Cancellariæ, de infirmis resignantibus. *Lud. Gomes. ad reg. Cancell. Reg. de infir. resig. quæst. 5. Philip Franc. cap. si propter num. 8. & 9. ubi explicat Archid. de Rescript. in 6.* 20

Hinc est quod si concessum fuerit Episcopo privilegium ut habeat fructus beneficiorum vacantium in sua Diœcesi, habebit etiam fructus beneficiorum exemptorum suæ Diœcesis, *Anton. de Rosellis tract. De Indulgentiis num. 314. & seqq. Io. Copus tract. de fructibus lib. ult. ca. 3. num. 14. & seq. Abb. cap. pro illorum num. 6. in fine de præbendis.* 21

Translatitium enim est, quod appellatione ecclesiarum Provinciæ vel Diœceses veniant etiam exemptæ. *Abb. d. cap. pro illorum num. 6. Fel. ca. grave n. 1. de offic. ord. ca. dilecti pro foro compet. Anton. de Rosellis & Io. Copus, jam citati. Cardinalis Clem. Archiepiscopi §. simili n. 15. de privileg.* 22

Non tamen si diceretur *de tua Diœcesi* vel *ecclesiarum tibi subiectarum*, adeo quidem, ut hic major sit difficultas ex verbis, quam in re. *Felin. d. cap. grave Io. Copus Rosellis Abb. d. num. 5.* Siquidem differentia statuitur inter has enunciationes, de beneficiis in tua Diœcesi, & de tua Diœcesi: ut in priori comprehendantur exempta; 23

in posteriori neutiquam: quippe quod beneficia exempta sint quidem in diœcesi, sed non de diœcesi Episcopi, *Lapus Clem.2.de privilegiis Abb.d cap.grave num.1.cum addit.de offic.ordin.Roselli d. loco n.315.Petr.Brixiens.in repert.verb. Exemptio vers. an per mandatum, Et notavi infra quæstione 46.post.pr.*

24 Ad quartum, respondeo omnino uti ad præcedens: Idque argumento à rebus ad personas, quod est in jure validum, *arg.l.miles ita ff. de milit. testa. & arg. l. si quis inquilinos § si ita legatum de legat.1.Matth.Gribaldus de ratio stud lib.1.cap.18. & præses in locis à loco ad personas.*

Non obstat cap.grave de officio ord. Quia illud disponit de clericis tuæ diœcesis, qui ad instar beneficiorum non comprehenduntur jusmodi sermone, ex eo quod tuum importet superioritatem, quam Episcopus non habet in exemptos
25 *Card.cap.Abbatem de Rescrip.* Sicut enim loca exempta, sunt in diœcesi Episcopi, sed non de diœcesi ut dictum est supra, *adde Abb.cum add.cap. Apostolicæ num. de donat.* Ita & clerici exempti sunt in diœcesi Episcopi, sed non de diœcesi. Confirmo quia clericorum generali appellatione veniunt clerici cujuscunque gradus. *Francus cap.1.in pr.n.2.de clerico ægrotante in 6.cum distinctione tamen quam ibi adfert.*

26 Ad postremum licet plerique censuerint generali dispositione non comprehendi Cardinales, ut præter alios tenuit etiam Io.de Selva. *tract.de Beneficio parte 3. quæst.43.n.3.* tamen verius est, & communius comprehendi *Felin.cap. in jure peritus de offic.deleg. cap.ad aures col.7.vers.octava conclusio de Rescrip. c.quod super his col.3. de fide Instr.Bellensinus tract.de charit.subsid.quæst.66.ubi hic articulus distinctim explicatur, adde exactè Navarrum distinguentem tract.de datis & promissis pro justitia not. 4.vers.sexto quæro.*

Quam opinionem confirmat variis in locis Loudov.Gomesius ad Regulas Can-
27 cellariæ: asserens ita fuisse judicatum anno 1531. in Novembri per Rotam in favorem Erardi à Marcka piæ recordationis Cardinalis & Principis Leodiensis contra Cardinalem de Vich. *In præm. Regul. Cancel. quæst.4. vers.ex quo infertur ac aliis in locis.*

Pro coronide, volo prædicta non solum obtinere in dispositione canonis, seu
28 legis, rationibus præscriptis *& tot.tit.de constit.tam in decret.quam in digestis*, sed etjam in dispositione hominis: quia dispositio legis & hominis æquiparantur, bonaque sumitur argumentatio ab una ad alteram. *l.si in testamento. in fin ff. de vulg. & pupill. Matheus Gribald. tract.de Ration studendi lib.2.verb.dispositio & lib.1.cap.18.per l. non impossibile ff.de pactis.* Sed ita cum homo disponere potuit: Nam (ut inquit Mar-
29 cus Mantua) dispositione quantumcunque generali, nunquam quis censetur de eo disponere, quod suæ non est potestatis, *l.lucius ff ad municip l.si pater ff. Quæ in fraud. cred.l.curatores in fine ff.de administ.rer.ad civit.pertin cap. in generali de controvers. inter dom.& canatos, Marcus Mantua sing.485.*

QUÆ.

QVÆSTIO VI.

Exemptio an præscriptione acquiratur ?

SUMMARIUM.

1. *Exemptio præscribi potest cum requisitis à Parisio.* 2
3. *Quasi possessio non relevat à probatione exemptionis* 4. 5. 6. 7.
4. *Pendente lite ordinarius exercet jurisdictionem, sed cum distinctione.*
6. *Privilegium favorabilius præscriptione.*
8. *Qualis præscriptio requiratur ad exemptionem.*
9. *In articulis de immemorabili tempore ponendum quod alius sit in possessione superioritatis, aliquin essent impertinentes.*
10. *Exemptio translative præscribi potest, non vero extinctive.* 14.
11. *Quantum tempus detrahi debeat.*
12. *Exemptio an acquiratur consuetudine ?*
13. *Exemptio est de reservatis Papæ.*
14. *Universalis exemptio acquiri non potest.* 10.
15. *Exemptiut proscribant debent tractari à Papa tanquam tales.*
16. *Reverentiale jus nemo in totum præscribit.*
17. 18. *Tenentur nihilominus postulare ea quæ sunt ordinis Episcopalis.*
19. *Præscriptio admittitur, modo ordinarius sit diligens.*
20. *Habitus jurisdictionis non præscribitur.*

PRæscribi Exemptionem latè docuit Franciscus Balbus aliique sexcenti, *Balbus tract. de præscript. 1. partis principalis quæst. 22. per tot. Abb. cap. cum non liceat de præscript. & cons. 94. vol. 1. in cap. dilectus num. 18. de capell. Monach. Felin. d. cap. cum non liceat Philipp. Franc. cap. cum personæ §. si autem num. 1. cum auctoritatibus per eum allegatis de privileg. in 6. & latissime Bald. in addit. ad spec. de testib. §. nunc videndum col. 2. vers. item opponunt & col. seqq. uti inter cætera docet modum articulandi, &c.* 1

Sed hactenus si concurrant quæ Paulus Parisius *consil. 69. vol. 4.* requirit his verbis: 2
Exemptio quoad jurisdictionalia ut possit præscribi, multa sunt necessaria, & insimul concurrere debent. Nam qui dicit se exemptum ex præscriptione, debet eam probare, ut est tex. ad litteram in d. cap. Cum personæ §. si autem de privil. in 6. Item debet esse possessio ex præscriptione pacifica & non violenta, nec clandestina ut dicit tex. ad literarum in d. cap. cum personæ pro quo facit cap. licet de privileg. eodem lib. & cap. cum qui de præb. in 6. & 16. quæst. 1. cap. legimus not. late in cap. veniens de præscript. & per Barth. l. 1. §. quod ait ff. uti possider. cum similibus. Et talis præscriptio seu possessio debet esse cum bona fide : quod probandum est, nec non ut dicit tex. in c. vigilanti & in c. fin. de præscript. cum vulgarib. debet etiam esse continuata & non interrupta juxta notata in c. illud de præscript. & in regula

sine

» sine possessione de Reg. Iur. l. 6. per Alex. Cons. 1. 10. vol. 2. per Butrium Imolam &
» alios in d. cap. fui de præscript. in tantum quod unico tantum actu contraria inter-
» rumpitur, nec est necessaria multiplicata interruptio ut plenissime habetur per
» doctores maxime Buttrium & Modernos in cap. auditis de præscript. & talis præ-
» scriptio debet esse cum causa, saltem colorata, ut dicit tex. in d. cap. cum personæ,
» vers. licet, ad quæ not. per Butr. in d. cap. pervenit de censibus col. 15. volens ea quæ
» privilegio tantum sunt concessibilia, ut proprie est in materia præsenti, & patet
» per jura præallegata non præscribi nisi tanto tempore, in cujus contrarium homi-
» num memoria non existat, ut est not. in cap. 1. de privil. in 6. & per Dec. cons. 134.
» Concludentes quod præscriptio quæ sit contra jus commune ut est in casu nostro,
» debet habere titulum vel saltem esse talis debet, in cujus contrarium hominum me-
» moria non existat, hactenus ille nu. 17. & seqq.

Pet quæ etsi Parisius breviter & suo more subtiliter satisfecerit huic quæstioni, non abs re tamen erit si eadem aliorum doctrinis & auctoritatibus confirmentur. Itaque illud hic præcipuum est, quod etsi communiter magnum sit possessionis commodum, à qua nemo pendente lite privandus est, & quæ rejicere soleat onus probationis in adversarium §. *commodum ubi DD. Inst. de interdictis Gail. lib. 1. obser. 147. Wesemb. in parat. tit. de Acq. poss. n. 7.* tamen ab onere probandi ipsam exem-
3. ptionem, quasi possessio nunquam relevat possidentem, *Franc. cap. cum persona. §. si vero de privil. in 6.* Quod adeo verum est, ut ordinarius uti possit sua jurisdictione contra eum qui dicit se exemptum, donec de præscriptione plenè probaverit. *Philipp. Franc. d. §. si vero n. 2. de privil. in 6.*

Sed distinctione res fiet explicatior, aut enim allegatur exemptio ex privilegio,
4 de quo leviter aut perfunctoriè doceri potest; & tunc pendente lite nihil innovandum est, *Aurea Armilla verb. exemp. n. 6. Angel. in summa verb. exemptio n. 4. Abb cap. 1. n. 4. & 8. ut lite pendente. Centiman. d. cap. cum personæ Anchar. d. cap. cum personæ*
5 *§. si vero doctè Abbas cap. cum venissent n. 8. de inst.* Quamvis Castrens. videatur velle exactiorem probationem privilegii in *Let si solemnibus n. 3. ubi etiam Cyn. C. de fide instrument.* Aut allegatur exemptio acquisita præscriptione, & tum, donec ea plenè probata sit, ordinarius lite pendente utetur jurisdictione, sive sit in possessione subjectionis, sive exemptus in possessione exemptionis. *tex. d. §. si vero ubi Franc. Iapus Domin. Ancharan. Io. Andr. adde Bellamera decis. 209. per tot. Angel. in summa verbo exemptio n. 4.*

6 Ratio differentiæ statuitur, quod privilegium sit favorabilius præscriptione, *cap. ex parte de decimis cap. tua. eod. arg. cap. odia de Reg. Iuris in 6. Ang. in summa d. num. 4. Philipp. d. §. si vero num. 2. ubi expressè Io. Andr. & cæteri.* Et ita tenendum est: licet videatur adversari Innocent. *cap. recepimus num. 1. in fine de Privileg.* Idem concludendum est, quando exemptio ex privilegio & præscriptione simul cumulatur,

quod

quod fieri potest, *Balb.tract.de præscript.in 5.parte 5.partis principalis quæst.1.& 2. Abb. c.6.veniens n.18.ubi Felin.num.4. glo.d.cap.cum persona §.quod si tales verb.munitos Io. And. & DD.cap.nullus de Reg.Juris in 6.*

Tum enim pendente probationis articulo, si exemptus fuerit in quasi possessione exemptionis, ea non est spoliandus, ut nec ordinarius, si fuisset in quasi possessione subjectionis, *Philipp.Franc.& DD.d.cap.cum persona §.si vero n 3. de privileg.in 6.ubi Petr. de Anchar. & Dominicus.* 7

Sed quæritur paucis, quanti temporis præscriptio requiratur? Dico cum glo. quod præscriptio Canonica, annorum quadraginta cum titulo *glo.in cap.cum persona §.si autem in verb.Canonicam: de privileg.in 6.tex.cap.1.ubi late Philipp. Franc.de præscriptionibus in 6. DD.cap.de quarta de præscript. Bald.in præallegata quæst.12. n. 4. vers. sed oportune Navarrus cons. 8.num. 3. de Rescript.* 8

Quod dixi de titulo, limita non obtinere in præscriptione immemoriali *tex.& glo in d. c.1.in fine de præscrip.in 6. Paris.cons.95.n.23.vol.4. Decius cons.134.* 9

Nihilominus tamen in articulis de præscriptione immemoriali ponendum est, quod alius quispiam jurisdictionem in exemptos habeat; alio quin impertinentes essent & non admittendi, *Felin. cap.cum non liceat nu.9. vers.circa elegantem de præscript. Oldra cons.154, Castrens.l.is quis putat n.4 ff. de Acq. Hæred.& in terminis Rota decis.1. de præscript. in novis Abb.d.ca. cum non liceat n.14. Balbus d.quæst.12.num.2. vide Mandosium in signaturis gratiæ tit. exemptiones col.2.v.ad probandam.* 10

Ratio est, quia exemptio extinctivè præscribi non potest, sed translative. *Milis in repert verb. præscribi non potest exemptio, ubi allegat Rom. cons.239. Ordr. cons.165.& 241. Io. Calde d.cap.cum non liceat Anton.cap.auditu col.7. vers. oppono quod non possit de præscrip. Balb.d.quæst.12.n.1. sub finem.* Hinc responsum est, populum non exemptum Abbatiæ exemptæ præscribere posse contra Episcopum exemptionem, ut subsit Abbatiæ exemptæ, *Abb.d.c.cum non liceat num.17. de præscript. Felin.cap.ad audientiam num.20.vers. vera eodem. Caccialupus tract.de unionibus. Art.3.n.20.21.22.28.& seq.*

Porrò in quæstionem venire posset, an de præscriptione detrahi possit tempus vitæ prælati, qui exemptionem concessisse prætenditur? aut tempus clericorum, qui exemptionem injusto titulo inceperunt præscribere? Calder. resolvit negative *cons. 2.3.& 4. de præscript.* 11

Postremo restat quærendum, an consuetudine exemptio acquiri possit? Aut loquimur impropriè aut propriè. Si impropriè, omnia concedo consuetudini quæ præscriptioni antea concessimus. *Ægidius Bellamera consil 10. factum est tale col.16. in fine incip. Ad secundam quæstionem. Rochus de Curte tract. de consuetud. num.567.* Si vero loquimur propriè, videtur negandum consuetudine exemptionem acquiri posse. Imprimis quia nullo jure definitum est. Erubescimus sine lege loqui §. *consi-* 12

deremus. *Anch. de Triente & semisse l. illam in fine C. de collat.* Secundò, videtur obstare natura consuetudinis per quam non potest jus aliquod aliter acquiri quàm indeterminate. *Milis in repert. verb. consuetudo differt à præscriptione ubi doctè Franc. eiscus Balbus tract. de præscrip. par. 1. quæst. 10. numer. 3. & seqq Jo. Andr. & Abbas cap. fin. num. 20. de consuet. Aug. §. flumina num. 3 Inst. de Rer. divis. Petrus Ravennas tract. de consuet. num. 101. & Rochus ibidem num. 423.* Collegio autem, universitati, populo, quia personam unius tantum repræsentant, *l. mortuo ff. de fide juss. l. proponebantur ff. de Judic.* non potest aliter acquiri quam determinatè. *Abb. Jo. Andr. d. cap. fin. n. 23. per tot.* eaque ratione Abbas & Joannes Andreæ jam citati, & ita censuerunt repugnante eis postea Rocho de Curte, *tract. de consuet. num. 425. & 426. & expressim n. 427. usque ad finem.*

Tertia & potior, quia exemptio à jurisdictione Ordinarii est de reservatis Papæ. 13 *glo. cap. quod translationem de offic. ord. glo. cap. 1. verb. exemptionis ubi Philipp. Franc. num. 4. de privileg. in 6.* ejusmodi autem non posse acquiri consuetudine communiter traditum est, cap. *illud cap pervenit. dist. 39. Petrus Ravennas tract. de consuet. num. 245. sub finem,* nisi sit immemoralis, vel accedat Papæ scientia. *Rochus d. tract. de cons. num. 214. 301. 354.* quod est hac in matetia singulare & notandum; nam regulariter quicquid est acquisibile privilegio, pariter etiam solet esse quæsibile consuetudine. *Petrus Ravennas d. tract. de consuet. num. 61. & seqq.* Porrò in exemptionibus non reservatis, quales variè sparguntur in utroque jure, censuerim consuetudine eas acquiri posse ad instar privilegii, sed cum sensu Roche de Curte jam allegati & Petri Ravennatis, *numer. 61. & seqq.* Quæ ideo dicta sunt, quia ad inducendam consuetudinem non requiruntur ea quæ studiosè ad præscriptionem legitimam requiri supra ex Parisio & aliis probavimus. *Balbus d. tract. præscript. part. 1. quæst. 12.*

14 Limito autem quæcumque generaliter hactenus dicta sunt. 1. quod universalis seu omnimoda exemptio præscriptione aut aliter acquiri non possit ne dentur Achephali, *cap. nulla ratione ubi glo. dist. 93. latè probatum est supra quæst. 3. numer. 5.*

15 Secundò, quod etsi præscribi possit contra Episcopum, ut quis subsit immediate Papæ, hoc tamen intelligendum est, dummodo allegans exemptionem, à Papa fuerit tractatus & habitus tanquam immediatè subjectus; Ratio est, quia sola generalis præeminentia Papæ, non redacta ad actus ordinarios præjudiciales non sufficit, ne sequatur absurdum, quod præscriptio libertatis adversus Episcopum probata semper existeret, quia omnes sunt subjecti Papæ, *Felin. cap. cum non liceat col. 6. de præscript. Balb. de præscript. in 1. parte 5. partis principalis quæst. 12. n. 4. vers. præditam conclusionem.*

16 Tertiò limito, quod exemptionem à reverentia Episcopo debita, nemo in totum

totum præscribat. *Castrens.l.sed si hac §.patronum num.4. ff.de in jus vocand.Roman. sing.482. Felin.cap.si diligenti num.24.de foro compet. & in cap. Cum inter num.3. de re judic. Henric.Bottetus de Synodo part.3.num.47. & seqq.Balb.d.tractat. de præscript. quæst.12. num.6.* In parte tamen præscribi posset,v.g. quod prælatus inferior in sua Parochia præcedat Episcopum. *Felin. d.cap cum non liceat col.1. Balb.d. n.6.in fine.*

Quarto limito ut nihilominis exempti teneantur ab Episcopo postulare ea quæ 17
sunt ordinis Episcopalis,scilicet Chrisma, consecrationes Ecclesiarum, ordinum collationes,& similia, nisi expressim ab ejusmodi sint exempti : quia quæ sunt ordinis Episcopalis,nec consuetudine,nec præscriptione acquiri possunt, *Abbas cap. accedentibus num.2.& 3.de excessib.prælator.cap.veniens ubi Abb. in 2.not.de præscript. Io Andr. cap.1.de privileg.in 6.Balb.d.quæst.12.num fin.Franc.in d. cap. 1.num.7.vers.in glos.de Privil.in 6.*

Ordinis autem Episcopalis dico omnia ea esse quæ ab Episcopo alteri delegari
non possunt, sed per ipsummet explicari debent ; velut dependentia prorsus ab ejus 18
ordine: est enim Episcopatus sententia Canonistarum non modo dignitas,sed etiam ordo,quamvis Theologorum opinio resistat. *glo.in præm.sexti verb.Episcopus Abb. cap. aqua de consecrat.Eccles.vel altaris. Jo.Francisci tract.de potestate capituli sede vacante quæstione 3.primæ partis principalis num.1.& seqq. Hostiensis cap.dilecto de officio Archidiac.& in summa tit.de ordinatis ab Episcopo num.1.*

Quinto declara,præscriptionem contra ordinarium admitti, dummodo inferior
qui præscripsit sit diligens : Nam eo negligente ordinarius reassumit suam jurisdictio- 19
nem. *Rot.Novis.dec.514.num.1.par.1.Felin.& Abb.cap.irrefragabilis num.1.de offic. ordin. & cap. cæterum num.5.de jud.*

Sexto, præscribi non potest jurisdictio privativè ab Episcopo, quin saltem penes 20
eum remaneat habitus, licet actus sit penes inferiorem,quo negligente revertitur ad Episcopum. *Abb.cap.cum contingat num 18.de foro compet.Rot.d.dec.514.* qua de re uberius infra dicetur *lib. 4. quæst.30.per tot.*

QUÆSTIO VII.

Ad Exemptionem an sit necessaria scriptura?

SUMMARIUM.

1. Scriptura multis in casibus, qui sequuntur, est de substantia. 10.
2. Privilegia an requirant scripturam.
3. Distin-

3. *Distinguendum inter substantiam actus & substantiam probatoriam.*
4. *Scriptura non est de substantia actus Exemptionum.*
5. *Scriptura non dat jus ad rem sed concessio seu gratia.*
6. *Exempti gaudent exemptione antequam sit scriptis mandata. Item antequam innotescat ordinario, non vero antequam innotuerit privilegiato.*
7. *Scriptura est de forma probatoria exemptionum.*
8. *Amissio tamen probari poterit per testes.*
9. *Privilegium intra tres menses non registratum non valet.*

SCriptura in plerisque casibus est de substantia actus quos refert solemnis glossa, *cap.1. §. post quam vers. in scriptis ubi Philipp, Franc. & DD. de censib. in 6.* Julius Clarus, *de jure emphiteut. quæst. 4. per tot.* Jo. Corasius *eodem tract. n.12.* Jo. Ferrarius, *ibidem in pr. vers. Est etiam ut scriptum.* Roman. *cons. 397. Guido quæst. 582* Specul. *de instrument. edit. §. Restat videre nu. 14. vers. casibus in quibus* Abb. & long. Apostill. *cap. quia propter n. 6. de Elect.* Nec erit supervacuum, si casibus glossæ aliquos usitatiores addamus, primus est in Signatura gratiæ. *Rebuffus in praxi beneficiorum tit. de signatura n. 4. & seq.*

2. In Bulla Rebuff. *eodem lib. tit. Bullæ novæ ac simplicis provisionis n.12.*
3. In brevi Apostolico. *Rebuff. ibidem tit. de brevi Apostolico n.17.*
4. In resignatione. *Rebuff. ibidem tit. Ratione personæ & rei n.17.*
5. In in legitimatione. *Rebuff. eodem loco tit. de Rescript. legitimi misto num.30.*
6. In commissione vicariatus. *Rebuff. d. lib. tit. de vicariis Episcop. uum.8.*

Præterea omnes sacri ordines non aliter probantur quam scriptura. *Guid. quæst. §82. tex. cap. legum 2. quæst. 1. Anton. cap. 1. de cler. pereg. Felin. cap. super. his num. 18. in ult. concil. de accusat.* Item jurisdictio ordinaria nunquam censetur collata nisi prius confectâ scripturâ. *Bald. l. prohibitum col. 7. vers. 3. C. de jure fisci lib. 10.* licet quandoque secus sit in delegata, *Iason l. more majorum col. 8. vers. Item adverte ff. de Jurisd. om. Jud. Anton de tremotis in addit. ad Ubertum de Bonacurso in praxi tit. Quibus modis examen ordinarii in pr. Milis in repert. verb. probatio delegationis.* Sic saisinia, sive licentia, aut missio in possessionem, ut & quævis acta judicialia probentur opus habent scriptura. *Romanus sing. 7. Barth. l. fin ubi etiam Bald. in 11. oppositione C. de edicto divi Adr. toll. Fel. cap. quoniam contra, num. fin. de probat. Iason. l. cum præponas 1. C. de pact. Milis in repert. verb. probari possunt acta.* Postremo, mandata Apostolica, Commissiones, & id genus similia non subsistunt sine scriptura. *l. 1. C. de mand. princip. uti. vide Fabrum, cap. executor de concess. præbend. in 6. Clem. ult. de rescript. Felin. cap. in nostra in fine de Rescrip. Andreas Barbatia tract. de Cardinalibus legatis à latere. quæst. 1. num. 9. Bellencinus de charit. subsid. quæst. 110. & seq.* Quemadmodum & ea omnia quæ sine scriptura

ptura expediri non solent; velut post Bellameram de Capellanatu censuit Milis *verbo probatio capellanatus non potest.* De electione, *Abbas cap. quia propter num. 6. Cum prolixa apostill. de elect. Petrus à Braxio in directorio electionum cap. 28. tertiæ partis.* De dispensatione *regulæ Cancellariæ 53.* Quæ omnia in exemplum attuli: quia dubitationem movere possent, an hæ exemptiones sint ex hoc genere quæ 2
scriptura constare debent: Maximè quod Iason post Baldum censeat privilegia (inquit) magna, requirere scripturam. *Bald. cap. constitutus col. ult. de Rescript. Iason l. cum proponas, num. 9. C. de pact. Sanzonius de consuet. Turon. tit. 1. §. 17. glo. 3.* Et præcisius Rota his verbis: Nota quod in privilegiis concessis à Papa, maximè in privilegiis exemptionis, debet esse subscriptio cardinalium aliquorum, ut no- ”
tatur in cap. à nobis de test. in fin. Quia in instrumento Principis, ex parte Prin- ”
cipis debet intervenire auctoritas, quantum ad subscriptionem arg. l. probatorias ”
C. de diversis offic. lib. 12. quia cum talia privilegia sumant vim ex sola voluntate ”
Principis, multum debet constare de voluntate; & pro ista parte fuit dictum, quod ”
privilegium cujusdam Papæ Paschalis, in quo privilegio non erat annus, quod ta- ”
le privilegium non habebat roboris firmitatem, ad quod faciunt not. per Io. Andr. ”
in cap. præsentibus. 6. Hactenus Rota *decis. 1. de Privilegiis in antiquis.* & Milis *in* ”
suo repert. verb. privilegia Apostolica qualiter scribi. ubi habet, qua forma debeant scri-
bi, videnturque in probationem hujus vocari posse varii textus, quibus constituitur privilegia non subsistere antequam solemniter in scriptis mandata sint, *textus expressus l. Sacri affatus C. de diversis rescript. l. probatorias in verbis non passim nec licenter solis auctoritatibus vel sacrarum miktiarum literarum exemplaribus, sed ex authenticis tantum sacris probatoriis manu nostra subscriptis & nostro arbitrio præstandis, &c. C. de diversis officiis & apparitoribus judic. lib. 12. & l. Sancimus C. de diversis Rescript.*

Verum pro solutione quæstionis distinguendum est, an scriptura requiratur 3
ad substantiam actus, an vero ad probationem? Nam priore casu, si non intervenit scriptura, actus tamquam contra legis solemnitatem gestus non subsistit *l. non dubium ubi DD. C. de legibus, Præses loco à forma.* Posteriore vero etsi subsistat, tamen aliter quam per scripturam probari non potest. Hæc distinctio mihi verisimilis est cum aliis contra Iasonem in l. 1. num. 62. & seq. C. de Iure emphit.

Unde concludendum est, scripturam non esse de substantia exemptionum, sed 4
tantum de earum probatoria substantia. Probatur, quia scriptura nunquam requiritur ad substantiam actus, nisi id expresso jure caveatur. *Abb. cap. 1. n. 4. de his quæ fiunt à prælato per l. pactum quod bonafide, ubi latè Alciat. & DD. C. de pact. & l. contrahitur ubi Costalius ff. de pignorib.* quod hoc in casu non reperitur. Erubescimus autem sine lege loqui. §. *Consideremus auth. de triente & semisse l. illam in fine C. de*

collat. suntque pro hac conclusione variæ auctoritates, *tex. Clem. dudum*, §. *nos etenim in verbis privilegia, gratias, indulgentias verbo, seu scripto de scripturis. gloss. ibidem & Card. Sabarella text. & gloss. cap. Institutionis* 25. *quæst.* 2. *Archidiac. in præmio sexti decret.* §. *universitati Innocent. cap. Constitutus in fine de Rescriptis argum. l. Sancimus* §. *exceptis C. de donat.* §. *perficitur inst. eod. Navarr. Consil.* 1. *de privilegiis ubi dicit quod gratia Papæ non eget scriptura. Ioan. Faber in l.* 1. *C. de mandatis principum verb. idem in privilegiis. Bartholom. Fumus in summa verb. privilegium num.* 10. *vers. de essentia privilegii non est Bulla.* Confirmaturque prolixè plurimis rationibus per Ioan. de Selva in suo tractatu de beneficio, ubi etiam concludit beneficii collationem non egere scriptura. *part.* 3. *quæst.* 22. *per tot.*

§ Quippe quod scriptura non det jus aliquod in re vel ad rem, sed sola gratia seu privilegii concessio, quæ licet secundum aliquos sit informis, quandoquidem per scripturam datur illi forma, tamen ista forma non est formalis seu essentialis, sed tantum probatoria, ut pulchrè habet Geminianus *Cons.* 106. *col.* 2. *vers. in contrarium* sicut & in officiis civilibus queri dicitur jus solo verbo *Ioannes Faber l.* 1. *C. de mandatis Principum*, v. g. *fiat, placet, concessum ut petitur*, per quæ aut alia ejusmodi, gratia, beneficium, seu Principis aut Papæ privilegium, sine alio literarum aut scripturarum involucro vel adminiculo in continenti in esse perfectum absolutumque deducitur. *Calde in suo Indice verb. fiat & in repet. cap. quisquis per illum text. de elect. late Felin. cap. Rodolphus col.* 18. *num. verb. fiat. de Rescriptis & in Rubri. de constitut. Bald. l. humanum in fin. C. de legibus. Ludov. Gomes. ad Regulam Cancellariæ de non judicando juxta for. supplic. quæst.* 16. *vers. est imprimis notandum Ioan. de Selva de beneficio part.* 3. *quæst.* 22. *num.* 12. *dilucidè Navarrus tractat. de Oratione Miscell.* 27. *num.* 35. *sub finem, quem vide.* Hinc elicita est regula Cancellariæ Romanæ, Rationi congruit numero octavo, qua jus quæsitum parti, per concessionem Papæ non expirat ejus morte, etiamsi redactum non fuerit in scriptis, sed debet in scriptis mandari tempore successoris, facta tamen expressa mentione prædecessoris à quo jus, gratia, beneficium, privilegium est. *Regula Cancellariæ* 8. *ubi Lud. Gomes. & in Reg. de non judic. juxta form. supplic. quæst.* 1. *vers. Tamen considerandum &c. Felin. in Rubr. de Constit. num.* 5. *vers. & conclusio. Petrus à Blaxio. Navarrus in suo directorio electionum his verbis.* Et his accedere potest, quod de substantia gratiæ non est scriptura, &
„ sic si Papa aut Princeps confert alicui aliquod beneficium, aut aliquam gratiam
„ facit, & ante litteras confectas Papa aut Princeps mortem obeat, non propterea
„ gratia expirat secundum Archid. *in præm. sexti* §. *universitati*, & ita sequitur Ioan.
„ And. *in d.* §. *universitati*, & referens se ita consuluisse adducendo cap. institutionis 25.
„ quæst. 2. & ibi per gloss. pro quo text. Clem. dudum de sepult. circa finem in vers.
„ nos etenim, & sic scriptura non est necessaria in gratia quæ fit per principem, sed
„ sufficit quod aliter possit probari, *facit cap. si Apostolica de prab. in sexto, & ibi per*

Phi-

Philipp. Franc. & Inst. de donat. §. perficiuntur. Nam Imperialis donatio non eget Scriptura. *l. Sancimus § exceptis C. de donat.* Et dicit Ioann. Andr. *d. §. universitati* quod jus quæsitum patri per concessionem factam per Papam, per ejus mortem non expirat, si literæ non fuerint factæ, sed debent literæ fieri tempore successoris, faciendo mentionem de concessione prædecessoris, hoc sequitur Philipp. *in d. §. universitati*, & est hodie practica in curia Romana, qua de re latè quoque scribit Ioan. à Chokier Frater meus in Regulas Cancellariæ, cujus Commentaria brevi cum Deo in lucem edentur.

Ex his infertur, primò, quod exempti plena gaudeant libertate, ac exemptione, antequam privilegium solemniter descriptum sit, conceditur enim ipso jure. *Oldendorpius tract. de Iure singul. tit. de privileg. Militum. §. denique videndum numer. 1.* Non secus ac antequam ejus concessio ad ordinarii notitiam pervenerit, *Milis in repert. verb. Gratia per quam fol. 177. ubi allegat. Rom. Cons. 207. vide Franc. cap. 1. §. dicebat numer. 3. sub fin. de concess. præb. in 6. Rota decis. duodecima circa medium, de præbendis in antiq. Anania in addit. ad cap. & abolendam de hæreticis. Franc. cap. 1. §. in eos autem numer. 1. de privileg. in sexto.* Porro dixi *ad ordinarii notitiam*, quia aliud esset in exempto, quamdiu exemptio nondum pervenit ad notitiam privilegiati; tamdiu enim inutilis est, & vires suas sortiri non potest. *Rom. Cons. 330. n. 19. per cap. 1. vers. Quia in privilegiis de concess. præbend. lib. 6. cap. quanto 2. quæst. 5.* licet enim privilegium dari possit absenti & ignoranti, *cap. si tibi absenti de præbend. lib. 6. l. labeo ff. de Iurejur. Roma. d. n. 19.* tamen ut plene suum sortiatur effectum, est opus ut privilegiato innotescat. *arg. l. qui absenti ff. de acq. possess. Rom. d. Cons. 330. numer. 18. & 19. d. cap. 1. §. nec obstaret ubi Francus Rom. cons. 369. numer. 20.* Idque tum demum, cùm exemptio conceditur, vel motu proprio, vel ad instantiam tertii, secus vero si ad postulationem exempti sive privilegiati, aut nisi de concedentis intentione aliter appareat, tum enim exemptio vires sumit jetiam antequam exempto innotescat. *Francus & DD. d. §. nec obstaret.* Infertur secundò, quod exempti ex ejusmodi pura putaque exemptione, possunt exercere actus possessorios, & consequenter interdictis experiri. *Ægid. decis. 578. incip. spoliatus. Ludov. Gomes. in comment. ad Reg. Cancell. de non judicando juxta formam supplicat. quæst. 5. Navarrus cap. accepta oppositionis octavæ solutione num. 2. ubi id disputatur. Et Cons. 6. de Renunciat. part. 1.* Infertur tertio, Quod etsi scriptura non sit de essentia exemptionum. *Fumus d. verb. privilegium numero decimo, & alii supra allegati.* Est tamen de forma earum probatoria, quia sine scriptura probari non possunt. *l. Sacri affatus C. de divers. Rescript. l. probatorias C. de divers. officiis. Abb. dicto cap. quia propter Rebuffus d. l. prohibitum*, quod tamen ita simpliciter Navarrus non admisit. *d. Miscell. 27. numer. trigesimo quinto in fine.* Infertur quarto, quod nihilominus earum amissio probari poterit per testes juxta Barthol. & Doctores *l. sicut iniquum C. de fide instrumentorum*

late

late Abb. cap. Cum olim de privileg. Felin. cap. sicut col. 6. de Re iudicat. late Alex. Cons. 196. viso testamento col. 2. vol. 2. DD. auth. Si quis in aliquid C. de edendo. & doctè Molina de justit. & jure tom. 2. disp. 448. fol. 870. ubi concludit, quod licet scriptura sit de substantia, tamen illius amissio probari potest per duos testes de illius tenore deponentes, etiamsi ad illius validitatem plures testes essent necessarii, tria tamen sunt conjunctim probanda 1. Tenor instrumenti. 2. publicum seu authenticum fuisse 3. illud esse amissum, alterum eorum (inquit) non sufficeret.

Declarantur prædicta omnia obtinere jure communi, secus si novo aliquo jure
9 aliter sanciretur. Quod ideo dico, quia Bulla Pii IV. in Bullario 138. fol. 883. constituitur privilegium non registratum intra tres menses nullum esse & pro non concesso haberi, *Anton Amatis decis. 81. n. 11.* Pro complemento quæstionis animadvertendum, non esse plane expeditum, an casus quos sub initium ex Rebuffo & non-
10 nullis in exemplum attuli, opus habeant necne pro forma Scripturæ. Qua de re videatur abunde Alciatus in plerisque dissentiens, nec enim expedit evagando hoc instituto iis prolixius insistere, *late Alciat. l. pactum quod bona fide 17. C. de pactis.* Et quidem ex hisce omnibus soluta puto quæ in principio ex Bald. Rot. Jas. adversari videbantur; siquidem ea omnia de forma tantum probatoria intelligenda sunt, non vero de ea quæ dat esse actui. *d. Clem. dudum ubi gloss. d. cap. Institutionis ubi glo. Archidiac. d. §. universitati. Selva. d. quæst. 22. n. 10. per Abbatem, capitulis postremo citatis.*

QVÆSTIO VIII.

Exemptio an & qualiter probanda?

SUMMARIUM.

1. *Facta privilegia, exemptiones non præsumuntur.*
2. *Ordinarius fundatam habet jurisdictionem per totam diœcesim. 3.*
3. *Præsumptio eximit à probatione.*
4. *Non allegans exemptionem condemnandus est in expensis, nisi tamen exemptio esset notoria.*
7. *Qualiter, & coram quo probanda exemptio.*
8. *An probetur exemptio per confirmationem.*
9. *Quid de innovatione.*
10. *Forma probandi exemptionem. 11.*
12. *Exemptus tenetur cedere ordinario.*
13. *Locus congruus & terminus competens est arbitrarius.*
14. *Editio fit expensis exempti.*
15. *Cujus sit de exemptione cognoscere.*

Regu-

REgulare est in jure ut quemadmodum facta non præsumuntur, *l. in bello §. fa-* 1
ctæ ff. de capt. & post l. reversi late Menoch de præsumpt. lib. 6. cap. 14. per tot. Ita quoque nec privilegia. *Decius cap. porro n. 3. ubi etiam Abb. & glossa de privileg. Menoch. de præsumpt. 14. n. 15. cap. cum in jure de offic. deleg.* Eademque ratione, nec exemptiones, *cap. 1. de const. in 6. Abb. cap. Recepimus n. 4. c. porrò de privilegiis Philipp. Franc. cap. cum personæ n. 3. de privileg. in 6. Abb. cap. 1. n. 13. de offic ordin Thomas Zerola in praxi Episcopali par. 2. ver. exempti Caputaq. Decis. 36. par. 2. Roman. cons. 327. num. 8. vers. nunc vero.*

Siquidem, cum jurisdictio ordinarii per totam diœcesim juris præsumptione ex- 2
tendatur, *c. cum Episcopus de offic. ordin. in 6. c. cum contingat de fero compet. Gaill. l. 2. obs. 62. n. 9.* adeò ut quovis in loco pro tribunali sedere & jus reddere possit. *Navarrus cons. 2. de officio ordinarii tom. 1. Bellenc. de Charit. subsid. quæst. 32. n. 3. Cucchus inst. Canon. l. 1. c. 12. vers. c. cum Episcopus.*

Hæc præsumptio communisve juris dispositio transfert onus probationis in eum 3
qui sese prætendit à jurisdictione ordinaria exemptum, *Abb. d. c. 1. n. 13. de offic ordinarii & in d. cap. recepimus. Philipp. Franc. d. c. cum personæ n. 3.* Quod etiam ad eos extendo, qui ratione adjuncti, aut alicujus qualitatis exemptione potiuntur, ut sunt familiares Prothonotarii Apostolici, participantes de privilegiis aliorum, Referendarii, officiales, servientes Papæ, de quibus singulis suis capitibus: Sunt enim istæ qualitates extrinsecæ, quæ nisi probentur, non præsumentur, *Barbat. cons. 82. Clementissimi col. 2. vol. 4. Rebuff. Repet. l. unicæ glo. 1. n. 15. & seq. C. de sent. quæ pro eo quod interest.*

Quod adeo verum est, ut si in jus vocati coram ordinario privilegium exemptio- 4
nis non allegent, condemnati debeant ab ordinario in expensis ideo factis. *Rom. Castrens. l. 2. ff si quis in jus vocat non ierit Imbert. Inst. Forens. l. 1. ca. 26. glo. E. Fel. Abb. & Canost. late c. cum ordinem de Rescript. Rebuff. de privil. Scholar. privil. 154. Cassodor Decis. 3. n. 5. de appellat. Anfrerius de potest. secul. super Ecclesiast. personis Regul. 2. n. 33. Boer. ad consuet. Bituricen. tit. 2. §. 21. in fine Bellamera Decis. 226. Felin. ca. exceptionem in pr. de except.*

Quod licet regulare sit, limitandum est tamen in exemptione notoria patente ex 5
actis, vel clausa in corpore juris. *Imbertius Inst. Forens. d. c. 26. in glo. Cautius. Milis verb. Exemptus ab ordinario de jure. Petrus Brixien. in repert. verb. Exemptus non tenetur comparere si. exemptio sit notoria ca. ex parte 1. de verb. sign. Barthol. Fumus verbo privil. n. 7. Angel. in summa verb. Exemptio n. 3. Curtius in aresta amorum aresta. 36. in pr.* Qua de re particularius suo capite, *lib. 2. cap. 6. & 9.*

Verum, quod superius dixi ordinarium præsumptive jurisdictionem exercere 6
posse per totum territorium sive Diœcesim, id indubitatum est de supremis principibus, aut aliis quibus de jure ordinaria jurisdictio tributa est, *Menoch. de præsumpt.*

lib.2.præsumpt.14.Marant.de ord.Jud.part.4.dist.5.late Gaill.d.num.9. In aliis vero inferioribus jurisdictio ordinaria neutiquam est præsumenda, sed præscriptione vel privilegio aut aliter competere imprimis si negetur probanda est, *Menoch. d.præsumpt.14.Navarrus cons.9.de privileg.tom.2.*

7 Præcipue autem hujus quæstionis est, qualiter & coram quo probanda sit exemptio? Ad earum probatoriam substantiam requiri præcedenti questione probavimus scripturam, ita ut omnis exemptionum quæstio atque probatio unicè pendeat ex inspectione privilegiorum, juxta quorum tenorem semper venit judicandum, *tex.c. porrò ca.recepimus de privilegiis ca.accepimus de fide Instrument. Jo.Staphileus tract. de Gratiis & expectativis §.tertia principalis conclusio n.2.vol.tract.14.fol.36.*

8 An autem probetur exemptio producta tantum illius confirmatione per Principem sive Pontificem late à pluribus fuit disputatum, *Jason.l.more n.34.ff.de Jurisd.om. Jud. Auth si quis n.10.de Edendo. Fel.in.c.Inter dilectos n.6.& 7.de fide Instrum.practica Papiensis in form.oppon.contra instr.in glos.verb. alterius confirmatorium 1. & segq. Anton.Milis in repert.verb.confirmatio facta per Papam, late etiam Gaill.l.2.observat.1. Barth.d.l.moren.5. Fel.in repert.verb.confirmatio late Abb.d.ca.inter dilectos nu.8.& 9 cum Apostillis & toto titulo decretalium de confir.utili vel inutili.*

Sit hæc unica conclusio, quod confirmatio in forma communi non probetur: at vero ex certa scientia probet, & plurimum operetur, *Abb.examinata n.3. & 6.& in c. venerabilis nu.1.de confir.utili vel inutili c.ult.eodem. Abb.cons.102.n.5.vol.1.* Qui exactius volet particularia hujus materiæ examinare, petat fulsissimè ex Felino *d.ca.inter dilectos n.6.7.13.14.15.16. Jason.Gaill. & reliquis* jam citatis, nec enim operæ pretium est singulis insistere.

9 Quid de innovatione exemptionis? Quod plene probet est textus expressus, *ca. cum olim essemus ubi Abb.& DD.de privilegiis ca.cum dilecta ubi DD.de confirm.utili vel inutili.* Sed ita si pars cujus interest præsens fuerit, aut vocata, idque cum apud inferiorem innovatur. Nam cum is innovat qui concessit, non opus est citatione. *Abb. c.ex parte Abbatissæ nu.3.& 7.cum Apostillis de privileg.& d.c.cum olim & c.cum dilecta nu.5.& 25.cum Apost.de confir.utili.*

10 Formam probandi præscripsit Pontif. Bonifacius octavus *in c.cum persona, de Privilegiis in 6.* his verbis. Nos volentes super hoc de salubri remedio providere, statuimus, ut hi qui se asserunt per privilegia seu indulgentias Apostolicæ Sedis exemptos, à locorum ordinariis requisiti hujusmodi privilegia, vel indulgentias, quibus se dicunt fore munitos ipsis ordinariis in loco congruo, & securo, aut aliquibus prudentibus viris omni suspicione carentibus ad hoc per dictos ordinarios deputatis infra terminum competentem, pro facti qualitate ipsorum ordinariorum vel delegatorum suorum arbitrio moderandum justo impedimento cessante ostendere, ac ad legendum integraliter exhibere, nec non de articulis de quibus controver-

si

sia fuerit transcriptum tradere teneantur, &c. Ubi etiam subiicitur quid si allegetur præscriptio, *c. cum persona de Privil. in 6. Philipp. Franc. ibid. Barthol. Fumus. In summa verb. Privil. n. 10. Villadiego tract. de legato par. 1. q 6 n. 26. Spec. de appellationibus §. Restat. videre n. 5. & 6. part. 4. & tex. in c. accepimus de fide instrument.*

Unde primò notandum, in facultate exemptorum esse privilegium exemptionis 11
securè exhibere, aut ordinatio, aut viris utrimque assumptis: tum ut judicia (quod interest) sine suspicione procedant, *c. suspicionis de offic. deleg. l. apertissimi C. de judiciis.* Tum ne ordinarius in sua causa sit testis & Judex, *apposite Milis in Repert. in hisce terminis verbo Judex an cognoscat an sit &c. fol. 210. videatur appositissime Innoc. ca. ex ponte n. 3. usque ad n. 4. de verb. signif. c. ut nemo in sua causa glo. d. c. cum persona in verb. ordinariis de Privil. in 6. ibique Philipp. Franc.* qua ratione decisum est subditum habentem litem contra ordinarium, eximi ab eo quo ad illam litem, *late Gassadorus decis. 6. de privileg. dixi supra eod. li. c. 1. n. 13.*

Nota secundò, quod licet Reus actori edere non teneatur *l. 1. l. qui accusare l. ultima* 31
ubi plene not. C. de edendo. tamen exemptus, ordinario edere tenetur scripturam exemptionis tum favore jurisdictionis ordinariæ. *Diximus supr. q. 4. & arg. allegatorum per Tiraq. de pia causa privil. 155.* tum quod exemptus hac in parte excipiendo habeatur pro actore *l. 1. ff. de except. glossa expressa d. c. cum persona verb. tradere de privileg. in 6.*

Nota tertio assignationem loci congrui, ac termini competentis omninò pendere 14
ab arbitrio judicantis, *Affluctus c. 1. n. 21. Ex quibus causis feudum amittatur Bald. l. acceptam n. 2. c. de usuris, Menoch. de arbitr. Judicum li. 2. cent. 3. casu 232. n. 8. & lib. 2. cent. 1 casu 52.* An vero, si incongrue assignetur excipi aut appellari debeat, videatur Sabarella, *Clem. quamvis n. 29. & 30. de foro compet.*

Nota postremò, singulare hic esse quod copia punctorum controversorum trada- 15
tur expensis exempti: communi enim jure aliter obtineret, *Franc. c. cum persona n. 4 de privil. in 6.* Non alienum esset ab hoc capite inquirere cujus sit de hac exemptionis quæstione cognoscere, id in alium hujus tractatus locum reii cimus *infra li. 2. ca. 13.*

QUÆSTIO IX.

Quibus verbis concessa probetur Exemptio?

SUMMARIUM.

1. *Formulæ exemptionum communes & consuetæ.*
2. *Quid si Pontifex recipiat in filios?*
3. *Quid si recipiat in protectionem?*
4. *Quid si concedat cœnobio monachorum ut ipsi & eorum loca quieta, libera & integra?*
5. *Quid si concedatur Ecclesiæ in proprios usus?*
6. *Quid si conceditur pleno jure?* 7. 8.
9. *Clausula* volumus autem quod in charitate priori cū suo Episcopo remaneat, *censetur reservare Episcopo jurisdictionē.*
10. *Verba renunciativa Papæ an probent exemptionem?*
12. *Exempto Monasterio cum omnibus bonis, non censebuntur exempta bona injustè acquisita.*

13. *Quid si Papa committat legato ut cuidam Ecclesiæ agat gratias?*

14. *Verba honoris causa prolata nihil disponunt.*

QUamvis exemptiones nullis sint allegatæ formulis, sed quovis verborum modo
1 & genere concedi possint, *tex. cap. si Papa §. licèt autem de privileg. in 6. cap. 1. §. per declarationem de verb. sig. in 6. arg. ca. 1. ne Clerici vel Monachi & l. damni infecti stipulatio pertinet in fine ff. de damno infecto.* Sunt tamen nonnullæ sparsim in jure usitatiores, quibus exemptionem concessam esse manifestissime indicatur, quas paucis perstringam.

Imprimis. Si quid solemniter dicatur existere juris beati Petri, sive ad jus & proprietatem Romanæ Ecclesiæ, vel ad Rom. Ecclesiam specialiter, aut sine medio vel etiam simpliciter pertinere, hinc enim plena exemptio judicatur, *cap. cum tempore de arbitris cap. 2. §. nos igitur de restitut. in integr. cap. cum olim 1. de privileg. cap. si Papa § si autem de Privileg. in 6.*

Deinde, Si Pontifex privilegio eximat ab ordinarii potestate *d. cap. si Papa.* Si eximat cum plena libertate, *Innocent. cap. veniens de verb. signif. num. 7. Bellencinus de charit. subsid. quæst. 32. num. 8.*

Si dicat, nec audeat Episcopus ibi Cathedram suam collocare, vel quamlibet potestatem exercere, aut ordinationem aliquam quamvis levissimam facere, *tex. cap. luminoso 18. quæst. 2. Bellencin. d. quæst. 32. n. 3.*

Si recipiat speciales in subjectos Ecclesiæ Romanæ. *d. cap. si Papa. §. similiter glo. ca. ne aliqui in verb. à quorumque de Privilegiis in 6. Abb. c. recepimus de Privileg.*

Si dixerit, locum sive Ecclesiam esse liberam, seu quod potiatur libertate Ecclesiæ Romanæ, aut quod ejus speciali prærogativa gaudeat, *cap. cum olim 2. de Privil. d. cap. si Papæ §. & est idem.*

Quod si dixerit alicui monasterio, nec tu nec Presbyteri tui aliquid molestiæ inferatis, *tex. c. 1. de statu Monach. ca. quam sit 8. quæst. 2.* importat tantum exemptionem à lege Diœcesana *ca. quam sit 18. q. 2. Abb. Innoc. & DD. ca. 1. de statu Monach.*

Vel sic, gaudeat plena libertate, importat omnimodam exemptionem tam à lege Diœcesana, quàm à lege jurisdictionis. *Philipp. Franc. c. 1. §. illam n. 3 de verb. signi. in 6.*

Item si indefinite dicat, quod Ecclesiæ Romanæ annuum censum solvat ad perceptæ judicium libertatis, *tex. d. ca. si Papa §. est & vers. aut si dicat de Privileg. in 6.* Postremò, clausula si pro alio non scripsimus eximit (inquit Innocent.) à jurisdictione Episcopi, sed hoc verum in casu tantum ca. Abbatem, de Rescriptis, *Innocen. d. ca. Abbatem de Rescrip. in fine compost. Abb. & DD. ibidem.*

Sed quærendum primo, Quid si Pontifex recipiat aliquos in filios, an videbitur
2 exemisse? Diximus supra *quæst. 1. num. 9.* Jus harum exemptionum Regulari ad instar emancipationum, manumissionum, & ejusmodi jurium, idque præsertim ex

Re-

Rebuff. *late Resp.* 142. quorum similitudine liceret argumentari: quod sicut Dominus servum eximit servitute nominando filium *l. unica* §. *Similique modo C. de latina libert. toll.* Ita quoque Pontifex. Verum, decisum est non ideo videri exemisse. Siquidem nulla hic militat identitas rationis. Quippe quod Dominus sibisoli præjudicet, Pontifex vero ordinariæ jurisdictioni quæ est favorabilis, *cap. pervenit. 11. q. 1 c. cum personæ de privileg. in 6. ea. ne aliqui ubi Franc. & DD. eod. in* 6. & ita expressus est textus, glossa & Doctores *c. Si Papa* §. *non sic filios ubi glo. Franc. & DD. de privileg. in 6. Hostiens. ca. cum capella de privilegiis.*

Quid si aliquos in sua protectione recipiat, de protectoribus quos hodie *vovves* 3
seu *advocatos* aut *patronos* dicimus, magnus esset dicendus campus, *latissime Bath. l. 1. C. de excusat. nu. lib. 10. Petrus Fridericus Mindanus de processib. mandatis & monit. in Imper. camera extrahendis lib. 2. cap. 14. per tot. Bodinus de Republ. lib. 5. cap. 6. & late lib. 1. c. 7. Restaur. tract. de Imperat. quæst. 110. casu 292. vel tract. 2. Guido qu. 583. Gaill. lib. 2. obs. 54. per tot.* Sed esset hoc extra institutum, diximus *in tractat. de Advocatis.* Sit conclusio, non ideo concessam esse exemptionem. *tex. cap. ex parte tua de privileg. glo. in ca. recepimus ubi Abb. eod. tit.* nec idcirco supervacua erit protectio, siquidem in hoc proficit, ut magis præsto adsit si injustè forte gravamen inferatur, & quod facilius privilegio donentur *glo. d. c. recepimus verb. protectionis de privil. late Abb. ibidem n. 5. eleganter Decius Cons. 152. Anton. de pratis de jurisd. Episcopi, c. 2. n. 2.*

Quid si Papa concessit cuidam cœnobio Monachorum, quod ipsi & eorum loca 4
quieta, libera, & integra una cum suis privilegiis permaneant? quæritur an ex illis verbis inducatur exemptio? allegatur pro parte eorum quod sic, cap. si Papa §. & est, idem de privileg. lib. 6. & per not. per Innoc. de privileg. Recepimus & per tex. eod. tit. Cum olim. Est decisio Rotæ verbalis, decis. 1. de privileg. in antiquioribus.

Quæsitum quoque fuit, an si Ecclesia alicui in proprios usus conferatur, per 5
hoc censeatur eximi? & placuit Abb. quod non *in c. pastoralis per illam tex. num. 8. de privil.* tum autem censetur concedi in proprios usus, cum illius regimen conceditur in temporalibus & spiritualibus. *Abb. ibid. n. 7. & Innoc. n. 1.*

Sed majoris difficultatis est cum conceditur pleno jure. Civili jure dicimus ple- 6
num jus plenam proprietatem habere, cùm jure dominii habemus alienandi facultatem. *Fel. c. auditis n. 6. & 7. de præscrip. Tiraq. de Retr. conjang. §. 2. glo. 1. n. 38. & 52. vide omnino Abb. ca. conquestus n. 4. cum Apost. de foro compet.* Jure canonum Ecclesia ad aliquem spectat pleno jure (ut inquit Zerola) quando in ea Episcopus nullum jus Episcopale exercet & ideo præsentatio, institutio, destitutio pertinet ad eum qui pleno jure possidet *Abb. ca. Cum inter de Re Iud. Ita Thomas Zerola in praxi Episcopali par. 1. §. 19. Innoc. d. c. Cum inter & ca. conquæst. nu. 1. & seqq. ubi etiam Abb. n. 4. cum addit. de foro compet. d. c. auditis n. 4. 5. 6. 7. Abb. c. pastoralis n. 9. cum addit. c. Quoniam n. 3. cum. add. c. cum & plantaren. 5. de privil. late Fel. in repert. verb. Eccles. subdita pleno jure.*

Censeturque hoc casu Ecclesia erepta à jurisdictione Episcopali *glo. d. cap. Cum*
7 *& plantare ver. pleno jure, ubi Abb. hoc censet num. 5. Hostiensis cap. Quoniam ubi Abb. de privileg.* Ratio est, quia ejusmodi Ecclesia pleno jure concessa, subdita est quo ad legem diœcesanam & legem jurisdictionis. *Innocent. in cap. Quoniam d. tit.* ut ibi habeat jura quasi Episcopalia quæ sunt jurisdictionis. *Abb. d. cap. Quoniam num. 3.* Adversatur tamen huic conclusioni Felin. *d. cap. Cum inter num. 5.* id que nixus auctoritate Consilii Sabarellæ, qui consuluit habentem Ecclesiam pleno jure subditam non posse unire, cum tamen id sit jurisdictionis Episcopalis, verum cum id cursim dixerit studens causæ sui clientis, malo adhærere aliis qui in lecturis veritatem magis sectati sunt. *Iason. Cons. 151. col. 3. vol. 4. Strarcha. de sponsionibus §. Quæro igitur num. 6. Alciat. de præsumpt. Reg. 1. præsumpt 51. num. 4.* Et quidem Baptista Caccialupus sic loquitur: Vel ex privilegio competit sibi hæc potestas pleno jure
„ & potest. Nam ex quo habet quasi Episcopalem jurisdictionem, unire est jurisdi-
„ ctionis Episcopalis, ergo poterit. Circa quod D. M. dat regulam quod omnia per-
„ tinentia ad jurisdictionem Episcopalem possunt explicari per prælatum inferio-
„ rem habentem quasi jurisdictionem Episcopalem in loco. Ad hoc glo. not in Clem.
„ 1. de reb. Ecclesiæ non alien. & not. Innoc. in cap. 2. de translat. & Freder. de Senis in
„ cons. Et sic videtur quod communis opinio Doctorum in hoc sit vera. Nam si ple-
„ no jure sunt subjectæ inferiori, videtur ibi inferior habere jurisdictionem quasi
„ Episcopalem. facit cap. quoniam & cap. seqq. cum ibi not. de privileg. cap. unicum
„ de capell. Monach. cap. cum ex injuncto §. fin. de hæreticis. Hanc opinionem repe-
„ rio consulendo tenuisse Dionis. de Perusio Cons. 5. incip. viso quodam. Hactenus ille. *tract. de unionib. art. 3. n. 21. & 22.*

8 Sicque confirmata manet conclusio per concessionem pleno jure acquiri exemptionem, quod latissime probat Abbas *in d. cap. cum inter n. 12. 13. & seqq. de Re Iudic. quem vide, & in d. cap. cum & plantare n. 5.*

Idem censendum, si Pontifex concedat alicui Ecclesiam liberam & exemptam, tum enim concessisse judicatur omne jus Episcopale. *Calde. consil. 6. de donation. bus Fel. d. cap. auditis. n. 4. in fine.* Porro quæ superius dicta sunt de formulis probantibus omnimodam exemptionem, restringenda sunt si eis quod frequenter fit, adjicere-
9 tur clausula. *Volumus autem quod in charitate priori cum suo Episcopo remaneat.* Nam per ejusmodi clausulam censeretur reservare Episcopo jura specialiter ei competentia. *arg. c. quanto de censib. ca. charitas de pœnit. dist. 2.* hocque in charitativo subsidio concludit Bellencin. *tract. de charit subsid. q. 32. n. fin. per Abbatem Cons. 102. omnipotentis Dei suffragio postulato, in causa quæ vertitur inter Monasterium sanctæ crucis nu. 2. vers. Tertio facit quia Alexand. noluit, vol. 1.* tum quod exemptiones sunt odiosæ & strictissimè interpretandæ. *Innoc. cap. dudum per tot. de privilegiis Philipp. c. 1. in pr. n. 2. vers. 3. not. de privileg. in 6.* tum quod jurisdictio ordinaria ut est reditus ad jus commune

mune est favorabilis & extendenda. *Fel. l. si unus § pactus ne peteret ff. de pactis Abb. d. cons. 102. vers. 3. facit & dixi latè supra qu. 4.*

Postremo, restat quærendum, an verba enunciativa Papæ sive Principis probent exemptionem? Etsi multa Doctores conglomerarint *in l. ex hac scriptura ubi Barth. & DD. ff. de donat. l. publia ff. depositi Tiraq. de pia causa privileg. 86. cap. si Papa ubi Philipp. & DD. de privil. in 6. Clem. 1. ubi Sabarell. & DD. de probation. latè subtiliterque Rom. Cons. 80. per tot.* Omnium tamen est distinctio, inter verba narrativa & assertiva seu dispositiva. *Narrativa* dicuntur quæ super eo quod principaliter agitur non proferuntur, principaliter, seu quæ non sunt in ipsa causa finali dispositionis. *Assertiva* vero sive dispositiva quæ non incidenter proferuntur sed principaliter, suntque finis dispositionis, seu in quibus intentio Papæ fundatur. *Philipp. Franc. d. c. si Papa n. 1. & seq. & ita discernit ea Abb. in c. Cum oporteat post nn. 7. de accusat. Constantius Rogerius in d. l. ex hac scriptura nu. 103. 104. & segq. Sabarell. d. Clem. 1. de probat.* Priora non probant: faciunt tamen opinione quorundam quale quale adminiculum. Posteriora verò plenè probant. *Sabarell. d. Clem. 1. num. 8. & 10. Philipp. d. c. si Papa per tot. Rogerius in d. l. ex hac scriptura n. 104. ubi allegat. Cumanum in d. c. si Papa Barthol. l. ex hac scriptura num. 15. cum prolixa addit. tut. de donat. Ferrar. in praxi form. sent. diffinit. in gloss. ver. visaq; litis contestatione nu. 8. Redoanus de rebus Ecclesiæ non alienandis qu. 59. num. 14.* Hinc scripsit Ant. Milis. Si Papa dicat. Eximimus omnes Ecclesias vestras quæ per vos sumpserunt regulam S. Augustini, quas hic duximus vocabulis exprimendas, nullam exemptionem Ecclesiis expressis inducit, nisi alias probetur quod per eas regulam S. August. assumpserint, quia verba narrativa in privilegio posita non probant assumptionem not. Io. And. & Archid. in c. si Papali. 6. per quæ videtur quod idem esset, quod si Papa eximeret omnia bona alicujus Ecclesiæ ea exprimendo, quia per talem narrationem non probarentur bona exempta esse Ecclesiæ, sed oportet hoc aliunde probare. ita Milis *in repertor. verb. Privilegium in quo Abb. c. dudum cum Apost. nu. 3. de privil. Franc. d. c. si Papa.* Secus esset si verba fundarentur super facto Papæ vel Principis, v. g. si scriberet Ordinario ut nullam exerceat jurisdictionem in personas aut loca quæ narrat se exemisse, nam sic satis probaretur exemptio. *d. Clem. unica ubi glo. de probat. Roger. d. l. ex scriptura num. 105. & succincte Io. Faber. in l. verba C. de Testam.* ita ut in contrarium probatio admitti non possit. *d. Clem. 1. ubi DD. Redoa d. qu. 59. n. 14.* Si vero fundarentur super facto alieno, probarent quidem exemptionem plenè, sed admitteretur probatio in contrarium, quod alias non licere. *glo. d. Clem unica ubi Sabarell. & Gemin. d. c. si Papa*, & ita etiam distinguit Io. Faber. *d. l. verba Roger. d. l. ex scriptura num. 106.* Excipio quoque nisi privilegium emanasset motu proprio. *Abb. c. dudum num. 3. cum addit. de privil.* quod tamen Romano non placuit: vult enim quod si Papa ex certa scientia, personam aliquam vel locum sub titulo alicujus dignitatis vel præeminentiæ nomi-

10

nominet, quam certum est non habere, quod per ejusmodi nominationem dignitas, exemptio, seu præeminentia conferri non censetur. *Rom. Cons.* 180. *nu.* 4. *per text. quem dicit expres. in Clem. si summus de sent. excommunicat.*

11 Eadem dicta sunt de narrativis sententiarum Principum sive Pontificum *cap. si Papa ubi Philipp. & DD. de privileg. in 6. text. & DD. de Clem. 1. de probat. in terminis Fel. c. causam. q. 2. n. 3. vers. Secundo contra de test ib.* In enunciativis autem inferiorum res aliter se habet, in præjudicium enim impetrantis probant quidem, sed non in damnum tertii. *Sabarell. & gloss. d. Clem. 1. Rogerius d. l. ex hac Scriptura n. 106. vers. an autem.*

Quid si eximatur monasterium cum omnibus ejus bonis & possessionibus, an
12 censebuntur exempta bona quæ monasterium injustè obtinet? Battholus concludit quod non *Cons. per tot.*

Quid si Papa committat legato, ut agat cuidam Ecclesiæ gratias pro beneficiis in
13 sedem Apostolicam, an ideo exemisse censeatur Ecclesiam? Angelus id movet & affirmative concludit textu quem in hoc existimat manifesto. *l. Paulus ubi Ang. §. Paulus ff. de fidei com. libert. Fel. cap. veniens nu. 1. vers. Quid autem de præscrip.* Verumtamen contra mihi sentiendum videtur: tum quod ejusmodi verba non sint dispositiva
14 (ut hic antea notavimus) tum quod sint honoris causa prolata, quæ regulatitet nihil disponunt. *tex. & ibi DD. c. cum venissent de Instit. l. obligationum substantia ff. de act. & obligat. l. illud §. sane ff. de Injuriis Alexan. l. ex his vers. Quid in verbis ff. de Test. militari.* Non obstat l. Paulus. Quia ibi fit extensio favore libertatis: hoc autem loco facienda est restrictio in odium exemptionis. *Alex. d. l. ex his dixi supra quæst. 4.* Exemptiones enim odiosi juris esse & proinde restringendas concluſum est antea, *eod. lib. quæst. 4.*

QVÆSTIO X.

Census solutio an probet exemptionem?

SUMMARIUM.

1. *Census solutio ratione perceptæ libertatis arguit exemptionem.*
2. *Reditus, pensio, census differunt.*
3. *Census proprie solvitur ratione subjectionis.* 4. *Exemptionis.* 5. *protectionis.*
6. *Census solutio non arguit exemptionem.*
7. *Probatio debet de necessitate concludere. Quæstio pendet ex circumstantiis.*
8. *Ferrarius nimis generaliter locutus.*

1. DUbitationem movet, quod si quis Ecclesiæ Rom. censum solvat ad percep-
tæ libertatis judicium, inde probabitur exemptus. *tex. c. si Papa §. est & idem*

dem de privilegiis in 6. Nam ut inquit Ferrarius, Census aliquando est signum percep- ”
tæ libertatis, puta quando Ecclesia aliqua dat Papæ piper, vel aliud pro censu, quo ca- ”
su videtur exempta à subjectione Episcopi. Ita ille *in forma libelli ad præstationem &* ”
rei relaxationem in glo. fictum dicti temporis præteriti n. 10. Cardinalis in c. constitutus
n.12 oppos. de relig. domib. præses loco ab Emph. ad censum.

Verùm quæstionem perstringam paucis, si præmisero differre plurimum inter se, 2
quamvis sæpe confundantur Reditus, pensio, census: non secus quam inter se diffe-
runt Emphiteusis, libellus, locatio, & contractus censualis, superficies, & precaria.
Late Jason l. 1. C. de jure Emphit. Jo. Corasius in sua enarrat ad eundem tit. in pr. nu. 13. &
seqq. Julius Clarus de jure Emphit. quæst. 1. Et quidem reditus significatio admodum
generica est: hodie tamen strictius usurpata pro jure quo aliquid quotannis perci-
mus, *latissime Tiraq. de Retr. conv. § 1. glo. 6. n. 1. & seq. Paulus Busius tract. de annuis re-*
ditibus l. 1. c. 2. & seqq. Venetus de annua præstatione. Carolus Molin. tract. de usuris n. 17.
usque ad n. 25. & quæst. 50. 60, 69.

Pensio verò solvitur pro usu rei in Emphiteusi libellario, precaria, locatione, su-
perficie, *Jason. d. l. 1. C. de jure Emphit. Julius Clarus Corasius jam allegati.*

Census in jure variæ est significationis.

Zasio habetur pro patrimonio, seu pro omni eo quod est fortunæ, *l. 2. ff. de orig.*
juris. Hinc Ovidius 1. Fastorum.

In precio precium nunc est, dat Census honores, ”
Census amicitias pauper ubique jacet. ”

Aliis pro omni eo quod ratione contractus censualis translato directo & utili
Dominio in accipientem solvitur. *Barth. & Paul. l. 1. § 1. ff. de public. Abb. c. 1. de Rest.*
in integ. c. constitutus de Relig. domib. c. prohibemus de censib. Curtius in arestis. amorum
Aresto. 7. in ver. ne constitution. de rente fol. 93. Parth. ad cens. Aurel. tit. de cons. c. 1. Nec
est iste proprie census cùm privato solvitur. *Abb. d. c. prohibemus n. 3. de censib. Felin. c.*
ad audientiam n. 21. de præscriptionibus.

Sed cum aut superiori in signum subjectionis, dicitur que interdum tributum, an- 3
nona capitatio, *tot. tit. ff. de censib. ubi VVesembec. tot. tit. C. de Annon. & tribu. li. 10. &*
de Agricolis & Censitis De Capitatione Felin. d. n. 21. Boer. ad cons. Bituricens. tit. 4. §. 17.
glo. 1. late Budeus in annot. ad Pandect. l. ult. de senatorib. late Bodin. de Repub. l. 6. c. 1.
Exod. c. 30. cum censum egeris in c. omnis omnia de censibus.

Aut exemptionis *cap. constitutus de Relig. Domib. ca. si Papa de de Privil. in 6. Fel. d. c.* 4
ad audientiam n. 21.

Aut protestationis *cap. ex parte tua ubi Abb. cap. recepimus de privilegiis. Felin. d. nu-* 5
mer. 21.

His præmissis concludo census solutionem nullo modo arguere exemptionem 6
tex. ca. Recepimus de privilegiis, prout quoque nec subjectionem aut protectionem

Abb. c. omnis omnia n. 3. cum add. de Censibus & in c. quoniam n. 4. cum add. deprivil. Fel. in repert verb. census proprie. Ratio est, quia solutio census plura potest significare, scilicet interdum subjectionem, protectionem, exemptionem, *Felin. d. c. ad audientiam n. 21. & bene Innocent. c. praterea quarto loco de transact. Abb. c. fi. n. 4. de caus. poss. & proprie. Mulin repert. verb. possessio vers. possessio seu quasi juris possessionis acquiritur fol. 311.*

Probatio autem debet de necessitate concludere: nec probat hoc esse quod ab
7 hoc contingit abesse: ut prolixè docent Sebastian. Sapia in additione ad Abbatem *d. c. recepimus in privil. verb. non probat tex. in c. in præsentia de probat. c. pia ubi glo. de except. in 6. & pulchrè Abb. in c. fin. n. 4. de caus. possess. & proprie.* Itaque hoc totum pendet ex circumstantiis rerum juxta quas (inquit Abbas) judicandum est, *Abb. d. c. omnis omnia n. 3. & d. c. fin. de causa possesso & proprie. cum additionibus & est tex. expressus in d. ca. Recepimus.*

8 Per quæ apparet Ferrarium in principio citatum generaliter nimis censuisse, siquidem ut ex censu probetur exemptio, debet aliunde apparere quod excausa concessæ exemptionis illius solutio pensitetur *tex. d. c. recepimus & cap. si Papa §. & est idem vers. aut si dicat de privil. in 6.*

QUÆSTIO XI.

An valeat Exemptio non inserâ clausulâ, *non obstantibus in contrarium?*

SUMMARIUM.

1. *In concessionibus juri contrariis opus est clausula derogatoria.*
2. *Item in privilegiis & rescriptis contra utilitatem publicam.*
3. *Exemptiones sunt contra rem publicam.*
4. *Privilegia & rescripta differunt.*
5. *Exemptio valet etiamsi careat clausula derogatoria. 6. 7.*
7. *Episcoporum potestas pendet à Pontifice.*
8. *Ampliatur cum Princeps rescribit ex certa scientia.*
9. *Satis est quod Privilegium Bulletur Bulla Privilegiorum.*
10. *Certa scientia colligitur ex narratis.*
11. *Exemptio si concedatur à jure habente clausulam derogatoriam, opus est derogatione istius clausulæ.*

IN hoc articulo, in quo Doctores velut in Labyrintho sese plurimum implicarunt, Thesei filo nobis opus esset. Et quidem Barthol. Abbas Ludovicus Molina, Antonius Milis cum nonnullis videntur stare pro parte negativa, *in l. finali*

cum

cum latissimè addit. C. si contra jus aut public. utilit. in ca. nonnulli num. 10. vers. Tertium membrum est de Rescript. in tom. 1. de justit. & jure. disput. 173. fol. 683. & seqq. in repert. verb. clausula generalis non obstante fol. 72. Item *Covarruvias in Epitome par. 2. cap. 8. & 9.*

Moventur maximè auctoritate Innocentii III. quod in concessionibus juri contrariis opus sit clausula derogatoria; alioquin non est justa causa, sed ad importunitatem partium concessæ præsumantur *text. cap. 1. d. constit. in 6. late. Gail, libr. 2. obs. 58. Barthol. in Extravag. ad reprimendum sub. finem.* 1

Confirmantque: quia clausula generalis *non obstantibus*, &c. Dicitur requiri in privilegiis & rescriptis contra publicam utilitatem concessis, aliàs non valerent. *Anton Mulis in Repert. verb. clausula generalis non obstante.* Prout & quando vergunt in notabile damnum & præjudicium tertii, *Ludov. Molina dicta disput. 173.* 2

Atqui, est extra controversiam quod exemptiones & vergant contra utilitatem & quietem reipublicæ, ut late deducit Durandus, & assentitur Concilium Trident. *tract. de modo Concilii Generalis par. 1. Rubr. 4. num. 15. 64. & multis seqq. usque ad num. 75. Baronius in Annalibus Ecclesiastic. tom. 8. Anno 676. Pontifice Adeodato fol. 517. Concil. Trident. sess. 24. cap. 11. de Reform.* Et plurimum præjudicant tertio seu ordinariæ potestati quæ est favorabilis, & cui Papa præjudicium facere non intendit, *argum. cap. pervenit 11. quæst. 1. Staphil. tract. de gratis & exempt. tit. de Rescriptis in forma Brevium num. 50. vol. tract. 14. fol. 46. ut late scriptum est supra quæst. 4.* Ideoque placuit omnibus non esse facilè concedendas nisi magna deliberatione, citatis iis quorum interesset, ut statuit Concil. Lateranens. *Roman. consil. 37. Felin. cap cum non liceat in pr. de præscript. Innocent. cap. Dudum de privileg. Francisc. Lucan. tract. de Fisco. num. 4. Anton. de Pratis de jurisd. Eccl. Episcop. cap. 8. num. 1. 5. 7. Concilium Lateranens. Celebratum anno 1515. sess. 10. verb. Exemptiones autem de cætero absque rationabili causa & quorum interest minimè citatis pro tempore concessæ nullius roboris & momenti esse decernimus.* 3

Pro solutione præmitto differre in quamplurimis privilegia à rescriptis. *Rebuff. in praxi Beneficiali par. 1. tit. differentia inter privilegium & rescriptum*, hic attinet tantum differentia, quod privilegia sunt contra jus. *glo. in summa 35. quæst. 2. Rebuff. d. tit. num. 23.* Dicta quasi privata legia, eo quod privatam legem singulis generent. *c. fin. 25. qu. 1. ca Privilegia dist. 3. Barth. l. 1. in fin. C. de juris & facti ignor. l. fin ff. de const. princip.* Rescripta verò sunt secundum jus acad observantiam juris communis. *glo. in cap. unico in ver. noscatur in fine de const. in 6. Rebuff. d. num. 23. Philipp. Franc. ibi num. 11. cum Apost. Abbas in Rubr. de Rescriptis num. 2. & seqq.* 4

5 Ex his concludo quæstionem affirmative valere privilegium exemptionis etiamsi careat clausula, *non obstante lege vel non obstantibus juribus in contrarium*: opinionis hujus Coriphæus est Felinus, quam post longum studium ac magnam indaginem variis firmat auctoritatibus *in cap. nonnulli num. 11. cum nonnullis & segq. de Rescript. eamque tacitus sequi videtur Abbas in cap. 1. n. 8. 12. 15. eodem tit.* Invenioque in hisce terminis eam sequi Parisium his verbis.

„ Nec erat necesse in dictis Privilegiis exemptionum quod fieret mentio de juribus
„ ordinarii cui infertur præjudicium, Nam ipsa talia privilegia derogant ordinariis:
„ quia privantur juribus ipsorum, & privatio præsupponere debet habitum, ut tradit
„ glo. quam sequuntur ibi scribentes maxime Abb. cap. olim & 1. de privil. Jo. Andr.
„ Cald. Abb. dudum in pr. eodem Decius cons. 50. col. 1. vers. & præsupponendum.
„ Ita verbaliter Parisius *cons. 22. n. 8. vol. 4.*

6 Ratio est, quia cum Papa rescribit per modum privilegii, nihil refert si clausulæ non obstante non adiiciatur, *Fel. d. cap. nonnulli n. 11.*

Quod indubiè procedit cum ex serie Privilegii apparet manifeste de voluntate Principis sive Pontificis volentis statuere contra jus, seu quod exemptionum concedere voluerit. *Anton. Milis in repert. verb. privilegium contra jus commune an valeat, Dec. cons. 113. num. 4.*

7 Nam cum omnis Episcoporum seu ordinariorum potestas dependeat ab auctoritate summi Pontificis *cap. 1. dist. 22. Anton. de Rosellis tract. de potest. Imper. & Papæ §. hanc sententiam fore veram n. 13. & 14. ubi id probat vol. tract. 14. fol. 327.*

8 Ex certa scientia & motu proprio adversus eas seu jus commune rescribendo censetur ei derogare voluisse. Clausulæ enim ejusmodi æquipollent clausulæ derogatoriæ non obstantibus, *Modestinus in l. idem ulp. scribit ff. excusat. tut. ubi glo. & DD. glo. ca. ex parte 2. de offic. deleg. Anton. Milis in Repert. verb. scientia certa principis vers. Ex hoc sequitur Paris. d. cons. 22. nn. 9. & 10. Dec. cons. 198 in fin. cons. 271. nn. 8. & 9. Franciſc Curt. cons. 21.*

9 Confirmatur hæc conclusio primo auctoritate Baldi dicentis, quod eo ipso quod Princeps vocat concessionem suam Privilegium & Bullatur Bulla Privilegiorum, nulla alia clausula est necessaria. Nam tum satis constat, quod ipse facto voluerit infringere jus commune ex quo natura Privilegii sit talis. *Baldus l. lapilli col. 3. vers. Ego dico ff. de Rer. divis. Martinus Laudensis tract. de privileg. §. 39. Felin. d. cap. nonnulli num. 11. & num. 12. vers. Ratio differentiæ Philipp. Franc. cap. 1.*

10 *num. 10. per tot. de constit. in 6.* Confirmatur secundo. Quia etsi nominatim non exprimatur clausula *ex certa scientia*, sufficit tamen ut certa scientia eliciatur ex narratis, seu ex serie facti. Ita communiter teneri dicit Felin. *cap. cum inter de except. & d. c. nonnulli. num. 12. vers. 2. contra istum, ubi etiam Abb. Anton. de Crevant. in addit. ad compostell. in d. cap. nonnulli fol. 17. lutter a. C. Oldr a. consil. 295*

Natta

Narratio enim Principis tantum operatur, ac specifica expressio clausulæ ex certa scientia *d. l. item Vlpianus Fel. d. c. nonnulli n.* 11. Limitanea tamen sunt hæc nisi exemptio concederetur à iure habente clausulam derogatoriam, *Abbas d. c. nonnulli & Fel. n.* 12. *vers. limita primo.* Nam opus esset derogatione istius clausulæ. *Navarr. ad c. si quando except.* 1. *n.* 1 *De Rescriptis.* 11

QVÆSTIO XII.

In concessione exemptionum an sit necessaria citatio Ordinariorum, quorum interest exemptiones non concedi.

SUMMARIUM.

1. *Privilegium non præjudicat non citato.*
2. *Concessio exemptionis non est actus judicialis.*
3. *Concilium Lateranense requirit citationem ordinariorum.*
4. *Pontifex eximere potest sine citatione non obstante Concilio.*
5. *An opus sit specifica derogatione Concilii.*
6. *Quid de innovatione.*
7. *Invocatio si fit per eum qui eximere potest, non requiritur citatio.*
8. *In invocatione quæ fit in curia Romana, non opus est citatione.*
9. *Similiter cum periculum est in mora.*

PRo parte affirmativa videtur stare Castrens. *l.* 2. *num.* 4. *C. de Tempor. appellat.* *Anton. Cons.* 19. *Antonius Nicellis in concordia glossarum n.* 232. *arg. l.* 2. *in fine ff. de natalib. restit. & l. nam ita ff. de adopt.* Privilegium enim (inquiunt non præjudicat tertio cujus interest non citato, ideoque nec ordinario, cujus interest jurisdictionem sartam & tectam conservari *per not. supra qu.* 4. Verum communi jure vera est negativa. Ratio est. Quia concessio exemptionis non est actus judicialis, ideoque Princeps nemine citato eas concedere potest. *Abb. Felin. & DD. c. cum olim de Re Iud. Leonellus tract. de surrept. rescript. quæstione* 6. *artic.* 3 *Iason. l. Gallus* §. *& quidsi tantum n.* 41. *& 47. ff. de liberis & posth.* 1 2

Confirmatur, quia in impetratione rescriptorum, privilegiorum, exemptionum, non est necessaria partis citatio, *Anton. Nicell. in Concord. glossarum nu.* 322. *Concordia* 52. *fall.* 78. *& 51. Felin. c. cum olim num.* 6. *de Re judic. Gigas de pensionib. qu.* 37. *Caccia lupus de pensionib. qu.* 24. *n.* 8. *& seqq. Milis in repert. verb. Citatio non requiritur quando privilegium.* 3

Dixi jure communi, nam jure speciali sive singulari Concilii Lateranensis sub

Leone X. anno ejus tertio, salutis vero humanæ 1515. sessione 10. ad esse exemptionum requiritur citatio ordinariorum, ratione adjectæ clausulæ irritantis, de qua dicturus sum infra *parte 2. quæst. 5. sub finem, & parte 4. quæst. 63. per tot.* ejusmodi enim est textus, Exemptiones autem de cætero absque rationabili causa & quorum interest minime citatis pro tempore concessas nullius roboris & momenti esse decernimus. *Anton. de pratis tract. de jurisdict. Episcop. ca. 8. n. 1. & 2. Guymer. ad prag. sanctionem tit. de causis §. visum in glo. verb. attendentes.*

4 Quin autem Pontifex non obstante Concilio eximere possit nemine citato, non est quisquam qui ambigat: est enim ejus solius Conciliis derogare, vel etiam adrogare, à quo omnia pendent & cujus auctoritas semper excepta reputatur. *cap. significasti de electione Abb. Siculus c. ex gestis, de Cler. non residen. Borgasius tract. de irregularit. & dispens. part. 3. tit. de dispensat. consilii generalis n. 6. & seqq. fol. 33. Ant. de Rosellis tract. de Consilio cap. 14. incip. Qualis in causis debet esse forma num. 8. per cap. proposuit de concess. præbendæ & cap. 17. nu. 32. ubi late.* quippe quod speciale sit principis sive Pontificis suam vel inferiorum sententiam & constitutionem revocare. *not. in cap. veniam cap. sententiam 35. quæst. 9. cap. cum olim de re judic. cap. tam ex literis de in integr. restit. l. 2. in fine de sententiis ex brevi recitandis.*

5 Præcipue vero difficultatis est, an cum Pontifex derogat Concilio, opus sit ne exemptio censeatur surreptitia specifica clausula derogatoria Concilii. Quia in re sunt qui ajunt & qui negant, ut est videre in Ant. Milis, *in aureo repert. verbo gratia facta contra Generale Concilium an censeatur surreptitia glo. cap. ex parte verb. de quo nulla mentio de capell. Monach. Felin. cap. nonnulli n. 2. & 3. de Rescript. dicam infra lib. 1. cap. 50. n. 33. conferuntque ad hanc quæstionem quæ in immediate præcedente attulin. 6. 7. 8. & seq. nos eam proprio capite diligentius examinabimus.*

6 Porrò an hactenus dicta obtineant etiam in innovatione exemptionum, incidenter hic queri posset, non juvat jam inhærere regulæ communi. Quod omnis qui ex aliquo actu lædi posset, ad illum citari debeat, *l. de unoquoque ff. de re jud. l. non ita Divus ff. de adopt. l. si quando & ibi Bald. C. de testib. quàm Antonius Nicellis fusissime restringit centum & quindecim Fallentiis. In concordia glossarum àn. 224. usque ad n. 372 in concordia 52.*

7 Dico igitur primò, Quod si innovatio fit per eum qui exemptionem concedere poterat, non requiri partis citationem, aliàs secus. *Abb. cap. cum dilecta num. 25. vers. & innovatio de constit. utili vel inutili Mascard. de probat. conclus. 1388. num. 26. & dixi supra q. 8. n. 9.*

8 Dico secundo. Quod in transumptione seu innovatione exemptionum vel privilegiorum quæ fiunt in Curia Romana non opus est citatione. Ratio est, quia cum iste actus pertranseat multorum manus hoc in exercitio peritas, abest omnis falsi suspicio, adeo ut sine citatione credatur transumpto velut originali *Abb. cap. ex par-*

ex parte & 1. in pr. de privileg. & dixit Felin. post Anton. Host. Archid. & alios in c. fin. nu. 8. vers. fallit. 3. de fide instru. Bartholomeus Bellens. tract. de charit. subsid. quæst. 113. Mascardus de probat. vol. 3. concil. 1388. nu. 19.

Dico tertio, Hoc in casu cum periculum esset in mora, non requiri citationem, *Decius c. cum dilecta numer. 37. de confir. utili vel inutili Mascard. d. conclus. 1388. n. 19.* 9

QVÆSTIO XIII.

Exemptio concessa simpliciter, an eximat universaliter?

SUMMARIUM.

1. *Exemptione capitis non censetur concessa exemptio membrorum.*
2. *Exemptio monasterii non extenditur ad capellas.*
3. *Exemptio est stricti juris.*
4. *Exemptâ Ecclesiâ populus non est exemptus.*
5. *Exempto populo, ecclesia non censetur exempta.*
6. *Dispositio de re contenta non includit continentem.*
7. *Exemptis Clericis Ecclesiæ, cujusvis ordinis clerici exempti censentur.*
8. *Exemptio generalis, generaliter intelligenda.*
9. *Exemptio extendenda aut restringenda ex mente privilegiantis.*
10. *Privilegium concessum terræ, censetur concessum personis.*
11. *Privilegia concessa locis, extenduntur ad personas.*
12. *Delinquens in Ecclesia, an in ea capi possit?*

GEneralis hæc quæstio diffiniri commodè non potest, nisi per propositiones speciales, sit igitur prima conclusio. Exemptione capitis non censetur concessa esse exemptio membrorum. *Innoc. c. ex ore de privil. arg. l. liberorum ff. de adopt.* 1

Ideoque exempto monasterio, ejus membra seu capellæ exemptione non gaudent, *Abb. d. c. ex ore. n. 1. & 4. ca. cum capella ubi DD. eod. tit. Vbaldus tract. de Canonica portione c. 4. quæst. 8. & seqq.* 2

Ratio est, quia exemptio est juris stricti, nec trahenda de persona ad personam, loco ad locum, *c. sane c. cum capella de privil. 10. de Ferrariis in forma oppon. contra instrum. in in glo. ad §. aliusque rationibus. nu. 4.* quippe regulariter eximi potest Ecclesia, libi in potestate retentâ capellâ, & è contra, *arg. l. liberarum de adopt. Brixiens. in repert. verb. Exemptio col. 6. Abb. c. conquerente nu. 1. de offic. ordin. glo. cap. rogamus 24. quæst. 1.* 3

Conclusio secunda. Exemptâ Ecclesiâ non censetur exemptus populus: ideo Episc. ordi- 4

ordinariam poteſtatem exercere poterit in Parochianos. *Philipp. Franc. c. per exemptionem n. 3. verſ. 5. de privil. in 6. ſumma Angel. verb. exemptus n. 1. verſ. Et exempta. Fumus verb. exemptio n. 3.*

5 Concluſio tertia, exempto populo non cenſetur Eccleſia eſſe exempta. *Franc. d. num. 3. verſ. ult.*

6 Concluſio quarta. Eadem dicta ſint in quibuſvis aliis exemptionibus. Regulariter enim diſpoſitio relata ad rem contentam non includit continentem, *Franc. d. n. 3. verſ. ult. in privil. trahantur ad caſus diverſos. Tiraq. de retract. Conſan. §. 1. glo. 4. nu. 97. fol. 106. Fumus verb. exemptio. n. 3. & 4. & dicte Archid. c. Frater 16. q. 1. n. 3.*

7 Concluſio quinta. Exemptis clericis alicujus Eccleſiæ, tam Canonici quam alterius cujuſvis ordinis Clerici exempti eſſe cenſentur. *text. cap. per exemptionem. In fin. de privileg. in 6. ubi Franc. n. 3. verſ. ultim. not.*

8 Concluſio ſexta, ſi verba privilegii ſunt generalia, exemptio univerſaliter conceſſa eſſe cenſetur, *quia cura ubi DD. de privileg. arg. d. cap. per exemptionem in fin. Io. de Ferrar. in d. glo. ad §. aliis rationibus. n. 4.* Ita tamen, ut inprimis ſemper attendenda ſit

9 mens concedentis, ne tàm verba quàm potiſſimum ipſam mentis rationem ſequi videamur. *l. alacriter ff. de leg. 3. Barth. l. non dubium n. 9. & 10. C. de legibus Dec. l. ſemper in ſtipulationib. n. 4. ff. de reg. juris l. labeo ff. de ſupell. leg.* Semper privilegium extenditur ad perſonas & caſus non expreſſos, aut etiam reſtringitur ex præſumpta ac

10 conjecturata mente privilegiantis *Abb. c. ſanè n. 2. de celebrat. Miſſarum.*

Concluſio ſeptima. Privilegium conceſſum terræ intelligitur conceſſum perſonis ſeu hominibus ejuſdem. *l. ſi non ſpeciali ubi Bald. C. de Teſtam.* Sicut per exemptionem terræ cenſentur etiam perſonæ ejuſdem terræ exemptæ. *Rom. d. conſ. 180. nu. 7. Bald. d. l. ſi non ſpeciali.*

11 Confirmatur idipſum auctoritate ejuſdem Romani *Conſ. 234. per tot.* dicentis privilegia locis conceſſa extendi ad quaslibet perſonas ibi exiſtentes etiamſi Forenſes ſint & extraneæ, ubi etiam diſputat an forenſis aut laicus delinquens in Eccleſia capi in eadem poſſit, id quod reſolvit negative, *per c. Frater 15. qu. 4. Bald. d. l. ſi non ſpeciali. qua de re infra l. 4. quæſt. 95.*

QVÆSTIO XIV.

In Exemptione *ſuarum Eccleſiarum* quænam comprehendantur?

SUMMARIUM.

1. *Appellatione ſui comprehenditur quod commune eſt.*
2. *Mandatum de providendo in Eccleſiis ſuis, extenditur ad eas quæ mediatè ſubjecta*

jectæ sunt.
3. Ea tantum Ecclesiæ sunt exemptæ, quæ pleno jure ad exemptum spectant.
4. Suum proprie non est quod est commune.
6. Privilegia proprie intelligenda.

Difficultatem facit quia appellatione sui comprehenditur etiam id quod commune est, *l. si quis servos ff. de leg. 3, l. pupillus §. fin. ff. de verb. sign.* adeo ut res mihi cum alio communis vendi & impignorari possit, qua de re docte Mudeus *l. nemo ex sociis ff. pro socio fol. 64. Negus. de pig. in 3. memb. 2. par. princip. n. 39. & segq.* & non modò quod immediatè sed etiam quod mediatè suum est: ideo præceptum, de providendo alicui in Ecclesiis suis, extenditur ad eas quæ mediatè subjectæ sunt *c. pro illorum de prabendis.* Sed respondeo cum Archidiacono eas tantum esse exemptas, quæ pleno jure spectant ad exemptum, *Archid. in c. Frater. n. 4. ubi latè id examinat. 16. quæst. 1.* Imprimis quia exemptiones præjudicant juri ordinario, ideoque strictissime interpretandæ. *c. licet. de offic. ord. l. 2. §. merito §. si quis à principe ff. ne quid in loco public.* nec extendendæ sunt ad id quod commune est, nam suum propriè dici non potest quod commune est, prout quoque quod mediatè ad aliquem spectat, suum esse propriè dici non potest. *l. quæsitum, §. celsus ff. de fundo instr. leg. Archid. nu. 5. latissimè Ias. l. servi electione §. labeo n. 1. 4. 10. 20 21. 22 ff. de legat. 1.* 1 2 3 4 5

Porro certum est, privilegia semper extendenda esse secundum propriam verborum significationem ut quando minus fieri possit ordinariæ obsint potestati, quæ est perquam favorabilis *l. scribit quintus l. plautius ff. de auro & argento leg. copiosiusque id probat Archid. d. c. Frater 16. quæst. 1. num. 5. & dixi supra quæst. 4.* De qua quæstione prolixius videri poterit Philipp. Francus. *in c. cum in illis fin. num. 2 & 3. de Prab. in 6.* Ubi disputat an dispositio restringenda sit ad id quod totum est disponentis, an verò etiam extendenda ad id quod cum alio commune est; distinguitque inter dispositionem odiosam & favorabilem, quemadmodum apud eundem videre latius poterit lector. 6

QUÆSTIO XV.

Quid sit lex diœcesana & lex jurisdictionis?

SUMMARIUM.

1. *In Episcopo generaliter unica jurisdictio.*
2. *Res judicata in diœcesana, non præjudicat in lege jurisdictionis.*
3. *Derivatio legis diœcesanæ.*
4. *Commissione facta diœcesano censetur facta Episcopo.*
5. *Dissensio scribentium in hac materia.*
6. *Diffinitio legis Diœcesanæ.*
7. *Diffinitio legis jurisdictionis.*
8. *Cujus speciei sit charitativum subsidium.*
9. *Item Synodus Episcopalis.*
10. *Item dispensatio & Canonica Episcopalis*

IN diffinitione exemptionum dixi, sub nomine jurisdictionis comprehendi legem Diœcesanam & jurisdictionis, de utraque quia inter interpretes non ita convenit, pauca hæc adferemus. In Episcopo unicam tantum esse jurisdictionem sub qua universum jus Episcopale comprehenditur quod in universa Diœcesi habet, nonnullis usurpata latiore significatione legis dœcesanæ visum est. *Innocent. c. dilectus de offic. ordin. Abbas c. auditis in 1. notabili de restit. in integrum.*

2 Alii tamen communius placuit distinctas esse species, ita ut res judicata in lege Diœcesana non obstet legi jurisdictionis, *Abb. c. 1. de offic. ordin ubi tex.*

Et quidem Diœcesana lex à diœcesano derivatur, qui à Pontificiis DD. propriè Episcopus nuncupatur & non alius, quamvis de jure speciali in loco ordinariam habeat potestatem, *Abb. c. cum olim de major. & obed. & cap. Joannes. num. 2. de testam.* Adeoque refert ut facta commissione diœcesano, censeatur facta tantum Episcopo. At verò si ordinario, tum cuilibet alteri ordinariam habenti jurisdictionem facta esse censebitur, *glo. Clem. 1. verb. Diœcesanis de jure patronat. Navarr. cons. 11. de Clandest. desponsat. tom. 2.*

Porrò pro diffinitione utriusq; hujus legis diœcesanæ & jurisdictionis variæ, olim fuit elaboratum, aliis asserentibus quod illa consistat in recipiendo, hæc verò in dando seu conferendo, aliis aliter opinantibus, ut patet ex Innocent. & aliis, *c. 1. de statu Monach. ubi Abb. glo. c. dilectus ubi DD. de offic. ordin. Bertachin. tract. de Episcop. l. 4. par. 2. n. 80. & seqq. Henric. Bottens tract. de Synodo par. 1. num. 61. & seqq. ubi late.* Res hæc ut censeam cum Innocent. aptius diffiniri non poterit quam diffinitione per partes, de qua apud Topicos. *Aristoteles lib. 2. poster. cap. 5. Io. Apellus in Dialect. legali cap. num. 24. Christoph Hegendor. in suo libello de definitionibus & divisionibus legalibus to. 16. per tot. vol. tract. 1. fol. 252.* Nempe lex Diœcesana est ad quam spectat perceptio Cathedratici, pars decima oblationum, charitativum subsiduum, denique cætera omnia à quibus Monasteria jure communi sunt exempta, *Abbas d. c. dilectus n. 4 ubi late & DD. supra citati.*

7 Lex verò jurisdictionis est quæ obedientiam, subjectionem, reverentiam, institutionem, correctionem, reformationem, jurisdictionem, pœnitentiæ indictionem, causarum audientiam, sacramentorum collationem, eaque omnia complectitur, in quibus Monasteria Diœcesana, jure communi subiiciuntur. *DD. ubi supra Bertachin. tract. de Episcopo lib. 4. parte 2. numer. 80. Thomas Zerola in praxi Episcop. part. 2. verb. jura Episcopalia. Cuchus institut. juris Canonici lib. 1. tit. 12. vers. hæc jura.*

8 Quæ ut magis pateant quæritur primo, utrum charitativum subsidium sit de lege Diœcesana? articulus hic multis fuit dubius, ut refert Barth. Bellencinus tract. de charit. subsidio, *qu. 28.* communis tamen (inquit) opinio est affirmativa, Unde infertur Monasteria jure communi Exempta esse à solutione charitativi subsidii.

Io.

Io. Andr. Butrio. Innoc. & DD. d.c. dilectus de offic. ord. Bald. si quis ad declinandam col. 8. C. de Episc. & Cler.

Limito primò, in Ecclesiis monasterio subjectis quæ ante subjectionem illud præstare consueverant. Nam ratione earum, monasterium obligabitur *Clem. 1. de cens. Innoc. d.ca. de statu Monach. cap. conquerente de offic. ord.*

Limito secundò, nisi monasterium haberet populum, quia ratione populi tenetur ad omnia quæ sunt legis Diœcesanæ. *Io. Andr. in add. ad spec. tit. de privileg. Bellenc.* 9 *tract. de charit subsid. q. 29.* Quæritur secundò, Quid de Synodo? utrum sit legis Diœcesanæ? & breviter an Abbates seu monasteria teneantur venire ad Synodum Episcopi? Remitto ad prolixam disputationem & distinctionem Henrici Botei, in suo speciali tractatu de Synodo *parte 2. n. 4. & seqq.* ex qua uberior etiam intelligentia legis Diœcesanæ & jurisdictionis hauriri poterit.

Tertiò utrum dispensatio? paucis dicimus eam esse de lege jurisdictionis, *cap. ex* 10 *transmissa translat. prælat. glo. clem. 1. de Rescriptis*, & ita resolvit Paulus Borgasius *in suo tract. de Irregularitatibus parte 2. Rubr. an dispensatio sit de lege Diœcesanæ nu. 4.* Eadem dicta sint de Canonica Episcopali, de qua materia in cap. requisisti & cap. officii de 11 de Testam. & Petrus de Ubaldis, *in tract. de Canonic. Episcopali cap. 1. n. 4. & c. 4. q. 5.* Lapus de Castelliono, *tract. de Canonic. portione n. 5.* Cætera ad pleniorem hujus tituli cognitionem peti poterunt, præsertim ex Abbate & Innocentio hic citatis, quæ compendii gratia nunc prætereo, qui tradunt Hospitalitatem, itionem ad exequias, prædicationem, missarum celebrationem, legationem, processiones, angarias, & quaslibet alias vexationes sub lege Diœcesana comprehendi.

QUÆSTIO XVI.

Monasteria an sint Exempta?

SUMMARIUM.

1. *Monasteria jure scripto sunt Exempta à lege Diœcesana, non verò à lege jurisdictionis.*
2. *Quousque se extendat ejusmodi exemptio.*

DE jure communi quod attinet, sunt exempta à lege Diœcesana, non verò à lege jurisdictionis, ut patet ex auctoritatibus præcedenti capite allegatis, quas maximè Abbas persequitur, *d cap. de statu Monach. & d. cap. dilectus de offic. ordin. & Bertachin. tract. de Episcop. lib. 4. parte 2. quæst. 35. n. 80.* 1

Itaque ejusmodi Privilegio non modò monasterium sed cœmiterium & alia
2 quæcunque intra Monasterii septa exempta censebuntur, *cap. necessaria ca. nulla* 12. *qu.* 1. idque ad passus usque 30. vel 40. *cap. sicut cap. diffinivit* 17. *quæst.* 4. quod tamen verum est, cum monasterium est extra urbem constitutum, secus verò si in Civitate, tunc enim tot passuum privilegio non gaudebit, *c. quisquis* 17. *quæst.* 4. *glo.* & DD. *cap. per exemptionem de privileg. in* 6. *Rebuff. tract. de immunit. Ecclesiarum in constitutionibus regiis & in l. urbis de verb. sig. summa angelica verb. Exemptio n.* 1. & *Fumus n.* 5 *Archidiac. cap. nulla* 12. *quæst.* 1. *vide Navarr. in Manuali cap.* 25. *nu.* 10. *vers. Domus item Episcopalis.*

QUÆSTIO XVII.

Sintne aliqui ordines exempti?

SUMMARIUM.

1. *Cistertiensis Ordinis Privilegium.*
2. *Cistertiensis ordo jure scripto non exemptus.*
3. *Papa Diœcesanus totius Orbis.*
4. *Ordines plurimi exempti privilegio proprio.*
5. *Prædicatorum exemptio.*
6. *Minorum.*
7. *Carmelitarum.*
8. *Benedictinorum.*
9. *Regularium omnium.*
10. *Exemptio eorum plena tam realis quam personalis.*
12. *Restringitur in causis mercedum & miserabilium personarum.*
13. *Item in degentibus extra claustra.* 14. 15.
16. *Divisio ordinum.*
17. *De participatione alienorum privilegiorum.*
18. *Quid si ordo non utatur privilegio, an participans nihilominus fruetur.*
19. *Utrum participantes possint privilegio uti contra eos quorum contemplatione participant.*
20. *Familiares non retorquent privilegium contra suos principales.*
21. *Privilegiatus non utitur privilegio contra concedentem.*
22. *Ordines qui habent Generalem, an jure communi sint exempti.*
23. *Jurisdictio specialis, cumulative concessa censetur.*
24. *Pontifex non solet derogare ordinariis nisi expresse.*
25. *Qualem jurisdictionem habeant Prælati in subjectos.*
27. *Exempto ordine Monachorum, an censeatur exemptus ordo monialium.*
28. *Ordinarii incarcerantes regulares exemptos sunt excommunicati.*
29. *Tenor Bullæ.*

30. *Ve-*

30. *Variæ exemptionum causæ.*
31. *Ordinibus facilè conceditur exemptio.*
32. *Exempti nedum ab ordinariis, sed ne quidem ab Archiepiscopis & Patriarchis possunt puniri.*
33. *Exempti immediate S. Sedi subjecti sunt.*
34. *Censuræ ordinariorum in exemptos irritæ sunt.*

IUre communi Cistercienſis ordo, id privilegii habet, ut niſi facta mentione ordinis reſcriptum impetrari non poſſit, *text. cap. cum ordinem ubi DD. de Reſcr. cap. ne Dei de ſimonia Io. Andr. cap. 1. de ſuppl. negl. prælati glo. cap. recepimus de privileg. Fel. & Abb. d. cap. cum ordinem.* quod ipſum hoſpitalariis & templariis aliiſque nonnullis conceſſum eſſe reperitur, *cap. ex parte de decimis glo. d. cap. cum ordinem de Reſcript.* 1

Non tamen idcirco privilegio plenæ exemptionis potiuntur, *Felin. cap. ne DEI in pr. de Simonia & nominatim cap. cum ordinem num. 7. verſ. conſidera primo de Reſcript.* 2

Itaque ſit diffinitio generalis hujus quæſtionis, omnes ordines atque Eccleſias jure communi ſubjectas eſſe poteſtati ſuorum diœceſanorum, *cap. omnes Baſilicæ 16. qu. 7. cap. 1. de offic. ordin. cap. cum Epiſcopus eod. in 6. cap. noverint. cap. regenda cap. ſic quidam 10. q. 3. Choppin. in ſuo pereleganti libro Monaſticon ſeu de jure cœnobiorum per tot.*

Sicut enim Papa dicitur diœceſanus totius orbis, ita Epiſcopus ſuæ diœceſis, 3 dicitur enim tota diœceſis eſſe Parochia & quaſi territorium Epiſcopi, *cap. cum contingat de foro compet. Socinus tract de oblat. quæſt. 18. num. 63. Troylus de Canoniſat. ſanctorum, incip. ſequitur ſecundum nu. 28. & ſeqq. Rebuff. l. pupillus §. territorium verſ. Et tota civitas de verb. ſignif. cap. cum venerabilis de Relig. domib. Abb. cap. nimis grave n. 4. de exceſſib. prælat*

Dico *jure communi.* Nam privilegiis corpori juris non inſertis, plurimi ordines exemptionum pleniſſima jura ſunt adepti, ac ne per omnes excurram, ordo Prædicatorum pleniſſimam exemptionem conſecutus eſt privilegio Sixti 4. Incip. *Regimini*, hoc tenore. 4

Et ne prætextu conſtitutionis Innocent. 4. prædeceſſoris noſtri, *volentes*, &c. Locorum diœceſani & alii Ordinarii in perſonas & loca fratrum Prædicatorum contra Gregorii prædeceſſoris noſtri ordinationem ſibi quamcumque juriſdictionem & ſuperioritatem vendicare præſumant, diſtrictius inhibemus, ne quiſquam abſque Sedis Apoſtol. commiſſione & auctoritate in perſonas, domos & loca dicti ordinis Prædicatorum utpote prorſus exempta aliquam excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti ſententiam ſpecialiter vel generaliter quomodolibet promulgare, aut in perſonas, domos, vel loca hujuſmodi aliquam præeminentiam, ſuperioritatem & juriſdictionem quomodolibet exercere præſumant, etiam ratione contractus vel delicti, vel rei de qua contra ipſos ageretur, ubicunque ineatur contractus, committatur delictum & res ipſa conſiſtat, Decernimus quoque ex nunc quaslibet ex-

communicationis, suspensionis & interdicti sententias, & quascunque processus,
» quasvis pœnas & sententias generales vel speciales continentes, quos vel quas pro-
» mulgari vel haberi, & omnia quæ contra fratres, domos vel loca dicti ordinis quo-
» modolibet fieri contigerit, etiam eorum exemptione, ut puta notoria, non aliter
» allegata nullius roboris vel momenti esse & pro insertis haberi debere. Hoc pri-
vilegio aliisque donatus, Prædicatorum ordo habere dicitur omnia privilegia, quæ habent omnes aliæ religiones in genere vel in specie. *Aurea Armilla verb. absolutio num. 26. Alphonsus à Casarubios tractat. de privileg. Fratrum Minorum verb. excommunicatio ubi addit. Hieronymi à Serbo & verb. exemptio num. 15.* Ex quibus, infero primo, Prædicatores communi privilegio clauso in corpore juris non esse exemptos, sed proprio. *Expresse Abbas cap. nimis grave num. 4. de excessib. prælat.*

5 Secundò, Quod Prædicatores citati coram ordinario comparere non teneantur ad allegandum exemptionem; est enim notoria, *Abb. cap. cum ordinem ubi DD. de Rescript. & ita censet Fumus verb. exemption. 2. verb. privilegium n. 7. dixi supra num. 4. in verbis constit.*

6 Minores, eodem anno 1215. cum Prædicatoribus à sancta sede Apostolica approbati sunt. *Io. Caldeus cap. nimis prava, ubi Abb. num. 1. de excessib. prælat. donatique postmodum à Clement. 4.* exemptionibus tam ab ordinariis quam à delegatis, ac etiam à constitutione Innocent. 4. *in cap. volentes de privileg. in 6.* ac immediatè subjectæ sanctæ sedi eorum Ecclesiæ, oratoria, domus, loca, libri, utensilia, mobilia, immobilia, *Alphonsus Casarubios in compendio privileg. Fratrum Minorum verb. exemptio. n. 3. 8. & 10.*

7 Carmelitæ pariter à jurisdictione ordinariorum & legatorum prorsus sunt exempti, adeo quod processus aut sententiæ contra eos latæ sint nullius roboris, *Alphonsus ubi supra n. 24. vide infra lib. 4. quæst. 46 n. 1.*

8 Eadem in Benedictinis obtinent. Nam Eugen. 4. ne eos causarum strepitus inquietet & ab otio deducat sancivit, ne quis eos j ramentum præstare aut testimonium ferre ex quacunque causa compellat invitos. *Alphons. ubi supra verb. exemptio. vers. Ex privilegio Monachorum sancti Benedicti vide infra lib. 2. quæst. 34.*

Insuper (utar verbis Navarri *tit. de Regularibus tom. 1. comment. 2. incip. nunc quoad judicia n. 36. vers. addo secundo & vers. addo 3 fol. 48.*

Omnes fere regulares sunt exempti à jurisdictione ordinariorum per privilegia
9 concessa eis directè vel indirectè per participationem, communicationem aliorum
» privilegiorum, & consequenter habent jurisdictionem quasi Episcopalem, *glo. sing.*
» *Clem. 1. verb. Monasterii, de rebus Ecclesiæ non alienandis.*

10 Quod adeo verum est, ut ratò in religiosis habeat locum cap. volentes de privil.
» in 6. Nam jam concessum est aliquibus eorum directè vel indirectè per participatio-

nem

nem, ut nequeant conveniri etiam de factis & sitis etiam extra loca exempta, cum de- "
rogatione dicti cap. volentes, editi in concil. Lugdunensi & innovati in Concilio Tri- "
dent. sess. 7. cap. 7. de Refor. vers. In exemptionum causis. Addo quod ex additione "
Concilii Trident. d. ca. 7. colligitur 1. limitatio exemptionum, ne scilicet prosint quo- 12
ad causas civiles mercedum & miserabilium personarum. Secundò, generalis diffe- 14
rentia inter regulares exemptos degentes extra monasteria & degentes intra. Nam hi "
super nullis causis possunt conveniri coram alia differentia ordinariis, ille autem sit "
super prædictis duobus generibus causarum. Est & quod degentes intra, non pos- "
sunt ab ordinariis ratione delicti puniri, nisi quando extra monasterium cum populi "
scandalo delinquunt & non puniuntur à suis prælatis moniti ab ordinariis, ut id faci- "
ant, degentes vero extra sic, ut in directo sensu & à contrario habetur in eodem Con- 15
cilio Trident, sess. 25. cap. 14. de Regularib. incip. Regularis non subditus. Unde re- "
sponsum est, non potuisse vicarium Episcopi cognoscere de quodam censu petito à "
conventu Ordinis Minorum S. Francisci de Paula, habentis exemptionem cum de- "
rogatione cap. volentes, tum quia non degebant extra conventum, tum quia non age- "
batur de ulla causa prædictorum generum, neque delicto extra monasterium cum "
populi scandalo commisso, Ita Navarrus ubi supra.

Patres quoque Societatis, teste Alphonso, gaudent exemptionibus omnibus qui- 16
bus alii omnes ordines. *Alphonsus à Casarubios & ibi Hieronymus à Sarbo Capucinus tract. privil. omnium ordinum verb. communicatio privilegiorum.* Exemptione quoque gaudent Præmonstratenses, *Wamesius consil 65. n. 1. tom. 1.*

Simili exemptionum privilegio gaudent ordines mendicantes, *Fumus verb. excommunicatio n. 28. & seqq. Chopin. in suo Monasticon.*

Sunt vero quatuor constitutione Pii 5.
- Dominicanorum.
- Franciscanorum.
- Augustinienſium.
- Carmelitarum.

Inter quos eadem Pii 5 constitutione comprehenduntur ordines.
- Servorum B. Mariæ.
- S. Francisci de Paula.
- S. Hieronymi Iesuatorum.
- Societatis Iesu.

Participantes de privilegiis mendicantium.
- Canonici Regulares Ordinis congregationum S. Augustini,
- Canonici Regulares congregationis S. Salvatoris.
- Canonici S. Crucis Olumbrienſias,
- Benedictini.
- Monachi montis Oliveti,
- Vallis umbrosæ.
- Cisterciences.

Car-

Participantes de privilegiis Mendicantium.
- Carthusienses.
- Camaldubenses.
- Eremitæ S. Hieronymi à Pisis.
- Congregatio S. Hieronymi Fesulani.
- S. Hieronymi Hispan.
- Cœlestini.
- Crucigeri.
- Redemptionis captivorum.
- Sanctissimæ Trinitatis.
- Theatini.
- Ministri infirmorum.
- Congregatio clericorum Regularium Minorum quæ ortum habuit anno 1589.
- Præmonstratenses. *Wammesius cons. 65. nu. 1. tom. 1.*
- Status tertii ordinis, de quo est constitutio Leonis X. & Declaratio S. Congregationis, quæ hic subjicitur & quam mihi nuper comunicavit ex Urbe reversus spectabilis, & eruditus D. Protonotarius Ricurtus Pauli Stravius à secretis S. Congregationis Cardinalium negotiis Episcoporum & Regularium præpositorum.

DECRETUM SUPER STATU MULIERUM TERTII Ordinis in privatis domibus degentium, illarumque ad habitum admissione.

SAcra Congregatio Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium præpositorum, ad tollendas omnes contentiones inter Episcopos, & Superiores Regularium super immunitate, & exemptione Tertiariarum, quæ in privatis domibus degunt vulgo Bizzoche, seu alio quovis nomine nuncupatarum, in primis & ante omnia in memoriam revocat ea, quæ Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum in eandem sententiam respondit, videlicet.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, sæplus respondit, minimè posse Sacerdotes Regulares Mulierum Tertii Ordinis, quas de Pœnitentia, vel Bizzoca vocant, confessiones sacramentales audire, nisi fuerint ab Ordinario approbati ad confessiones personarum sæcularium audiendas; quemadmodum nec posse illis Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum administrare in die Paschatis Resurrectionis Sanctiss. D.N. IESU CHRISTI; Verum quoad sepulturam, atque alia Privilegia, Fratres Tertiarios, Mantellatos, Corrigiatos, aliosque similes ita demum Ordinis, cujus Tertiæ Regulæ habitum assumpserunt, privi-

Privilegiis potiri, & ab Ordinarii jurisdictione exemptos esse, si viri collegialiter vivant, seu cum Claustralibus habitent, & Mulieres virginalem, seu cœlibem, aut castam vidualem expresso voto, & sub dicto habitu vitam traduxerint; quemadmodum cavetur Constitutione Concilii Lateranen. sub Leone X. quæ habetur sess. 11. in fin. Hoc autem voto mulierum, alia duo, scilicet, paupertatis, & obedientiæ nequaquam includi, quinimo hujusmodi mulieres, si vitam Virginalem aut cœlibem simpliciter, expresseque voverint, etiam in consanguineorum, & affinium suorum, aut propriis domibus, vel seorsum habitantes supradictis Privilegiis Ordinis, cujus Tertiæ Regulæ habitum deferunt, exemptioneque ab Ordinarii jurisdictone frui debere, utidem Leo postea declaravit Constitutione edita die prima Martii 15 18. An autem prædictæ qualitates in hujusmodi Tertiariis concurrant, Ordinarii loci judicium sit.

Præterea si contingat aliquas ex prædictis Tertiariis sine sepulturæ electione decedere, eas sic decedentes, ita demum in Ecclesiis Ordinis, cujus habitum assumpserunt, si in ipsis earum communis sepultura reperiatur, si minus, in Ecclesiis Parochialibus sepeliendas esse decernit.

Superioribus autem Regularibus sufficienti facultate ad id à Sede Apostolica suffultis (Cappuccinis exceptis) licere Mulieres ad hujusmodi habitum recipere, atque ad ipsos vestiendi eas officium pertinere, non autem ad habitum admittendas, & recipiendas esse nisi probatæ vitæ, ac bonis moribus præditas, atque in ætate saltem quadraginta annorum constitutas, quæ de proprio habeant, unde sufficienter vivere possint, & non cum aliis vitis, quam cum consanguineis, vel affinibus in primo tantum gradu sibi conjunctis cohabitent, & ab Ordinario loci licentia prius imperata, qui non aliter eam concedat, nisi prædictis prævio examine diligenti sibi constiterit.

Verùm, in hujusmodi habitu concedendo respective deferendo, omnino à velo supra caput, quod Superiectum vocant, à Pectorali, quod vulgò dicitur Sottogola, & à patientia abstinendum esse; quinimo eas, quæ supradicta tria, vel aliquod ipsorum defetre deprehensæ fuerint, illa dimittere, etiam per censuras Ecclesiasticas ab Ordinariis locorum compellendas esse decernit.

Supradictis verò Decretis Mulieres Tertii Ordinis, quæ collegialiter vivunt, non comprehendi, quinimo eas dispositioni constitutionis Pii Papæ V. editæ Romæ Anno 1656. quarto Kalendas Julii, quæ incipit (*Circa Pastoralis*) pœnitus subjacere expresse declarat. Non obstantibus quibuscunque in contrarium facientibus. Datum Romæ 20. Decembris anni M.DC.XVI.

Possent de singulis hisce ordinibus multa in medium adferri & curiosè inquiri, sed quia propriè non sunt hujus instituti, subsisto, relegans curiosum lectorem ad Paulum Marisium Alphonsum à Casarubios. Remundum Frangier. Navarr. & alios.

lios *tract. de origine omnium ordinum de privileg. Fratrum Minorum de Religiosis selectis de Regularibus*, &c. Et præter eos ad Joannem Trullum, *Priorem Aragoniæ in Tract. de ordine Canonicorum Regularium v. doctissimum tract. Choppini Monasticon.*

17 Ex præcedentibus quærendum primò. Quid importet concessa participatio aliorum privilegiorum, seu exemptionum (ut inquiunt) ad instar? respondeo quod sortiatur eundem & parem effectum cum aliis ad quæ adæquatur, *Abb. c. intet dilectos n. 9. de fide instr. Fel. cap. nonnulli num. 7. de Rescript. DD. l. 1 ff. de leg. 1. Parisius cons. 12. n. 5. volu. 4. Rom. cons. 383. num. 2. 3 latè Apost. ll. ad Abbatem cap. cum olim numer. 5. verb. ad instar. de consuetud. Navarr. de Jubileo not. 16. per tot. simul.* censuit Vlp. in Augusta. *l. princeps ff. de legib.* licet enim legibus soluta non sit, tamen Princeps eadem illi privilegia tribuit quæ & ipse habet, *Rom. d. cons. 383. num. 2.* qua de re f usius Alvarus, *in consultationibus Lusitaniæ: consultatione 12. tom. 1. ubi de privilegiis ad instar.*

18 Secundò, Quia si ordo non utatur privilegio seu exemptione an, is cui concessio seu participio facta est potietur? videtur in argumentum esse quod non, Quia sublato principali, cui privilegium principaliter concessum est, extinguitur etiam in aliis quibus accessoriè competebat: sicuti in simili dicitur, mortuo Domino extingui exemptionem, quæ famulo ex persona Domini competebat. *Bald. l. 2. circa fin. C. de Episc. & Cleri. Socin. cons. 84. accuratissime in novis. Siculus cons. 20. col. 4. lib. 2. Decius l. omnibus n. 10. ff. de Reg. Jur.* Pro solutione distinguendum, an concessio seu participatio privilegiorum data sit æque principaliter, & independenter: Tum enim per cessationem aut revocationem concessio participanti facta non revocatur, *Bald. l. omnia Privilegia C. de Epis. & Clericis Anton. de Corduba in addit. ad Alphons. de Casarubios in Compendio privileg. Fratrum Minorum verb. communicatio Roman. cons. 383. n. 2. & 3. v. Emanuelem Rodericum in Compendio verb. Communicatio privilegiorum p. 82. & Ludovicum Mirandum ordinis S. Francisci in Manuali Prælatorum Regularium to. 2. q. 46.*

Ratio est, quia regula correlativorum, uno destructo, corruit aliud, hoc casu vitiatur. Nam cum correlativa se habent per modum efficiendi, uno destructo aliud non destruitur. *Præses loco à correlativis Baptista à S. Blasio tract. de correlativis n. 35.* Pro exemplo: si privilegia studii Lovaniensis sint ex speciali privilegio concessa studio Duacensi, destructis privilegiis Lovaniensibus, durabunt privilegia Duacensia, Quia privilegia Duacensia sunt correlativa ad privilegia Lovaniensia per modum efficiendi, & non essendi. *Bald. d. l. omnia privilegia & Baptista à S. Blasio d. n. 35. Barth. Bald. Imol. l. si quis filio § fui ff. de injusto rupto. Navarrus de Jubileo & Indulgentiis not. 16. n 8. vers. 3. infertur.*

Si vero per participationem concedantur privilegia dependenter accessorie & minus principaliter, tum erit locus opinioni negativæ, *Barth. l. 1 ff. de leg. 1. Decius d. num. 10. Dominic. cons. 74. attento puncto col. fin. per tex. cap. si cui §. 1. & cap.*

dudum.

dudum in pr. de præbend. in c. 8 & in cap. sicut nobis de verb. signif. in 6. & ita debet Conciliari Guilielmus de Cugno, qui acute ejusmodi quæstionem investigat, *Authent. omnia privilegia num. 2. C. de Episcop. & cleric.*

Tertio quæritur, utrum participantes in privilegiis seu exemptionibus alteri concessis, possint illis uti contra eos quorum contemplatione participant? Hanc quæstionem format Corduba, & respondet cum distinctione, quod si habeant ea privilegia æque principaliter seu independenter ab aliis, tum facta sunt illis propria, possuntque uti privilegiis contra illos. Si vero accessoriè & dependenter, ùt sunt familiares & Donati Fratrum, & alii ejusmodi; non poterunt uti privilegiis Fratrum, contra ipsos Fratres quorum privilegia ipsis communicantur, licet enim effectus privilegii in alium derivetur ab illo cui conceditur, nihilominus tamen ipsum privilegium dicitur esse illius cui conceditur, & ex cujus persona in alium derivatur, *ita Francus cap. si ut nu. 1. de verb. signif. in 6.* 19

Unde, quod in favorem Fratrum principaliter concessum, scilicet ut Familiares utantur ipsorum privilegiis, non debeat contra ipsos Fratres seu eorum dispendium retorqueri, *cap. quod ob gratiam de reg. juris in 6.* Ita concludit Corduba, *in addit. ad Alphons. à Casarub. in d. tract. de privileg. Fratr. minor. verb. communicatio.*

Hinc infero, quod licet familiares exemptorum sint exempti, ut probabitur infra, tamen non possent uti ejusmodi privilegii retorquutione adversos eos, quorum respectu exempti sunt, *per rationes Cordub. & Decii ubi supra*, pendent enim privilegia familiarium accessoriè ex persona principalium dominorum, *Decius d. l. in omnibus num. 10. ff. de Reg. juris not. Card. Clem. frequens nu. 4. de excess. prælator.* 20

Quod confirmo, quia privilegiatus non utitur privilegio suo contra concedentem, eo invito, *l. amicissimos §. Lucius ubi Barth. ff. de excusat. tut. Rebuff. concil. 147. vers. ne sont rien les privileges. Bald. l. si cui. C. de non num pecu. Rebuff. de privil. Scholarium privileg. 178. l. si judex circumvento ff. de minoribus ubi dicitur quod privilegio quod à te habeo, non utor te invito. Petrus Levanderius tract. de doctorib. par. 1. quæst. 23.* 21

Quarto dubitatur, utrum ordines qui habent Generalem, sint exempti? Dubium movet, quod ordinum Generales jus dicant, visitent, corrigant totum ordinem, quod autem Generalibus concessum est, diœcesanis ademptum esse videtur, *arg. l. Dominicus C. ubi causæ fiscales l. si duo ff. de administrat. tut.* Unde placuit quibusdam, si Iudex deputetur causis certæ speciei, quod eæ ex jurisdictione judicis ordinarii detractæ & semotæ esse censebuntur, *Raphael Cumanus Castrens. & DD. l. Quod in rerum §. si quis post ff. de legat. 1.* Vulgatum est enim quod generi per speciem derogetur, unde voluit Baldus quod specialis visitator deroget generali, *in l. 1. ff. de offic. consul. Ang. l. testamenta omnia C. de test. Bald. Auth. habita col. 5. C. ne filius pro patre.* Idq; cum concessio generalis est in favorem certarum personarum, estque in eorum favorem, 22

quod per concessionem specialem derogetur generali. Item cum generalibus ordinum attributa est ejusmodi specialis jurisdictio ex postulatione impetrantium, secus vero si motu proprio Pontificis. *Ang. d. l. statamenta Bald. d. Auth. habita.* Nihilominus tamen negativam hujus quæstionis partem defendit una cum aliis Iason *l. quod in rerum §. si quis post num. 6. & seqq. ff. de legat. 1. Petrus de Anchar. cap. tibi qui de Resc. in 6. cap. per hoc de hæreuc. in 6.*

23 Ratio est ex communi conclusione, quod jurisdictio specialis censeretur concessa cumulative, non vero privativè. *Barth. l. 1. ff. de offic. præfect. urbis Rom. cons. 393. Aret. cons. 102. DD. cap. Pastoralis de offic. ord. n. cap. quia contingit de Religiosis domibus.* Nec enim est regulariter verum, quod per specialem jurisdictionem uni concessam etiam cum taxativa, *solus* derogetur universali jurisdictioni, *Ang. l. 1. C. ubi & apud quos per illum tex. ubi glo. verb. solvo.*

24 Confirmatur hæc opinio: nam ex privilegio quocumque Pontificis nunquam censetur ordinariæ potestati derogatum, nisi exemptio formalibus vel æquipollentibus verbis concedatur, *tex. cap. pastoralis de privileg. ubi DD.* De quibus à me suprascriptum est, *quæst. 9.* unde etiamsi ordinum Generales jus habeant visitandi, corrigendi, judicandi totum ordinem, non ideo tamen ordo à jurisdictione ordinarij exemptus esse censendus est, nisi ordini nominatim exemptio concessa sit.

25 Quæritur quintò, qualem jurisdictionem habeant Prælati, Abbates seu quivis superiores exempti in subjectos? Respondeo quasi Episcopales *glo. singul. Clemen. 1. verb. proprii ubi. DD. de Rebus Eccles. non alienand.* Ita quod ejusmodi superiores ea omnia exercere possunt in suos quæ Episcopi in subditos, *Navarrus cons. 23. tit. de privilegiis Hieron. à Sorbo Capucinus in annot. ad Alphons. à Casarubias in compend. privileg. fratrum minorum verb. prælati per d. Clem. 1. ubi glo.* & signanter jurisdictionem criminalem etiam irrequisito Episcopo. *Navarr. cons. 9. n. 2. de privileg.* Excipio tamen
26 ea quæ ordinis dicuntur Episcopalis, de quibus supra, *quæst sexta in fine & in cap. quod sicut de elect. & cap. transmissam eodem & cap. quamvis dist. 68. Abb. remissive in cap. si quis contra clericum num. 49. vers. Item omnia quæ sunt de foro competenti*, qua de re etiam infrà, *lib. 4. quæst. 20.*

27 Sextò quæri posset utrum exempto ordine Monachorum censeatur etiam exemptus idem ordo monialium. Respondi supra, *quæst. 4.* Quibus addo, quod sub nomine religiosi non comprehendantur moniales; *Sabarella Clement. 1. nu. 1. cum. add. de privileg. & excess. privilegiatorum.* Nec appellatione Fratrum S. Francisci (inquit Baldus) veniunt sorores S. Claræ *Bald. in l. quicunque col. 5. C. de servis fugit. Paulus de Leasaris Clement. 1. de elect. Alex. cons. 126. vol. 1. Abb. in add. ad c. de monialibus n. 1. verb. clericus de sentent. excommunicat.* Idque maximè in materia odiosa, qualis est exemptio. *Albertus Brunus in tract. statutorum verbo pater nu. 32. vers. in statuto glo. & Bald. l. quisquis C. ad l. Iuliam majestatis. Rebuff. de privileg. scholar. privileg. 177. num. 5.*

Ut

Et ita puto nobis conciliandum Abbatem, *in cap. ea quanum. 5. de statu Monach.* qui censet quod disposita in Monachis, censeantur etiam disposita in monialibus: videlicet si sit materia indifferens, non vero si versemur in privilegiis, in eis enim masculinum non concipit fœmininum, nec concessum filio extenditur ad filiam. *Decius l. in omnibus causis n. 7. cum addit. ff. de Reg. juris.*

28 Ex quibus infero primò, quod diœcesani seu ordinarii capientes seu incarcerantes regulares seu religiosos exemptos in casibus non expressis, sunt excommunicati. *Paulus Fuscus Episcop. Sarnens. tract. de visit. lib. 2. c. 20. n. 20. Paulus de Leasar. c. si clericis de sent. excomm. in 6. DD. Clement. frequens de Excessib. prælat. Hieron. à Sorbo Capucinus in add. Alphons. ubi supra Guido sing. 497.* Qua de re extat Bulla Clementis octavi lata anno 1595. 7. Kalend. Martii, anno ejus Pontificatus quinto, quæ formam præscribit qualiter Prælati suos regulares punire debeant, ac Episcopus ea in parte se habere, Hujus tenoris. 29

Suscepti muneris ratio postulat, ut ea quæ in sacro Concilio Trid. providè constituta sunt ab iis ad quos spectat inviolate observari curemus; maturo sano concilio ipsius Concilii decreto provisum est, ut quicunque regularis non subditus Episcopo intra Claustra degens, extra ea ita notorie deliquerit, ut populo scandalo sit Episcopo instante à suo superiore intra tempus ab Episcopo præfigendum severè puniatur, superior de punitione Episcopum certiorem faciat, sin minus ipse à suo item superiore officio privetur, & delinquens ab Episcopo puniri possit, verum quia experientia compertum est interdum in hujusmodi decreti executione nimis remissè procedi, cùm enim Episcopus instat aliquem regularem eo quo suprà dictum est modo delinquentem à superiore puniri, sæpe fit ut superior regularem delinquentem ad alia suorum ordinum loca extra Episcopi diœcesim ex industria impunitum transmittat, atque etiam ipse aliquando ad alias provincias se conferat, nec ulterius super delinquentis excessibus inquirat, & de ejus punitione Episcopum certiorem non reddat, inde nec regularis delinquens tunc ab Episcopo puniri potest, cum extra ipsius diœcesim existat, nec superior qui delinquentem corrigere negligit officio privatur, Nos pro pastorali nostra sollicitudine præfati decreti executioni quantum cum domino possumus favere & præmissis malis, ut par est opportuno aliquo remedio occurrere volentes, de venerabilium fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium prædicti Concilii interpretum sententia, motu proprio & ex certa scientia nostris ac de Apostolicæ sedis potestatis plenitudine hac nostra perpetuo valitura constitutione omnibus & singulis cujuscunque ordinis & instituti regularium etiam Mendicantium superioribus in virtute sanctæ obedientiæ & sub indignationis ac privationis dignitatum & officiorum per eos obtentorum eo ipso incurrendis pœnis, præcipimus & mandamus, ut juxta prædictum decretum quilibet ipsorum regularem, non subditum Episcopo, intra claustra degentem, & extra ea, ita notoriè delinquentem, ut

populo scandalo sit, Episcopo instante intra tempus ab Episcopo præfigen-
» dum severè puniat, ac de punitione Episcopum certiorem faciat, & alias decretum
» ipsum in omnibus & per omnia exequatur. Cæterum si superior in regularem de-
» linquentem non animadverterit, quinimo si illum impunitum ad alia suorum ordi-
» num loca extra Episcopi diœcesim ut præfertur transmiserit, volumus, & simili motu
» atque auctoritate decernimus, ut superior instante Episcopo intra terminum ab E-
» piscopo præfigendum & sub eisdem indignationis nostræ ac privationis dignitatum
» & officiorum obtentorum, necnon & sub inhabilitatis ad illa & alia imposterum ob-
» tinendum, ac ulterius privationis activæ & passivæ vocis ad quas à nemine præter-
» quam à nobis & à Romano Pontifice pro tempore existenti restitui possit ipso facto
» similiter incurrendis pœnis ipsum regularem delinquentem loco ad quem transmis-
» sus fuit revocare & in quo deliquit constituere seu sistere teneatur. Quod si hoc e-
» tiam facere prætermiserit, per præsentes similiter statuimus, ut ordinarius loci ad quem
» regularis delinquens transmissus fuerit super præmissis ab ordinario loci in quo deli-
» quit similiter requisitus, vel aliàs de illius delicto informatus ut præfertur tanquam
» sedis Apostolicæ delegatus prædictum Concilii decretum omninò exequi & in re-
» gularem delinquentem severè animadvertere possit & debeat. Decernentes sic &
» non aliter per quoscunque judices & commissarios quavis auctoritate fungentes et-
» iam Romanæ Ecclesiæ Cardinales & causarum Palatii Apostolici auditores sublata
» eis & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate,
» ubique judicari & diffiniti debere. Irritum quoque & inane quicquid solus super his
» à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, non ob-
» stantibus, &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis Dominicæ milleſi-
» mo quingentesimo nonagesimo quinto, septimo Kal. Martii Pontif. nostri anno
» quinto.

30 Colligo 2. Quod causa exemptionis ordinum monasteriorumve fuit oppressio ordinariorum, prout notatur in cap. nimis iniqua & cap. nimis prava de excessibus prælat. ubi recensentur viginti septem gravamina quæ prælati monasteriis inferebant. Item Clem. unica eodem tit. ubi recensentur triginta similia. unde Pontif. exemptiones concessit ut quietius, liberati jugo & servitute ordinarii, vivant, & contemplationi servitioque Dei vacent. *Bald. cons. 347. super 1. primo vol. 4. DD. c. recolentes de statu Monach. Nicolaus Boer. de statu Eremit. n. 6. Mandos. in sig. gratia tit. Exemp. col. 2. & 3. dixi sup. l. 1. c. 1. n. 15.*

31 Colligo 3. quod præmissis ex causis si nova aliqua religio novusve aliquis ordo crearetur, facilè ejusmodi exemptionem impetraret. *Mandos. d. tit. vers. Antiquæ igitur.*

32 Colligo 4. quod hi nedum incarcerari ab ordinariis, ut dictum est supra, illatione prima, sed ne quidem etiam puniri ab Archiepiscopis aut Patriarchis possint, *c. fateris, qui. 1. c. sicut nobis §. fin. à contrario sensu de suppleud. neglig. prælat. Hostiens. in sum*

in summa de privileg. col. antepenult. vers. in contrarium probo exempti enim. Mandosius 33
d. tit. vers. præfati. Ratio est quia immediatè subjiciuntur sanctæ Sedi *cap. auctoritate de privileg. in 6. glo. pragmat. de causis §. si vero vers. subjecto.*

Colligo 5. quod cum omnes pene ordines religionum fiat à jurisdictione ordi- 34
naria exempti ut diximus supra & probat *Greg. Sayrus Thesauro Theolog. Moral. lib. 4 cap. 2. n. 12.* Suspensiones censuraſve ordinariorum in eos latas irritas esse & inanes, *Sayrus d. cap. 2. n. 11.* ut dicemus latè parte 2. quæst. 45. & 50.

QVÆSTIO XVIII.

Prothonotarii Apostolici, an sint exempti?

SUMMARIUM.

1. *Prothonotarii sunt primi notarii.*
2. *Sunt in dignitate constituti.*
3. *Leo pont. eos exemit.*
4. *Fabricenses gerere debent se pro more fabricensium.*
5. *Item clerici juxta ordinem clericalem.*
6. *Apparitores gerere debent signum apparaturæ.*
7. *Prothonotarius dimissus impunitus.*
8. *Concilium Trident. derogat exemptionibus.*
9. *Exemptiones odiosæ.*
10. *Concilium Trident. an ubivis terrarum observetur.*

DE Prothonotariis multi multa scripserunt. *Mandosius de signatura gratiæ tit. Prothonotarii ubi fusè per tot. Gomesius in præmio super regulis Cancellariæ, q. 1. Ant. de Pratis tract. de jurisd. Epis. c. 8. n. 16. Io. de Platea l. fin. C. de decurionibus l. 10. & lib. 2. C. de primceriis lib. 12. ex quibus satis sit hæc pauca ad materiam desumere.*

Protonotarios esse primos & velut notariorum principes omnes censuerunt, *Go-* 1
mesius Mand. Platea ubi etiam Alciatus locis in citatis. Et eos in dignitate esse testatur Antonius de Pratis *d. c. 8. n. 20. per Barth. l. 1. C. de mand. princip. in l. eadem §. hac lege ff. ad l. Iul. repet. lib. 1. & 2. C. de Primceriis lib. 12.* 2.

Quos etiam à jurisdictione ordinaria Leonem Pontificem eximisse fusè præter cæ- 3
teros refert idem Anton. de Pratis *d. tract. de Iurisdict. Episcopi c. 4. & c. 8. n. 17. Mandosius ubi supra.* Ita tamen si Rochetum habitumve Protonotariorum actu deferant. *Anton. d. cap. 4. & 8. Item Mandosius*, quod à jure alienum esse non videtur.

Qui enim Fabricensium privilegio & jure gaudere vult, Fabricensium morem ri- 4
tumq; observet necesse est, *l. stigmata l. si quis consortium ubi glo. C. de Fabricensibus. lib. 11. Ioan. Faber in Repertorio super materia quæstionum sive tortura col. pen. & ult. in pr.*

Prout quoque clericali privilegio non gaudet, qui clericali habitu non vestitur, *c.* 5
unico de vita & honestate cleric. c. perpendimus de sentent. excommunic. c. ex parte de privileg. Marsilius sing. 383. Faber loco jam citato. Concil. Trid. sess. 23. c. 6. de Reform.

Ac

Ac apparitoris fidem omnem amittit, qui muneris istius notam seu signum non gestat. *d.l. stigmata, vide Amanellum de claris aquis sing.* 137. Ut concludit Antonius
7 de Pratis *d. tract. de jurisdict. Episcopi c.* 8. *num.* 8. *per tot.* refert se dimisisse Prothonotarium quendam impunitum qui exemptionis hujus prætextu ejus jurisdictionem declinabat. Certè vigente Concilio Tridentino *sessione* 24. *cap.* 11. *de Reform.* (quod
8 postmodum Thomas Zerola in praxi Episcopali explicavit) Protonotarii non participantes diœcesanis subjiciuntur, non modo ratione beneficiorum quæ in diœcesi obtinent, sed etiam intuitu suarum personarum, idque tanquam sedis Apostolicæ delegatis, *Thomas Zerola in praxi Episcopali par.* 1. §. 1. *verb. Exemptio. Mandosius loco allegato col.* 4. Censuit enim hoc loci Concilium Trident. exemptiones excitare perturbationes in jurisdictione Episcoporum, ac præbere exemptis occasionem laxioris
9 vitæ, *d. c.* 11. ac proinde esse restringendas, quod nos alibi etiam satis attigimus. *Supra quæst.* 4. *per tot.*

10 An autem huic dispositioni objici possit exceptio legis seu Concilii non recepti, pendet ex quæstione quam infrà discussimus. *eod. lib. quæst.* 50. *& signanter num.* 6. *& seqq. & lib.* 4. *quæstio.* 66.

QVÆSTIO XIX.

An oblati Religionibus sint exempti?

SUMMARIUM.

1. *Oblati, conversi Monachi, differunt.*
2. 3. *Plene oblati sunt exempti.*
4. *Cingendus habetur pro cincto.*
5. *Peregrinantes Romam causa indulgentiarum eas consequentium si in itinere decedant.*
6. *Conversi sunt exempti.*
7. 8. *Item Novitii.*
9. 10. *Novitio moriente an proximiores succedant excluso monasterio?*
11. *Novitii dicuntur destinati ad religionem.*
12. *Nomine religiosi comprehenditur novitius.*

1 NOtanda est differentia inter oblatos, conversos & Monachos. Illi enim sunt qui dedicant se & sua monasterio, habitu non mutato: hi qui similiter se & sua, sed mutando habitum, manent nihilominus sæculares, quia ad ordines non promoventur. Postremi vero qui se & sua dicant mutantque habitum ac ad ordines promoventur. *Abbas cap. non est nu.* 2. *de Regularib. cap. cum dilectus de succes. ab intest. Aurea Armilla verb. Monachus n.* 1. *Castrens. l. si quis nu.* 3. *sub finem C. ubi de Curiali vel cohort. Lapus allegat.* 129. *Francus cap. per exemptionem, n.* 2. *cum addit. de privileg. in* 6.

Itaque

Itaque dico plenè Oblatos Religioni exemptæ, privilegio exemptionis gaudere. *Franc.d'cap.per exemptionem n.2. Abb.cap.ut privilegia nu.3.de privileg.cap. cum & n.4 cum addit. cap.tnarum n.4.expresse Innocent.c.Recepimus n.3. de privilegiis.* Dixi *plene oblatos*, nam oblati religionibus non gaudent privilegiis religionum antequam se suaque omnia qualia quanta religioni transtulerint atque devoverint. *Abb. cap.tuarum num.4.cap.cum & plantare num. 4.cum addit.cap.ut privilegia nu.3.cum additionibus de privilegiis.* Sed tamdiu locorum ordinariis imò statutis laicorum subjecti sunt, *cap.quidam ubi Abb.gloss. & DD.de privileg. & juribus jam citatis.* Imò, ut plerique censent, non etiam gaudent immunitate personali capituli si quis suadente 17. quæst.4.Abb.d.*cap.ut.privilegia num.3.cum addit. Albertus Trotus tract. de perfecto clerico cap.8.lib.1.* Ratio est, quia insimili non dicitur quis esse de numero militum, aut etiam scholarium, priusquam sit inter eos numeratus, *l.ex eo tempore ff.de militar.testam. l.milesff ex quibus causis majores Rebuff de privileg.scholar. privileg.141.* Quod tamen temperandum puto in casu quo per Oblatum non steterit quominus se suaque religioni devoveat, *d.cap.quidam §. verum quamdiu huiusmodi fratres moram in domibus suis fecerint.* Idque argumentando à sensu contrario legis vel canonis, quod argumenti genus est in jure validum, *præses in locis legalibus loco à contrario sensu.* 2

Confirmo, quia tum cingendus habetur pro cincto, *l.penult.ff.de testi.militar.* & quæ proximè instant inesse videntur *l.lecta vers.dicebam ff. Si certum petat.* pariaque sunt aliquid factum vel proximè fieri destinatum, *l.vestimentum ff.de auro & argento lute Felin.cap cum ab eo col.3.de Rescr.latissimè Tiraquell. de ll. connubialib.* 4

Hac ratione Pontifex peregrinis Romam causa indulgentiarum euntibus, si præmoriantur, plenarias concessit ac si iter complevissent. *Albericus in Dictionario verbo jubilæus & in le.qui mittitur ff.ex quibus causis majores.* Hinc pro liberto, absoluto, cancellato, bannito, condemnato, facto, perdito completo habetur quod tale decernendum est, *Tiraq de ll.connub.l.16.glo.2.verb. En pouvoir de son marit.numer.2. & seqq.* 5

De Conversis minus dubii, sunt enim conversi religionum exemptarum exempti, gaudentque in omnibus privilegiis ordinis, *Apostilla ad Hostiens.in summade converss.conjugatorum num.9.in verb.manifeste.* 6

Dubium hoc loco se offert, quid dicendum de novitiis religionum exemptarum? Idque quia communiter asseritur quod non habitus sed sola professio faciat Monachum, *cap.porrectum. cap.ex parte de Regularibus cap.consuluit. Qui clerici vel voventes.* Dicendum tamen eos esse Exemptos. Ratio est, Quia novitii quamdiu non apparent signa & conjecturæ, quod deserto proposito ad seculum redire velint, dicuntur personæ annexæ & efficaciter obligate religioni. *Philipp.Francus in sua disputatione petitorii, dubio 3.num.13. per cap.super eo cap.statuimus de regular.cap* 7 8

non solum eod. in 6. cap. Beneficium eod. in 6. Atqui certum est mutationem voluntatis non præsumi. *Alciat. de præsumpt. Reg. 2. per tot. signanter præsumpt. 16.* Maximè stante pro hac parte valida præsumptione, quod religionem ingredientes eo animo præsumantur ut in ea perseverent. *Philipp. Franc. ubi supra numer. 14 & seqq.* Sunt enim animi destinatione verè religiosi, *vide Selua. tract. de beneficio part. 3. quæst. 5. numer. 11. & per tot.* Quibus argumentis aliisque variis idem Francus & Selva censent novitio decedente, non proximiores, sed ipsum Monasterium ab intestato non secus quam si
9 professus esset hæreditario jure debere succedere : quod tamen exaudiendum est juxta distinctionem Ang. & Fumi, *verbo novitius. Felin. in Repert. verb. novitius.* Confirmatur, quia sicut Novitii non professi, gaudent privilegio Clericorum atque Religiosorum *cap. Religioso § quamvis de sent. Excommunicat. in 6. Albertus Trotius tract. de perfecto Clerico lib. 1. cap. 9. num. 2. Navarrus in Manuali cap. 2. num. 65. post. med. fol. 216.* Ita ab identitate rationis privilegio exemptionis, *per notata præsidis, loco ab identit. rationis.* Siquidem finis atque omnis ratio concessarum exemptionum est partim favor sanctæ Sedis, cujus interest habere multos immediatè subditos. *Clement. Pastoralis de Re iudic. Rebuffus Respons. 142.* partim ut exempti liberi à jugo ordinariorum quietius divino officio & contemplationi vacent, *cap. luminoso c. quam sit 18. quæst. 2. Rebuff. d. Responso 142.* quæ rationes etiam militant in Novitius.

10 Confirmatur secundò. Quia Novitii dicuntur destinati ad Religionem, qui proinde gaudere debent privilegiis Religionis, non secus quam dicitur de destinato ad Clerum, qui licet Clericus non sit, tamen privilegio Clericali potitur, adeo ut ei beneficia conferri possint. *Fel. cap. Cùm adeo num. 2. de Rescript. Selva de Beneficio part. 3. quæst. 5. fol. 57. vol. Tract. 15. Staphileus de Literis gratiæ § nova forma n. 35. & 36. vol. Tract. 14. fol. 16.*

Licèt videatur contradicere Menochius, dicens quod antè professionem quis ani-
11 mo dicatur ingressus Religionem quæ non facta, bona, (inquit) Monasterio non acquiruntur. *Menochius de præsumpt. libr. 4. præsumpt. 83. numer. 73. & 74. fol. 808.*

Confirmatur tertiò, quia nomine Religiosi comprehenditur etiam Novi-
12 tius, *cap. Nullus, de Elect. in sexto, tex. & gloss. Clement. 1. ubi Cardin. num. 2. & 5. eodem tit.* De qua materia longe lateque Bertachinus, qui, si fit opus, videri poterit *Tractat. de Gabellis seu vectigalibus parte septima, quæst. 32. numero 55. & seqq.*

QUÆ.

QUÆSTIO XX.

Apostata Religionis, Exemptionis an retineat privilegium?

SUMMARIVM.

1. *Apostasia, crimen enorme.*
2. *Privilegium perditur delicto.*
3. *Estque id conforme Concil. Trid.*
4. *Quid de expulsis ab Ordinibus.*
5. *Quis super Apostasia dispenset.*

APostasiam esse crimen admodum enorme, nemo unquam sanæ mentis dubitavit. *Tot tit. Decret. de Apostatis Ang. Fumus. Silvester & Casuistæ verb. Apostasia*, unde fit, ut putemus Apostatam Privilegio exemptionis non gaudere, *Papon. lib. 1. tit. 6. Aresto. 6. Gall. de Arestis Imperii c. 11. n. 10. Lucius placit. Curiæ lib. 2. tit. 2. ar. 21 fol. 28.* Siquidem certi juris est, quod ratione criminis privilegium amittatur. *c. Privilegium 11. q. 3. ubi. gl. Auth. qua in Provincia C. ubi de criminib. agi oporteat, late Abb. c. fin. n. 11. cum add. de foro compet. & Iason l. fin. vers. secundò principaliter ff. de constit. Principum.* 1 2

Hinc miles licèt habeat privilegio specialem judicem, tamen ratione criminis atrocis illud amittit. *Auth. ut judices sine quoquo suffrag. §. noluimus l. 1. C. ubi Senatores vel clariss.* Item hæretici amittunt privilegium Clericale, *Castr. l. omnes §. Præterea n. 2. C. de Episc. Cler.* Quod ipsum est conforme Concilio Trid. his verbis. 3 Quod fiantea habitum sponte dimiserit, nullatenus ad allegandum quamcunque causam admittatur, sed ad monasterium redire cogatur, & tanquam Apostata puniatur, interim verò nullo privilegio suæ Religionis fruetur. *Sessione 25. c. 19. de Reformat. arg. l. 3. C. de Apostat. Navarr. de Regul. Comment. 4. n. 73. & 77.* Licèt non negemus eum Privilegium cap. Si quis suadente 17. qu. 4. retinere. *Navarr. de Orat. Miscel. 3. n. 58. tom. 2.*

Similiter censendum in expulsis ab ordinibus, habent enim plerique ut incorrigibiles ablegare seu eiicere possint. *Alphons. à Casarubios tract. de privil. Fratrum Minorum verbo eiicere ab ordine & doctissime sanctus Bonaventura in quæstionibus super Regulis Fratrum Minorum quæst. 14. latè Navarr. Cons. 76. 78. & seqq. de Regular.* Cujusmodi ejecti exemptionibus etiam gaudere non possunt. *Argumentis ab Apostatis ad ejectos.* Statim enim ac solemniter ejecti sunt, velut postliminio revertuntur in potestatem sui Episcopi. *v. Navarr. cons. 79. de Regularib. Alphons ubi sup.* quod an indistinctè verum sit, vide apud Navar. *de Regul. Comment. 2. n. 34. vers. Quæstio tamen* qui latè inquirit, an subiiciantur Episcopo originis, domicilii, beneficii, num verò ei, in cujus Diœcesi Monasterium situm est. Item quid juris in Principe,

an subditi ratione illius Apostasiæ vel excommunicationis liberentur ab illius Imperio, vide textum & DD. c. Julianus 11. q. 3. Anton. de Rosell. de potest. Papa. Rubr. nunc tertiam n. 37.

6 In dispensatione super apostasia, video Borgasium ita distinxisse. Aut Prælatus Apostatæ habet jurisdictionem quasi Episcopalem, tum is dispensabit. Aut non habet, tum Papæ erit dispensare. *Ita Paulus Borgasius Feltrensis Episcopus tract. de irregularitate & dispensatione parte 6. tit. de Apostatis fol. 262. Friburgus tract de Apostatis quæst. 3. qua de re paulo uberius vide me lib. 4. cap. 20.*

QUÆSTIO XXI.

Ordinati à Papa an sint Exempi?

SUMMARIUM.

1. *Ordinati à Pontifice habent nonnulla Privilegia.*
2. *Qui non potest ordinare, non potest etiam judicare.*
3. *Ordinati à Pontifice non ideo sunt exempti.*

1 ORdinati à Pontifice id Privilegii habent ut convinci nonnisi testius pluribus possint. Item quod cogi ab Episcopo ad alios ordines nequeant, similiter quod major ac specialis sit eis honor deferendus, *ca. præsul 2. qu. 4. & cap. nullam cap. per tuas de majorit. & obed. ubi Abb. & in ca. Cum in distr. buendis de temporib. ordinandorum.* Quod occasionem nonnullis præbuit inquirendi utrum eisdem privilegiis sint exempti. Siquidem quia Episcopi eos ordinare non possunt, dubitabatur similiter an
2 eos judicare possent, ex quo Regulariter qui nos potest ordinare, neque etiam judicare
3 potest *cap. nullus primas 6. quæst. 2.* Nihilominus tamen placuit ejusmodi non esse exemptos, sed jurisdictioni ordinariæ subjectos, *d. ca. per tuas & d. c. cum in distribuendis ubi Abb. & DD.* Quod autem adfertur regulariter in argumentum, id specialiter hic fallit propter excellentiam superioris, qui manum imposuit, vel qui non potest ordinare. non potest judicare illo respectu, quo non potest ordinare, sic nec Episcopus potest ordinare, & judicare respectu ordinis. *Abb. & DD. ubi supra.*

QUÆSTIO XXI.

Beneficiati per Prælatos exemptos an sint Exempti?

SUMMARIUM.

1. *Privilegia sunt facti.*
2. *Considerandus Privilegiorum tenor.*

QUæstio hæc pendet ab inspectione Privilegiorum ac eorum dijudicatione. *DD. ca. qua de statu Monachor. Petrus Brixiensis in repertorio verb. Exemptio. vers.*

vers. an prælati. Quare cum privilegia sint facti *Decius cap. porrò nu. 3. ubi Abb. & glo. de privil. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 14. n. 15. cum in jure de officio delegati.* 1
Sequendus erit eorum tenor ad amussim *d. c. porro & c. sane de privileg.* 2

QUÆSTIO XXIII.

Exemptis Canonicis an Capitulum sit exemptum? & contra Exempto Capitulo an singuli Canonici?

SUMMARIUM.

1. *Aliud est Capitulum, aliud singuli Canonici, aliud Collegium, aliud singuli de Collegio.*
2. *Debitum Capituli non potest exigi à singulis Capituli etiam pro rata: sustenso Capitulo, non censentur singuli sustensi.*
3. *Generalis dispositio de personis non est extendenda ad Capitulum.*
4. *Exemptis singulis Canonicis, Capitulum non est exemptum.*
5. *Capitulum est persona incorporalis.*
6. *Privilegia derogantia personis non extenduntur ad Collegia.*
7. *Procurator constitutus contra omnem personam: non poterit agere contra Capitulum.*
8. *Fallit favore eorum.*
9. *Appellare oportet ab actu gesto ab Episcopo uti Canonico & Capitulo ad ipsum Episcopum & non ad Archiepiscopum.*

PRæmitto aliud esse singulos Canonicos, aliud Capitulum *Abb. cap. cum non liceat num. 2. vers. Quia aliud de præscript.* aliud Collegium, aliud singulos de Collegio. *latè Felin. cap. eam te de Rescript. Navarr. cons. 8. Tit. de Rebus Eccles. non alien. cons. 10. n. 6. Tit. de sentent. excomm. & cons. 9. ibidem item cons. 23. nu. 5. tit. de pœnitent.* 1
Unde debitum à Capitulo non potest exigi à singulis Capituli etiam pro rata: quia singuli nihil debent; nec è contra, debitum singulorum exigi potest ab ipso Collegio sive Capitulo, & suspenso excommunicato interdicto capitulo, non censentur singuli suspensi, excommunicati, interdicti, & è contra. *Navarr. locis jam citatis.* 2
Generaliter enim dispositio loquens in personis, non est extendenda ad Capitulum, aut è contra. *Gomesius Regula de Annali possessione qu. 12. Rom. cons. 436. ubi latè Sairus in Thes. Theolog. moral. part. 1. lib. 5. cap. 5. n. 30. & latè Navarr. de Iubilæo not. 28. n. 13. ubi varie id explicat.* Ex quibus concludo, quod exemptis singulis Canonicis, non sit Capitulum exemptum, nec contra, exempto Capitulo singuli Canonici. 3
Ita in Canonicis Florentinis & Canonicis S. Petri urbis Romæ censet Ant. de Pratis de Consilio, tract. de jurisdict. Episcopi cap. 2. & 4. per tot. Decius Cons. 152. 4
Ratio est, quia Capitulum est persona repræsentata incorporalis seu intellectualis & ficta *l. mortuo ff. de fideiussorib. cap. Romana § in universitate de sentent. excommunic.* 5

ubi DD. sentent. excommunicat in 6. Castrens. l. sicut §. sed. quod n. 5. ff. quod cujusque universitatis. Singuli vero sunt personæ veræ & reales, non autem fictæ, *DD. ubi supra.*

» Dispositio autem in casu verâ non est trahenda ad casum fictum *l. 3. §. hæc verba ff.*
» *de negot. gest. cap. grave de præbendis.* Quibus convenit quod adfert Milis his verbis,
» privilegiorum tres sunt species, &c. Quædam corporalia sunt singulariter & com-
» muniter, quæ dantur alicui universitati sive corpori, potest illo uti & se tueri, &c.
» Quædam sunt corporalia communiter tamen & non singulariter, sicut privilegium
» domini ne à liberto sine venia conveniatur à liberto, non potest uti dicto privilegio.
Ita Milis in repert. verb. privilegiorum tres sunt species. Hostiens. in summa de privilegiis quot sunt species. Io. Andr. Regula privilegium in Mercurialibus. Hinc privilegia collegiorum aut universitatum suspensis non censentur suspendi privilegia singulorum, *Navarr. d. notat. 58. n. 13.*

Infero primò, quod privilegia derogantia quibuscunque personis, non derogant privilegiis collegiorum seu capitulorum. *Rom. cons. 436. ubi late.*

7 Infero secundò, quod procurator constitutus ad agendum contra omnem personam, non poterit agere contra collegium, universitatem, capitulum, seu personas fictas. *Bald. in rubr. C. ad trebell. Auth. Item quicunque de Episcopis. Fel. d. cap. eam te.*

8 Hoc tamen verum in procuratore actoris, secus si procurator rei constitueretur ad defendendum contra omnes personas, quia propter favorem rei extenderetur etiam contra ejusmodi collegia seu personas fictas. *Gomesius in regula de Idiomate quæst. 2. num. 5. Alex. in Apost. ad Barthol. d. l. mortuo ff. de fidejussor. Benamera decis. 108. fol. 2.*

9 Infero tertiò, quod si volo appellare ab actu gesto per Episcopum ut canonicum & capitulum, debeo appellare ad Episcopum & non Archiepiscopum *l. 1. §. solent in fine ff. quando apell. sit ubi Ang. Præses in locis legalibus loco. A tanquam vers. sexto facit.* Secus tamen si uti prælatus interfuisset capitulo. *Abb. cap. postulastis nu. 11. de concess. præbendis.*

QUÆSTIO XXIV.

Quid de Canonicis vulgo ad effectum seu honorariis?

SUMMARIUM.

1. 2. *Canonici ad effectum qui, & quis eos creet.*
3. *Non sunt exempti.*
4. *Privilegia non sunt extendenda ad casus.*

Cano-

CAnonici ad effectum nominantur, qui in Ecclesia v.g. exempta obtinent canonicatum ad effectum obtinendi in ea dignitatem, quem latinius appellabimus honoratium, quod tum fit, quando statutis Ecclesiarum dispositum est, ne quisquam obtineat dignitates, nisi ibidem sit Canonicus. *Rebuff. in praxi benefic. part. 3. in concordatis tit. de Reservat. vers. septimo quamvis.* Cujusmodi canonicos creare potest in Francia legatus, idque regni gratia, ut testatur Rebuff. ne pecuniæ Romanæ transferantur, non tamen frangunt justum numerum canonicorum, sunt enim ejusmodi supernumerarii & vulgo in herbis. *Rebuff. ubi supra Anton. Mills in repert. verb. canonicus, verb. canonici ultra numerarii.* His præmissis sit conclusio hujusmodi, canonicos non esse exemptos, etiamsi cæteri essent. *Bellamera cons. 20. primo videre. col. 2. vers. de canonicis Rebuff. ubi supra.* 1 2 3

Sunt enim ejusmodi canonici imaginarii, dispositiones autem & privilegia non sunt extendēda à casibus veris, ad casus fictos, *cap. grave de prabendis l. 3. §. hæc verba. ff. de negot. gest. Rebuffus loco citato*, scitumq; st, quod supernumerarius non gaudeat privilegio collegii. *Corsetus singul. verb. Supernumerarius ubi fusius id probat.* Quod tamen indefinite non est admittendum, patitur enim hæc conclusio varias distinctiones, quemadmodum colligi potest ex Petro de Biaxio *in directorio electionum part. 1. quæst. 7. per tot. vol. tra. 4. fol. 64.* ad quem recurri poterit. 4

QVÆSTIO XXV.

Exemptus habens jus à privato cessum, an utatur privilegio exemptionis, vel jure privati sui cedentis?

SUMMARIUM.

1. *Actio sit propria cessionarii.*
2. *Procurator in rem exceptiones objicit ex proprio capite.*
3. *Dispositione Conc. Trid. cessionarius privati non est exemptus.*
4. *Fiscus succedens utitur jure privati.*
5. *Idem in pupillo succedente majori.*
6. *Quid si exemptus cedat jus privato, an privatus gaudebit exemptione cedentis.*
7. *Mutatione personæ mutatur privilegium.*

QUod exemptus habens jus sibi à privato seu subdito cessum, privilegio proprii sui fori gaudeat, videtur de jure variis auctoritatibus asserendum. Imprimis quidem, quia jus cessum non est amplius cedentis, sed proprium cessionarii, ex cujus capite & jure ideo metiendum est. *l. qui stipendia ff. de procurat.* 1

Secundo, cessionarius velut procurator in rem suam potest beneficia, privilegia aut exemptiones ex sua persona competentes allegare. *l. procurator ad exhibendum §. 1. ubi* 2

ubi glo. Apost. marg. Bartholus ff. rem ratam haberi l. idemq; §. generaliter ff. mandati, fuse Barth. in disput. 2. dixi infra lib. 2. cap. 37. n. 7. Paucis hujus sententiæ est Iacobus de
3. Arena, *tract. de cessione juris Rubr. Quis cedere possit num* 45. *&* 49. Cujus rationes compendii gratia nolo hic adducere, quandoquidem dispositione Concilii Tridentini contrarium plane diffinitum reperimus. *Sess.* 14. *cap.* 5. *de reform. in verb. aut quo minus si quæ jura ei ex cessione competierint super illis libere valeat apud judicem ordinarium conveniri*, quod sane non videtur à jure prorsus alienum. Siquidem videmus
4 fiscum succedentem in jus privati, non uti suo privilegio, sed jure privati. *l. cum quidam §. fiscus ff. de usuris.*

5 Idem in pupillo succedente in locum majoris ex quo conditio obligationis ex persona successoris immutari non debeat. *l. si incerta C. de non numerata pec. l. si prætextu C. de hæreditar. act. l.* 2. *§. ex his ff. de verb. oblig. l. prætorem ff. de prætor. stipul. l. quæ à parte C. de rest. milit.* ne plus veniat in actione substituta, quàm fuerit in ea in quam alia fuit substituta, & ne' successor sit melioris conditionis quàm auctor. Item ne exemptio extendatur retorqueaturque in gravamen alterius *l. si stipulatus ff. de usuris l. eum qui §. qui injurarum ff. si quis cautionib. l. si donatæ §. si sponsus ff. de donat inter virum & uxorem l.* 2. *§. si quis à principe ff. ne quid in loco publico vide Papon. aux arrestz. lib.* 12. *tit.* 2. *de vice de litige arrest.* 3. Denique ita fuisse hac in materia judicatum refert Rebuffus *ad ord. regias tom.* 2. *Tit. de cessionib. art.* 2. *glo.* 3. *n.* 18. *fol.* 467.

6 Quid autem è contra si exemptus cedat jus suum privato, an privatus exemptione cedentis gaudebit? Neutiquam sunt enim exemptiones restringendæ, nec de persona in personam transferendæ. *l. in omnibus l. privilegio ff. de Reg. Iuris. l. forma §. quanquam ff. de Censib. ca. privilegium de Reg. Iur. in* 6. *l.* 1. *§. personas l. semper §. immunitas ff. de Iure immunitatis l.* 1. *§. permittitur ff. de aqua quot. & æstiva.*

7 Deinde mutatione personæ mutari dicitur privilegium *Barth. l. Paulus num.* 3. *ff. de acq. hæred. laud. Albertus Brunus tract. de mutatione & transform. memb.* 3. *conclus.* 10. *n.* 93. Quæ tamen temperanda sunt in exemptione personali, si enim exemptio foret realis, tum in quem transfertur res exempta, concomitanter etiam transiret exemptio *l. hæres C. ad Velleianum. & DD. jam citati Iacob. de Arena loco citato n.* 51. *& seqq.* De utraque hac quæstione fuse etiam & doctè Imbertus. *Instit. forens. l.* 1. *cap.* 27. *gloss. verb. causa.*

QUÆSTIO XXVI.

Continentia seu communio causæ privati cum exempto, an generet exemptionem, seu an continentia causæ fundetur Iurisdictio?

SUMMARIUM.

1. *Ratione adjuncti fruimur privilegio alterius.*

2. Cle-

2. *Clericus & laicus conveniendi coram Ecclesiastico.*
3. *A sententia appellandum ad ecclesiasticum.*
4. *Ratione adjuncti gaudemus præscriptione Ecclesiæ.*
5. *Socius ratione socii consequitur vocationem.*
6. *Privilegium transfertur ad personas accessorias.*
7. *Exemptio oritur ex continentia causæ.*
8. *Majus dignum trahit ad se minus.*
9. *Actio communis cum scholare agitari debet coram judice scholaris.*
10. *Universales actiones agitari debent coram judice privilegiati.*
11. *Idque nisi materia sit divisibilis.*
12. *In dividuis socius non gaudet privilegio socii.*
13. *Statuto, consuetudine, aut aliter abrogari possunt jura de continentia causarum.*
14. *Universitas in qua quidam sunt exempti, ubi debeat conveniri.*
15. *Finita coram ordinario causa præparante v.g. possessorio ad exhibendum, aut alia similia, an causa præparata, v.g. petitoria, rei vendicatio, aut connexa coram eodem intentari debeat.*

REgulariter ratione adjuncti fruitur quis privilegio quo alioquin ex suo solius capite non gauderet. *l. si communem ff. Quemadmodum servitus amittatur. Capicius decis. 122. Menoch. de recup. possess. Remed 16. n. 131. Gail. lib. 1. obser. 32. & lib. 1. de pace public. c. 6. n. 17. late Hippolit. sing. 180. Affl. Et. dec. 112. Covarruvias pract. quæst. c. 34. Sampsonius ad consuet. Turon. tit. 32. art. ult. glo. 4. vers. Est insuper. Menoch. de Recup. poss. Rem. 1. nu. 376.* 1

Hinc clericus & laicus rei debendi non modo civiliter sed etiam criminaliter conveniendi sunt coram judice Ecclesiastico, *Barth. l. præcipimus §. eadem observanda C. de appellat. l. jurisperitis §. cum orturos ff. de excusat. tut. late Anfrerius de potestate Ecclesiastica super laicis num. 49. Rebuffus de privileg. scholar. privilegio 106 num. 3 & 4.* 2

A sententia vel laudo judicis clerici & laici appellatur aut reductio petitur ad superiorem Ecclesiasticum, *Imbertus instit. Forens. lib. 2. c. 6. glo. fin. in fine. Nevisanus in Silva nupt. lib. 6. nu. 38. allegat. Abbatem cap super quæstionum §. si vero de offic. legati. Ias. l. imperium ff. de jurisd. om. judic. Anfrer. de potest Eccles. super laicis nu. 47. Bald. & Barth. l. præcipimus c. de appellat.* 3

Privatus rem communem cum Ecclesia possidens gaudet præscriptione Ecclesiastica. *Hippolit. Rub. de fide jussorib. q. 12. n. 130. Rochus. de consuetud. n. 290.* 4

Socius consequitur vacationem à muneribus ex persona socii exempti. *glossa l. ultima verb. Fratribus C. de honoribus non continuand. lib. 10. quam extollit Alex. cons. 22. col. 4 l. 4.* licet refutetur à Felino, *cap. 1. de præscript. Ias. l. 1. C. de transact.* Consanguineus retrahens acquirit omnium bonorum socio. *Tiraquell. de retract. consanguin. §. 26. glo. 1. n. 31. Matel. sing. 180. l. si is qui duos ff. de liberatione legata.* 5

Auctor Clericus tenetur defendere Laicum coram judice Laico, *Marand. de ord. jud. parte 5. num. 6.* Delegatus potest citare auctorem laudatum licet in rescripto non comprehensum. *Marant. d. n. 6.* Quorum omnium quæ fusissime à Rebuffo, *d. privilegio 106. per tot.* per exempla deducuntur, hæc potissima est ratio. Cum privilegiatus commode uti non potest suo privilegio, quod tunc illud per ejus personam transferatur ad personas cohærentes, etiamsi eæ nominatim in privilegio non fuerint comprehensæ, *late Felin. cap. quam sit n. 1. de Judæis & in repert. verb. privilegiatus quando non potest uti privilegio fol. 101. col. 1. fusè Gaill. d. c. 6.*

7 Ex quibus concludo privatum ratione continentiæ aut communionis causæ quam habet cum Exempto, Exemptione potiturum. *Imbert. d. cap. 6. in glo. fin. DD. jam citati.* Ratio est, quia majus dignum trahit ad se minus dignum, *ca. quod in dubiis de consecr. Ecclesiæ dixi eodem l. c. 45. n. 4. Gaill. d. obs. 32. per tot. & d. c. 6. n. 17. usque ad finem*, sunt autem Exempti cæteris digniores atque gradus prærogativâ præferendi, *c. per tuas ubi glo. de major. & obed. c. ut Apostolicæ de Privilegiis in 6. Brixienses in Repert. verb. Exemptio versic. an Prælatus. Boer. in tract. de ordine graduum utriusque fori, dictumque est supra c. 1. n. 2.* Deinde si singuli suos sortirentur judices, ferri posset sæpe eodem facto repugnantes sententiæ, quod foret perabsurdum *l. nulli C. de judic. c. 1 de causa possess. & propr. Ferratus Cautela 10. Menoch. de Arbitr. judic. casu 371. Boer. ad Cons. Bituricens. § 9. ut. de jurisd.* Idem non obstantibus Austregis, decreti dicuntur in Camera Imp. anno 1587. processus Comiti de Marka contra Episcopum Leod. uti refert Mindanus *de Process. Imperii lib. 1. cap. 18. nu. 5.*

Præterea si tertius communem habeat cum scholare actionem ratione conti-
9 nentiæ, ea agitari debebit coram privilegiato judice scholarium, *Rebuff. d. privil. 106.* ergo idem statuendum est in Exemptis ratione proportionis & analogiæ fori, quam inter eos esse frequenter asserimus; *vide infra d. c. 45, nu. 5.*

Postremo, si agendum sit universali judicio familiæ Herciscundæ, tutelæ, &c. per
10 plures inter quos Clericus aliquis aut exemptus reperiatur, fieri id debebit coram judice magis privilegiati, quemadmodum tum ab analogia antetacta, tum per rationes & exempla copiosè allata per Rebuffum satis arbitror esse comprobatum, *d. privil. 106. & DD. supra citati.* Unde licet Procurator Cæsaris seu Camera non sit judex inter privatos, *l. 2. C. si adver. fiscum*, secus tamen si privatus habeat causam dependentem à fisco, *Bart. l. cum rerum C. de sent. & interl. Castrens. l. fin. C. si adver. fiscum Mandos. in paxi commiss. commiss 2. beneficiaria verbo dependentibus 5.*

11 Quæ omnia tamen intelligenda sunt, si res & materia sit indivisibilis, nam si res & causa divisionem separationemve reciperet, contrarium esset concludendum. *Castrens. l. si duo in pr. n. 2. ff. si quis caution doctè Fel. c. 1. n. 6. vers. primo quod de præscript. Mandos. de Inhibitionib. q. 69. per tot. Castrens. l. unica n. 3. C. si communi eademque causa restitutio fuerit postulata.* singuli; hæredes coram suis judicibus pro portionib. hereditariis conve-

veniendi, *l. si denique ff. de jure fisci Cavalcan. Decis. 8. n. 10. & seq. par. 1. Marant. de ord. jud. pa. 4. dist. 11. n. 23. 24. Capic. Dec. 173.* Ratio est, quia in dividuis socius non gaudet 12
privilegio sui consortis, *Gail. de pace publ. l. 1. c. 6. & de pignorationib. cap. Menoch. d. casu 371. & DD. hactenus citati.* Hinc censuit Mandosius *d. q. 69.* quod si agatur contra plures possessores ad restitutionem portionis hæreditariæ, judicem Ecclesiasticum aut Privilegiarium alteri inhibere non posse, ex quo obligatio rem restitui sit dividua. Ita intelligendus D. Wamesius *cons. 40. n. fi. to. 1.* dicens privilegium unius consortis alteri non prodesse *per l. un. C. si in communi eademque cau. l. ex plurib. de adm. tutor.*

Temperandum secundò, nisi consuetudine, privilegio, præscriptione aut statuto 13
dispositum sit, quod singuli judicentur à propriis & competentibus suis judicibus, exempti à suis, Clerici ab Ecclesiasticis, & Laici Laicis judicibus, ita enim contra jus introduci posse præter cæteros testis est Capicius, *Decis. 173. Julius Clarus in Pract. Criminali §. fin. quæst. 36. versic. evenit. Gaill. d. lib. 1. cap. 6. num. 18. in fine.*

Quid juris, fragendum sit contra universitatem in qua quidam sunt exempti? re- 14
missive quæri poterit ex Barth. *in Apostilla ad l. sicut verb. convenire in fine ff. quod quisque juris. Maranta de ord. jud. part. 4. dist. m. 11. n. 23. Aufrer. tract. de potest. Eccles. n. 12.*

Non absre hic inquiritur. Quid si finita sit coram ordinario causa connexa. v. g. 15
possessoria, an quæstio proprietatis ratione continentiæ debebit coram eodem agitari? videretur prima inspectione affirmandum, tum quia ordinarius cæteris melius est informatus in causa: tum quod translatitium sit, ratione identitatis ejusdem subiecti atque continentiæ ad eundem esse judicem adeundum, *ff. quibus rebus ad eundem judicem eatur ca. 1. de causa possess. & propr. l. nulli C. de judiciis.* Nihilominus tamen verius est eo in casu exemptum coram ordinario conveniri non posse. Rationem cum auctoritate adfero ex Abbate, *c. fin. n. 15. de iudic. ubi Fel. & DD.* qui dicit cum actor & Reus sunt penitus diversi fori ut est hoc in casu, tum non tenetur actor in prima instantia respondere coram eodem judice in alia causa: quia non debet violari regula communis quod actor sequatur forum rei propter Regulam accidentalem, & non multum necessariam, ne causæ continentia dividatur, cum alius judex (inquit) scilicet proprius ipsius rei facile possit instrui, causa enim naturalis vincit accidentalem, *l. qui habebas ff. de Tutelis l. quæritur ubi affatim DD. ff. de statu hom.*

Accurdistinctius loquuntur alii, præsertim Antonius de Tremolis, *in Apost. ad auream practicam Uberti de Bonacurso tit. de impedimentis & exceptionib. contra rescript. §. Item si per reseriptum causæ continentia in glo. verb. continentia vers. tertio intellige.* Regula ne continentia causæ dividatur, restringitur, si actor & Reus essent diversi fori, & jurisdictio esset improrogabilis respectu alterius partis, verbi gratia, Clericus, aut Exemptus, quem infra diximus prorogare non posse. *libr. 2. quæst. 7.* egit contra Laicum, aut subditum ordinario, possessorio, & obtinuit coram judice Laico, aut ordinario, si Laicus aut

aut subditus velit postea contra exemptum agere petitorio, dividenda erit causæ continentia, ita quod clericus aut exemptus coram non suo judicio conventus, declinare poterit, & remissionem postulare ad suum forum. In quam sententiam præcipua etiam jureconsultorum schola descendit. *Menoch. de arbitr. jud. c. casu 371. num. 21. Jason l. nulli num. 6. vers. Secundo limito. C. de judic. ubi DD. Fel. d cap. ult. nu. 8. de judic. Cravetta consil. 258. n. 7.* Concludam, adjecta auctoritate Felini, *d. cap. fin. n. 8. vers. tertio*, sic scribentis: Dividi possunt istæ causæ, si actor & reus sunt diversi fori, textus hic reputatus singularis per legistas l. nulli C. de judic, intellige hoc, ubi diversitas fori potest allegari ab eo qui convenitur, allegante pro se regulam capituli cum sit Generale, de foro comp. secus si ipsemet agat de una, qui egit in alia. Ita ille. Postremo quando fit præjudicium jurisdictioni alterius, is qui cognovit de causa præparante v.g possessorio, non poterit cognoscere de causa præparata v. g. petitorio, qua de re videatur fusè Osascus, *ped. dec. 78. num. 11. 18.* ubi ita limitat legem ubi ceptam. Non enim fieri potest prorogatio jurisdictionis in præjudicium tertii, *Catheran. d. dec. 78. n. 17 Navarr. in Rubr. de Judiciis n. 11. & 12.*

QUÆSTIO XXVII.

Scholares & alia universitatum membra an sint exempta?

MInime, *Auth. Habita C. ne filius pro patre. Auferr. ad quæst. Tholosanam 169. Rebuff. de privilegiis scholarium Privilegio. 152. & in proœmio digestorum.* Idque nisi particulari privilegio exemptio concessa sit, quemadmodum de Lovaniensi Universitate & contentione orta inter illius Rectorem & Episcopum Leodiensem refert Præses Everardi *in locis legalibus loco à tanquam seu respectivis vers. sexto sub finem*, cujus verba compendii causa nolo hic referre. Lateque per privilegia Lovanii typis mandata probatum est.

QUÆSTIO XXVIII.

Exemptus à jurisdictione Legati an sit exempus à jurisdictione Ordinarii?

SMVMARIVM.

1. *Legatus, est major ordinario.*
2. *Exemptus ab ordinario, est exemptus ab omni legato præterquam à latere.*
3. *Exemptus à judice an sit exemptus ab illius delegato.*

Vide-

VIdetur quod sic, Quia legatus habet ordinariam jurisdictionem, imò major est ordinario, *tot. tit. de offic. legati in decretal. Gondislanus de Villadiego tract. de legato quæst. 8. primæ partis* 1

Melius tamen censemus cum Ioanne Andreæ, exemptum à jurisdictione legati, exemptum non esse à jurisdictione ordinarii. *Io. Andr. cap. 1. de verb. signif. in 6.* Ratio est, tum favor ordinarii, tum odium exemptionum, quas restringere quantum mens & verba patiuntur oportet; *dictum est supra quæst. 4. per tot.*

Quid è contra an exemptus à jurisdictione ordinarii censeatur exemptus à jurisdictione legati? Breviter, à legatis missis aut natis, exempti censebuntur, non vero à legatis de latere. *Rom. sing. 513. & cons. 498. cap. 1. de verb. sig. in 6. cap. si Abbatem de elect. in 6. cap. si videtur 16. quæst. 1. Io. Andr. cap. 1. de verb. sig. in 6. spec. de legato §. superest. vers. sed nunquid legatus potest*, de quo articulo fusius suo loco disseremus *infra lib. 2. q. 2. per tot.* 2

Utrum vero exemptus à judice censeatur exemptus ab illius delegato? petatur ab Imberto. *Inst. forens. lib. 2. cap. 6. in glo. verb. soluta est, ubi late.* 3

QUÆSTIO XXIX.

Utrum vidua exempti sit exempta?

SUMMARIUM.

1. *Uxores item viduæ habent privilegia maritorum.*
2. *Vidua retinet exemptionem mariti.*
3. *Contrarium est verius.*
4. *Mortuo domino extinguitur exemptio famuli.*
5. *Idem in exemptionibus civilibus.*
6. *Utrum uxor clerici sortiatur illius forum.*
7. *Exemptiones sunt personales, ideoque non sunt extendendæ.*
8. *Dispositio non comprehendit eos quibus sua verba non aptantur.*

UXores gaudere privilegiis & dignitate maritorum juris est manifesti, *l. fœmina ff. de senatorit. us l. quotiens C. de privileg. lib. 12. l. mulieres C. de dignitatib. lib. 12. Lenauderus tract. de doctoribus par. 2. §. 13. Corsetus de potest. regia parte 3. qu. 29. tex. l. fiscus in fine ff. de jure fisci, latissimè Tiraquell. in legibus connubialibus l. 16. glo. 2. in verb. en pouuoir de son. mari. n. 45. & plurimis seqq.* 1

Idque non modo viventibus maritis, sed etiam iis defunctis quamdiu in viduitate permaneat, *DD. ubi supra l filii §. vidua ff. ad municipales Barthol. l. fin. C. de privileg. scholar. li. 12. Corset. d. quæst. 29. Hippolytus sing. 179.* Qua ratione Guido Papæ *quæst. 379. & 380.* censuisse videtur viduam quamdiu ad secunda non convolavit vota, 2

vota, retinere privilegium exemptionis, quo vivente marito fruebatur, *Petrus Antiboli tract. de muneribus part. 3. §. 4. num. 36. Castrens. l. cum quædam num. 4. ff. de jurisd. omn. judicum, Barth. d. l. fœmina & DD. l. cum te C. de nuptiis Papon. aux arrestz. tit. des tailles arrest. 12. & 27.* idque etiamsi privilegium sit exorbitans teste Tiraquel. *cessante causa par. 1. n. 110. per l. ult ubi DD. C. de privileg. scholar. li. 12.* Mihi tamen in hac exemptionum materia longe aliter visum est. 3 Ratio est, quia uxores non gaudent exemptione maritis concessa æque principaliter & independenter, sed per quandam participationem, dependenter & velut accessorie, aut secundariò. Unde sublato marito cui exemptio principaliter competebat, extinguitur exemptio quæ ex mariti persona in uxorem derivabatur, sicuti in simili dicitur sublato Domino, extin- 4 gui exemptionem, quæ famulo ex persona Domini competebat, *Bald. lib. 2. circa fin. C. de Episc. & clericis. Soc. cons. 84. Decius l. in omnibus num. 10 ff. de reg. juris*, id quod nos alibi accuratius tradidimus *eodem lib. cap. 17. num. 18.* Quibus non modò adstipulatur in hac exemptionum personalium materia Philippus Francus *cap. ne aliqui num. 2. & 3. de privilegiis in 6.* 5 sed etiam in exemptionibus civilibus seu à tallis & collectis. Ioannes Bachetius advocatus regius tract. *Des droitz du domaine de France lib. 4. du droit des francz fiefz. cap. 9.* censens privilegia, immunitates, exemptiones à collectis non transire ad viduas privilegiatorum, cui tamen Papon. jam citatus adversatur. Porrò quod initio attulimus, privilegium aut dispositionem marito factam extendi ad ejus uxorem, *Felin. cap. nullus judicum num. 3. vers. pro hoc, de foro compet. l. 2. ubi Bald. C. de Epis. & Clericis l. 1. ubi DD. C. de uxorib. militum glo. cap. clericum 11. quæst. 1.* non est usquequaque inter doctores expeditum, aliis aliter atque aliter sentientibus.

Siquidem Philipp. Francus & cum eo plerique censuerunt privilegium fori cle- 6 ricorum non extendi ad eorum uxores, *in cap. unico §. in cæteris num. fin. de clerico conjugato in 6, Iacob. à Cambus tract. de Repressaliis part. 2. nu. 5. vers. 13.* At vero è contra Felinus Abbas & quidam alii, *d. cap. nullus judicum. Aufrerius de potestate seculari super Ecclesiast. personis Reg. 2. num. 34. vide latissime Tiraq. d. num. 46. & seqq.* quod etiam ad concubinas clericorum nonnulli extendetunt, *Aufrerius de potest. seculari super Ecclesiast. Reg. 2. n. 34.* quod nolo hoc loco in examen revocare.

Satis sit pro hac conclusione exemptiones has esse personales, nec esse produ- 7 cendas, sed strictim intelligendas, *cap. sane cap. porro de privilegiis Franc. d. cap. ne aliqui, notatur supra eodem lib. cap. 4. per tot.* ac ab uno casu ad alium, & à persona mariti ad personam uxoris extendi non posse ut *Navarrus cons. 13. num. 2. de temp. ordin. cons. 6. num. 1. de obser. Iejun. Cavalc. dec. 31. num. 8 par. 1.* non uno in loco tradiderunt, & ratio est, quia quæ specialiter personæ mariti cohærent, uxori non competunt, nec ad eam extendi possunt. *Alciat. l. 1. in gloss. verb. uxori vers. sed quæ specialiter C, de in jus vocando.* Nec enim propria aut impropria mariti significatio

ficatio ad uxorem extendi potest, quod in privilegiorum interpretatione semper inspici debet, *Navarr. cons. 22. n. 6. de privileg. Alciat. in rubr. de verb. signif. colu. 2.* Translatitiumque est, quod dispositio nunquam includat eos quibus sua verba adaptari 8 non possunt, *cap. indemnitatibus §. præfata de elect. in 6. Navarr. cons. 12. in fin. de majorit. & obed. cons. 4. num. 8. in fin. de consang. & affinit.* Quæ omnia proinde ex verbis & tenore privilegiorum dijudicanda sunt, *cap. porro de privileg.*

QVÆSTIO XXX.

An familiares exemptorum sint exempti?

SUMMARIUM.

1. *Exemptiones non sunt extendendæ*
2. *Exemptiones extenduntur ad personas accessorias.*
3. *Exemptio extenditur ad familiares.*
4. *Privilegium Hospitalis producitur ad ejus ministros.*
5. *Familiæ appellatione quid veniat.*
6. *Quid si familiares sint temporales aut mercenarii.*
7. *Servientes Ecclesiis gaudent exemptione cum certis circumstantiis.*
8. *Familiaris nemo est, nisi qui actu continuo est in exercitio.*
   Famuli temporales seu conducticij clericorum privilegio non gaudent, sed tantum perpetui.
9. *Censuales exemptorum non sunt exempti.*
10. *Factus familiaris in fraudem, privilegio non gaudet.*
11. *Ministeriales Principis conveniendi coram magistro officiorum.*
    Familiaritas perditur per recessum.
12. *Exemptio Xenodochii extenditur ad administratores.*
13. *Ex alterius persona acquiritur privilegium.*
14. *Exempta Ecclesia vasalli Ecclesiæ non sunt exempti.*

LIcet exemptiones personales ad instar privilegiorum personalium de persona in personam non transeant, nec personam exemptam egrediantur, *cap. privilegium personale de reg. juris in 6. l. privilegium ff. eodem Franc. cap. 1 §. in eos de privil. in 6.* 1

Tamen certum est, ejusmodi exemptiones se extendere ad alias personas accessorias familiatesve accessorie à privilegiatis dependentes, *Decius l. in omnibus casibus id observatur num. 10. ff. de Reg. juris. Rebuff. de privil. scholar. privil. 116. num. 11. late Gomesius ad Reg. Cancell. tit. de impetr. benef. per obitum famil. Cardinal. Papon.* 2

aux.

aux arrestz tit. des tailles arrest. 33. & tit. des Privileges, arrest. 8. Pro cujus enucleatione formandæ sunt hæ conclusiones.

5. Primo. Exemptio seu privilegium alicui concessum extenditur ad ejus familiam, *l. 1. & 2. C. de Episc. & clericis l. 2. §. fin. cum l. seq. l. imo l. non solum ff. de usu & habit. l. uxorem § 1 ff. de Auro & Ar. legat. c. Ecclesiarum servos 12. quæ. 2. c. indicatum dist. 89. Rebuff. l. detestat. § familiæ vers. notandum de verb signif. Castrens. d. l. 1. num. 6. C. de Episc. & Clericis.*

Ita privilegium Hospitali concessum extenditur ad illius ministros, & exemptâ
4 Ecclesiâ illius ministri censentur exempti. Quia sine familia superesse sibi nemo commodè potest. *Oldra cons. 11 Thema est ca. licet, ubi DD. de privileg. in 6. cap. extirpandæ ubi Abb. de præbendis. Rebuffus de privileg. schol. privil. 166. nu. 3.*

5 Porro quid comprehendatur appellatione familiæ vide prolixissime Abbatem. *cap. dilecto nu. 5. in addit de officio Archid. Rebuff. d. § familiæ, Franc. cap sicut nu. 14. de verb. signif. in 6 docte & latè Bero. quæst. 35. per tot, vide etiam Bonacossam tract. de famulis quæst. 4. per tot.*

6 Extendo secundùm quosdam, sive familiares sint perpetui, sive temporales, imo etiamsi essent mercenarii vel similes secundum Philipp. Franc. *d. cap. licet nu. 2.* quem non absque ratione videtur impugnare Stephanus Aufrerius, *tract. de potestate seculari super Ecclesiasticis personis Reg. 2. num. 36. vers. sed Archid. aconus & Archid. in cap. clericum 11. quæst. 1. Siculus cap. 2. de foro compet. glo. Clem. 1. de Reliquiis & Vener. sanct. Brixiensis in repert. verb. exemptio. col. 5.* ubi dicit, quod Mercenarii vel famuli exemptorum non gaudeant exemptione. *per glo. Clem. 1. de Religios. & cap. penult. de privilegiis. Bero. quæst. 36. Bonacossa d. tract. de famulis quæst. 15. num. 4.* quia speciale est in familia Episcopi ut ad eam privilegium extendatur, in hac autem materia stricta non debeat fieri extensio. *Stephanus Aufrerius ubi supra Bero. d. quæst. 35. numer. 5.*

7 Secunda conclusio, servientes Ecclesiis, militiis seu domibus exemptis gaudent exemptione si habeant has circumstantias; Primo ut actu serviant. Secundo ut intra eorum septa & domos resideant. Tertio ut sub eorum obedientia vivant. Quarto ut professionem earum militiarum faciant, de quibus constare debet ordinario, *glo. c. cum capella ver. in quantum, & cap. porrò de privileg. Castren. l. unica C. in quibus causis milites fori præscript.* Idem confirmatur à Gregorio XIII. in censente sacra congregatione juxta quam fuit judicatum Romæ teste Thoma Zerola *in praxi Episcopali part. 1. verb. Exemptio § 3. Gregor. XIII. Bulla 68. fol. 1295. sacra congreg. de clarat. 169. Conc. Trident. sess. 24. cap. 11. Castrens. l. unica C. in quibus causis milites fori præscript.*

8 Ratio est, quia familiarium privilegia nemo sibi vendicare potest, nisi qui actu & continue versatur in exercitio sui officii. *Innocent. in extravag. ad futuram rei memoriam*

memoriam Fel. c. insinuante col. 2. de offic. deleg. Cassander Decis. 1. de verb sing. Card. cons. 126. n. 11. Robuff. in praxi beneficiorum part. 3. Ideò servi temporales seu conductitii Clericorum non gaudent eorum privilegio, sed tantum perpetui. *Archid. c. Clericum 1. quæst. 1. c judicatum dist. 89. e. Ecclesiarum servos 12. quæst. 2. Bero. quæst. 35. per tot.*

Tertia conclusio, censuales exemptorum non sunt exempti, nec enim Pontifex eos habet pro exemptis. *Philipp. c. auctoritate §. inhibemus n. 2. & d. ca. licet de privileg. in 6.* 9 Neque possunt exempti pro eis esse in judicio seu agendo seu defendendo, *Philipp. d. §. inhibemus vers. 3. nota ubi Archid. & Jo. Andr. Rota Decis. 388. Item quod si præpositus, Felinus cap. auditis n. 27. de præscr. Angel in summa verb. Exemptio n. 3.*

Quarta, quando familiaribus privilegio speciali conceditur ut gaudeant exemptione suorum Dominorum, id non aliter intelligendum est, quàm si verè familiares seu domestici sint, secus si in fraudem assumpti sint, *glo. cap. licet verbo domestici de privileg in 6. ubi DD. cap. ult. de verb. signif. in 6. ubi glo. & dixi supra Concil. 2. Bero. d. quæst. 35.* 10

Quinta, ministeriales Principis in aula coram Magistro Officiorum conveniri debent, quia ab aliis jurisdictionibus jure sunt Exempti, *l. cubicularios C. de præpositis sacri cubiculi lib. 12. Barth. C. de privileg. Scholarium lib. 12. Imbert. instit. forens. lib. 1. cap. 28. glo. verb. ministeriales*, quod tamen Alvarottus videtur non admisisse, *tit. de pace tenenda § si ministeriales n. 1. ubi etiam Baldus.* 11

Sexta. Privilegium familiaritatis tollitur renunciatione ad instar societatis, aut per recessum à familia, ita tamen si id fiat sine fraude. *Philipp. Franc. cap. sicut n. 14. de verb. sig. in 6. v. infra lib. 4. qu. 65. nu. 8. vers. sed nec.*

Septima, Exemptio concessa Xenodochio, extenditur ad Oeconomos & administratores quorum ope râ pauperes carere non possent, *Oldra Cons. 11. incip. Thema est per tot. per text. l. hujus ff. Qui potior in pig. ibi sine quibus navis salva perventre non poterat, tex. l. administrantes §. 1. ff. de excus. tut. text. l. 1. si vir. aut uxor ff. Ad. S. C. Syllan. ibi sed quia commixta familia est, & una domus, ita judicandum atque in propriis servis pulchre Hyppol sing. 180. per tot. incip. plura Bald. c. fin. n. 6. in fin. de Juram. Calum.* 12

Ratio est, quia ex alterius persona quis consequitur quod ex sua consequi non posset, *per l. si communem ff. quemadm. servit amitt. Hippol. d. sing. 180. Gaill. li. 2. obse. 68. nu. 6. & late dixi supra quæst. 26.* 13

Octava, Exempta Ecclesiâ, vasalli Ecclesiæ non sunt exempti, ita post longam disputationem concludit Lucas de Penna & Platea, *l. Senatorum C. de dignit li. 12. Jas. l. servi electione §. labeo col. 3. deleg. 1. Abb. c. veniens col. 2. de transact. per tex. cap. auctoritate de privileg.* 14

Licet aliter judicatum refert Joannes Paponius, suadens tamen securius esse si Ecclesia exempta, seu Dominus causæ contra vasallum motæ interveniat. *Papon aux Arrest. l. 5. tit. 12. du privileges Arrest. 7.* qua de re dicemus infra *lib. 2. c. 37.* In confirmatio-

mationem hujus conclusionis est quod notat Angel. *l. Titius* §. *sui ff. de excusat. tutor* dicens privilegia collegiorum non extendi ad famulos collegarum. *Bonacossa tract. de famulis quæst.* 200.

Porrò, quod diximus supra nu 3. Exemptionem extendi ad familiares ejus cui concessa est, intellectum habet, dummodo sint perpetuo, & non mercenarii, *Capycius Decis Neapol.* 12. *n.* 2. at verò in familiaribus Episcoporum singulari jure statutum est, ut illi indistinctè gaudeant privilegio fori competente domino Episcopo, *Capy. d. Decis. num.* 1. In aliis ergo secus est: nisi tamen ut plerumque fit privilegii dispositio etiam ad familiares privilegiatorum extendatur. *Inno. cap. fin. de Cler. pereg. cap porro, de privileg.*

QVÆSTIO XXXI.

Hospitalia an sint exempta?

SUMMARIUM.

1. *Opinio Abbatis affirmativa.*
2. *Quæstio concluditur negative.*
3. *Omnia loca Religiosa subsunt Episcopo.*
4. *Conciliari Abbatis.*
5. *Hospitale profanum non gaudet immunitate Ecclesiastica.*
6. *Nisi tamen illius bona prodigerentur.*
7. *Rectores Hospitalium exempti subiiciuntur Episcopo.*
8. *Hospitali Exempto Laicus Rector non est Exemptus.*
9. *Secus si sit Vicarius perpetuus.*

1 PAnor. videtur censuisse esse exempta, cum ita consuluit his verbis. An de dictis bonis debeat Episcopus habere quartam? Dico quod non, quia Hospitale dicitur exemptum à jurisdictione Episcopi & à locis exemptis Episcopus non recipit quartam, ut communiter tenetur per doctores c. officii de Testam. Hactenus Abb. *Consil.* 110. *n.* 3. *parte* 2. *Navarr. cons.* 2. *De Religios. Domib.*

Nihilominus tamen dicimus non esse exempta, sed subiici jurisdictioni Episcopi.

2 *tex. ubi glo. & DD. cap. de Xenodochiis de Religios. domibus lo. And. dudum de conversi. coniug. Innocent. cap. in nostra de sepult. Petrus de Ubaldis tract. de Canonica Episcopali capitulo* 4. *quæstione* 13. *principati n.* 2. *vers. quo ad primam, vol. tract.* 15. *fol.* 151. *col.* 4. *Innocent. cap. ad hoc de Relig. Dom. Brixiens. in repert. verbo Exemptio col. penult. Flamin. de Resig. benef. part.* 1. *li.* 7. *quæst.* 6. *n.* 2. *Navarr. d. n.* 2. *& seqq.* Nam jure communi loca

3 omnia Religiosa sunt sub jurisdictione Episcopi, *ca. si quis Episcoporum* 16. *quæst.* 2. *& quæst.* 7. *cap. omnes Basilicæ.* Nisi de exemptione doceatur, *cap. Abbatibus* 18. *quæst.* 2. *cap cum non liceat de præscript. glo. d. c. de Xenodochiis verb. in quorum Diœcesi de Religiosis domibus ut Episcopo subjectæ sint.*

Porrò Abbas initio allegatus intelligi debet de Hospitali quod Religiosum non

4 est, fundatumque est auctoritate propria sine licentia Episcopi, *Petrus de Ubald. d.*

Capitulo

Capitulo 4. *vers. quo ad secundam quæstionem fol.* 252. cujusmodi locus non subest Episcopo nec quo ad legem D. Cœcesanam, nec quoad legem jurisdictionis, nullo enim id jure cavetur, *Vbald. ubi supra num.* 4. Est enim ejusmodi Hospitale non domus Dei, sed domus hominis, quam is qui construxit potest destruere & alienare, *Clement. quia contingit de Religios. domib. cap. inter dilectos de donat. Vbald. d. num.* 4. *& 5. cap. ad hæc ubi. DD. de Religios. domib. ut Episcopo subiecta sint latè. Fel. cap. de quarta de præscript. Redoanus tract. de Rebus Eccles. non alienand. quæst.* 28. *&* 51. *cap.* 12.

Ideoque ejusmodi locus non gaudet asylo seu immunitate Ecclesiastica. *Hostiens.* 6 *& Goffred. cap. fin. de censib. Vbaldus ubi supra num.* 8. *Castr. cons.* 167. *par.* 2. nec ejus curam gerere debet Episcopus, ne promiscuis actibus rerum turbentur officia *l. consulta divalia C. de testam. Oldra. cons.* 83.

Nisi tamen bona ejusmodi profanorum Hospitalium ita dissiparentur, quod unicuique bono civi resistere liceret, *text. in Auth. de Ecclesiast. titul.* § *si autem locorum coll.* 9. Quibus autem signis deprehendatur an Hospitale sit Religiosum aut verò laicum, tradunt alibi DD. *Fel. d. cap. de quarta de præscript. Cavalcan. Decis.* 17. *n.* 69. 34. 35. *par.* 2.

Quod verò rectores Hospitalium qualiumcunque Exempti ratione administratio- 7 nis subiiciantur jurisdictioni Episcopi, notavimus infra. *lib.* 2. *cap.* 45. *casu* 88.

Illud autem hoc loco non omittendum, quod si Hospitali privilegio concessa 8 exemptio, quod rector illius laicus non erit exemptus in his quæ personam ejus respiciunt. *Barth. l. quod constitutum n.* 3. *ff. de Testam. milit. ubi Apost. & cons.* 97. *Christi nomine invocato dico per partes, & cons.* 28. *par.* 2. *Barbatia Clement. fin. super glo. verb. statuimus de Rescript. Clement.* 1. *de Religios. Domib.* secus in Vicario seu Prælato, qui est 9 de corpore Ecclesiæ seu Hospitalis exempti, *Barth. d. l. quod constitutum. Rebuff. in praxi benef. par.* 1. *tit. de Vicariis perpetuis n.* 16.

Ceterum, etiamsi Xenodochia non subessent Episcopo sed essent exempta, adhuc Episcopus novissimo Conciliari jure, auctoritate delegata posset illa visitare, *Concil. Triden. sess.* 22. *cap.* 8. etiamsi jure illorum ad Laicos pertineat, non obstante, inquit Concilium, quacumque consuetudine, etiam immemorabili, privilegio, aut statuto. Etsi Administrator appellet à Decreto Episcopi, non propter hoc impedietur aut suspendetur executio. *Zerola in Praxi Episc. p.* 1. *verb. Hospitale.* § 3.

QUÆSTIO XXXII.

Officiales Papæ & Curiales utrum Exempti?

SUMMARIUM.

1. *Curialistæ sunt Exempti, ratione beneficiorum tamen subiiciuntur.*
3. *Sententia excommunicationis lata contra eos an valeat.*

4. *Quid si non tractent causas, sed otiosi sint.*
5. *Quid de familiaribus Papæ aut Cardinalium?*
6. *Quæ sit auditoris potestas hac in parte.*
7. *Proficiscentes Romam sunt Exempti.*
8. *An inquiri possit contra Curiales.*
9. *Capellani regis sunt Exempti.*
10. *Officialis quis dicendus.*

1 EUgeniana constitutio exemit Officiales Papæ à jurisdictione ordinariorum, *cap. divina extravaganti, de privilegiis & fo. 22. in cap. cum Matheus extravag. de Hereticis, Bellamera conclusione 656. Bellenc. de charit. subsid. quæst. 91. num. 10. Abbas ca. tuarum in fin, vers. quandoque exemptio de privilegiis Concil. Tridend. sess. 24. cap. 11. de Refor. Pragmat. sanctio tit. de causis §. Romana 1. ubi late glo. vers. comprehendi Cavalc. Dec. 28. n. 47. par. 1.* Unde fit ut referendarii, Notarii, Pœnitentiarii, ac ut uno nomine omnes complectar, omnes Curiales Papæ sub hac exemptione comprehendantur, *Bellam d. Concl. l. 656. Paulus Borgasius de Irregularit. & Dispensat. par. 6. tit. de Excommun. ipso jure nulla num. 14. Thom. Zerola in praxi Episcop. verb. Referendarii, vide Bertr. cons. 102. nobilis in secundis lib. 1.*

2 Hæc tamen privilegia quæ dicimus competere residentibus in curia Rom. vigore Eugenianæ constitutionis aut etiam familiaritatis Cardinalium non subsistunt in iis qui beneficia Ecclesiastica obtinent. Nam illorum ratione subiiciuntur ordinariis non obstantibus inhibitionibus quibuscunque, *Concilium Trid. d. sess. 24. ca. 11. in fine Thomas Zerola in praxi Episc. part. 1. verb. Exemptio §. 2. Affict. in const. magnæ curiæ not. 4. num. 4. Mandos. in signatur. gratiæ tit. Protonotarii col. 4. vers. circa.* Quod occasionem præbuit Paulo Borgasio Episcopo Feltrensi ita inquirendi, *d. n.* 3 14 Quid de sententia excommunicationis lata contra curiales curiæ Romanæ? Credo hodie esse distinguendum inter Officiales curiæ & alios secundùm Extravagantem Eugenii 4. in favorem curialium editam, qua expresse cavetur quod Officiales dictæ curiæ non possunt vocari coram ordinariis aliorum locorum, etiam dum sunt extra Rom. curiam, nec alii quicumque accedentes ad Rom. curiam pro negotiis suis expediendis, adjecta clausula irritante quod clarum est. Sed non omnes sunt Officiales, nec omnes curiales habent causas. Quid ergo de aliis, qui nihil agunt in curia, sed tantum comedunt, videtur dicendum quod comprehendantur omnes sub dispositione ca. per tuas de major. & obediend. tamen tex. ille loquitur de promotis per Papam & non de curialibus, glo. tamen prima ibi in vers. sed numquid, videtur sentire quod Episc. contra curialem possit procedere propter crimen, sed non punire, sed debet mittere causam instructam ad Papam, sed in fine dicit, quod quidam dicunt, quod Episcopus eos deponere potest, sed Innocent. tenet expresse contrarium. De familiaribus autem Papæ & aliorum Dominorum Cardinalium dum sunt in Rom. curia & ad servitia eorum credo, quod extra curiam vocari non possunt, & sic servatur, dum autem sunt extra curiam, credo locum esse

dispo-

dispositioni dictæ glossæ, licet loquatur ut dixi de promotis à Papa, & non de aliis, & hoc intelligo si sint extra curiam animo redeundi ad eandem, aliàs credo omnes subesse ordinariis locorum tam ratione contractus quàm beneficii & delicti salva dispositione cap. 1. de privileg. in 6. 6

Sed hodie inolevit contra præmissa novus stylus, quia eo ipso quod curiales conveniuntur coram suis ordinariis, ex quavis causa recurrunt ad auditorem Cameræ Apostolicæ & obtinent inhibitiones in modum monitorii pœnalis sub prætextu generalis commissionis & indulti per sedem Apostolicam fact. Bellamera decis. 270. incip. In causa Dom. Sij, dicit quod Auditor Cameræ perturbatores suæ jurisdictionis non potest citare extra curiam, quia non est generalis auditor Papæ, Ideo fuit prohibitus per Papam ne in causis beneficialibus se impediret, quia officium est tantum audire causas courtisanorum & de potestate dicti auditoris, vide etiam decis. Bellam. 96. incip. utrum auditor Cameræ, & aliam, incip. conclusio quod auditor, quæ dicit, quod auditor Cameræ nullo modo potest citare extra curiam, nisi habeat ad hoc speciale mandatum à Papa, vel nisi super hoc in aliquo casu speciali habeat specialem commissionem, quia per se esset contra jus, ut not. Io. Monach. in reg. in generali contra quod non potest auditor Cameræ. Imò nec Camerarius vel alius præter Papam. Item quia curia est ibi ut supra dixi pro territorio, ergo non potest citare personaliter. Ita Borgasius.

Ex quibus infertur 1. quod præter curiales sunt etiam exempti, quotquot negotiorum suorum causa Romam petunt. *d. extravag. divina vers. nec non quoscunque alios pro suis & eorum causis vel negotiis prosequendis ad sedem prædictam venientes, ac in ea durante negotiorum & causarum hujusmodi prosecutione moram trahentes & recedentes ab eadem de privileg.* Infertur 2. quod diœcesani inquirere possint contra ejusmodi officiales de rebus quæ tangunt fidem vel rempublicam aut privatam, ac informatione habita significare Pontifici, secundùm dispositionem d. extravagantis. *Cum Matheus in fin. de hæret.* 7 8

Postremo ultra prædictos curiales Romanos gaudent etiam exemptione capellani regii, idque dum actu serviunt, & non aliter. *Affictus in constit. magnæ curiæ not. 4. num. 4. Thomas Zerola in praxi Episcop. part. 2. verie exempti.* Ratione tamen beneficiorũ quæ dict. Capeliani alibi obtinent subsunt Episcopo *Innocent. & DD. cap. cum capella de privileg. cap. recepimus eodem tit. Thomas Zirola in praxi Episc. parte 1. verbo exemptio* §. 2. *Mandosius in signatura gratiæ tit. exemptiones in fine.* 9

Quorum omnium apta cognitio pendet ex intelligentia nominis officialis, cujus 10 diffinitionem ornatam quibusdam distinctionibus investigat doctissimè Navarrus *cons.* 10 *per tot de verb. signif.*

QUÆSTIO XXXIII.

Hospitarii, Templarii, Cistercienses an exempti?

TEtigimus paucis hanc quæstionem supra *quæst.17.in pr.* Quibus remissive addo ad ulteriorem cognitionem sequentes auctoritates *glossæ & DD.cap. recepimus ubi Innocent.de privilegiis,cap.ad abolendam ubi DD.de hæreticis cap.ne Dei,ubi DD. de Simonia Io.Andr.c.1.de supplend.negl.prælat.Fel.cap.cum ordinem n.1.& n.21. de Rescriptis DD.cap.recolentes de statu Monach.Baldus cons.337 super primo vol.4.Felin.cap.cum ordinem n.7.vers.considera primo de Rescript.ubi dicit Cistercienses non esse exemptos.* Ex quibus probatur de jure hos non esse exemptos, nam de privilegiis eorum propriis quæ sunt facti, jurisconsultus non respondet.*l.eum quem* §.1.*ff. de Iudiciis.*

QUÆSTIO XXXIV.

Ius exemptionis an cedi possit?

SUMMARIUM.

1. *Exemptiones cedi non possunt.*
2. *Iura mere personalia,personam non egrediuntur.*
3. *Cedi non possunt quæ ad universales hæredes transmittuntur.*
4. *Ne quidē reales exemptiones cedi possunt.*

1 EXemptiones personales ita sunt affixæ ossibus privilegiatorum ad instar actionum directarum, ut ab eis per cessionem avelli non possint, *arg. l. quis ergo casus in fin.glo.Castr. l.si sticho ubi glo.ff.de peculio l.1.ubi DD.ff.de act. & obligat. Spec. de cession.act.§.1.vers.quid si habens Iason §.omnium inst.de act.* Idq; multis rationibus, Nam ut frequenter hactenus dictum est, *quæst.4.& passim*, exemptiones regulariter sunt contra ius commune, & proinde cedi non possunt. *Rom. con.484. incip. Hoc quod vicinus post pr.arg.l.quod vero l.ius singulare ff.de leg.l quæ à iure de Reg.iuris in 6.*

2 Accedit quod sint jura mere personalia, quæ personam non egrediuntur.*cap. privilegium ubi Dyn.De Reg.Iur.in 6.l.in omnibus ff.eodem*, ejusmodi enim jura annexa certis personis in privilegium cedi non possunt.*Barth.l.etiam ff.de Iurejur.per l. si ex pluribus ff.de administr.tutor.Tiraq.de Retract.consang.§.26.glo.1.n.56. 57.&58.*

3 Postremo quia cedi non possunt quæ ad universales hæredes non transeunt, *lex pluribus ff.de administr.tut.Archid.cap.presbiteros 16.quæst.1.fol.335.* Quod autem ad reales exemptiones attinet, neque eæ etiam per cessionem transferri in alium possunt, nam ejusmodi exemptiones accessoriè competunt ratione rerum quibus adhærent, *cap.1.de privilegiis in sexto d. l. in omnibus ff.de Reg. juris.* ut proinde transferri non possint nisi concomitanter cum ipsis rebus *d. cap. 1.* Non secus

quàm

quàm accessorium transferri seu cedi non potest, nisi uno cum suo principali. *arg. l. ult. ubi glo. verb. pateat C. de hared. vel act. vendita Tiraq. d. glo. 1. n. 71. & 88.*

QUÆSTIO XXXV.

Ecclesiæ exemptæ an gaudeant centenaria præscriptione Romanæ Ecclesiæ?

SUMMARIUM.

1. *Archid. putavit gaudere.*
2. *Contraria opinio prævaluit.*
3. *Exempti tamen possunt se tueri ex capite Papæ.*
4. *Exempti præjudicare non possunt exemptioni.*
5. *Alienationis verbo comprehenditur præscriptio.*
6. *Ecclesiæ exemptæ indirecte gaudent præscriptione centenaria.*
7. *Fallit, si præscriptio annexam haberet consuetudinem.*
8. *In causa exemptionis superior debet intervenire.*
9. *Prælati præjudicare non possunt Ecclesiæ in quæstis.*
10. *Quid si concessum sit Ecclesiæ ut plena Ecclesiæ Romanæ gaudeat libertate.*
11. *Quid si Ecclesia subjecta ordinario habeat jus commune cum Ecclesia Romana.*

LIcet Archidiaconus censuerit Ecclesias exemptas immediatè sanctæ sedi subjectas gaudere præscriptione centum annorum ad instar Ecclesiæ Romanæ. *Archidiac. 6. fin. de præscript. in 6.* tamen opinio sentientium quod Ecclesiæ exemptæ immediatè subjectæ Romano Pontifici non gaudeant præscriptione centum annorum sicut Ecclesia Romana prævaluit. *Guido decis. 36. Archid. c. fin. de præscript. in 6. Bald. Auth. quas actiones C. de sacros. Ecclesiis.* 1 2

Porrò, licet proprio capite juvare se nequeant præscriptione centenaria, tamen possunt se tueri ex non completa præscriptione respectu Papæ, etiamsi quoad ipsas Ecclesias præscriptio completa foret. *Abbas cap. ad audientiam col. 3. n. 11. & seq. vers. Quæro quare de præscript. c. cum venissent col. 1. de judicis Felin. in d. cap. ad audientiam vers. in quantum Abbas post alios nu. 17. vide infra parte 3. quæst. 12.* 3

Nam exempti non possunt pro suo arbitrio disponere de exemptione eis concessa, idque propter jus quod Papa in eos habet. *Abbas cap. cum olim col. 3. vers. sed contra de præscript ubi Felin. Io. Andr. c. scienti de Reg. jur. in 6. Abb. c. cum dilectus de Religios. domib.* ubi dicit quod si exemptus præstat obedientiam cum toto conventu, tamen non præjudicat Papæ. *Fel. d. c. cum olim n. 3. vers. cum Abbas post glo. quem vide* quod facere posse viderentur si communibus præscriptionum regulis inclusi essent. Nam alienationis verbum etiam usucapionem continet: vix est enim ut non videa- 4 5

videatur alienare, qui patitur usucapi inquit Paulus, *l. alienationis verbum ff. de verb. signif.* Perinde enim est sive expressè quis alienet, sive tacite per lapsum temporis. *Alciat d. l. alienationis in ver. non utendo.* Nam à quo removetur alienatio, removetur etiam præscriptio, *l. cum sponsus § sed si talis ff. de public.* Unde res dotales Ecclesiasticæ, minorum & templorum quæ prohibentur alienari, prohibentur etiam præscribi,
6 quia præscriptio est species alienationis, *l. 1. § cum lex. C. de rei uxor act. l. 1. ff. de fund. dotali l. 1. C. ne rei dom. vel templo. Fabian. de Monte tract. de Empt. & vendit. qu. 22. n. 13 vers. circa octavum.* Itaque Ecclesiæ exemptæ licet directè non gaudeant præscriptione centenaria, indirectè tamen gaudent, quandoquidem ea ex persona Papæ niti & sese tueri possunt.

7 Quod tamen restringendum videtur, nisi præscriptio habeat annexam consuetudinem, quia tunc sufficerent quadraginta anni etiam contra Papam & Romanam Ecclesiam, *Butrio in repet. cap. fin. de consuet. per Clement. ne Romani de elect. latius per Fel. d. cap. ad audientiam col. penult. vers. limitat tertio de præscript. Franciscus Balbus tract. de præscript. in prima parte quintæ partis principalis vers. veniens itaque ad primam, num. 22.*

8 Pro confirmatione conclusionis hujusce quæstionis est, quod notat glossa & Abbas, *cap. 2. de restitutione in integrum*, quod in causa subjectionis mota contra subjectum debeat vocari Dominus, quia ejus interest, vertitur enim eo in judicio interesse & damnũ Domini, prout quoque in judicio exemptionis præjudicium Papæ. *Abbas c. cum super cap. pen. de Rejudic. c. auditis de præscript.* qui proinde eo judicio est nominandus. *glo. d. c. 2. verb. in damnum de Rest. in integ. arg. c. quoniam § penult. ut lite non contestat. l. 2. C. ubi in rem actio.*

9 Secundò, quod servi aut prælati non possint præjudicare Domino aut Ecclesiæ in quæsitis, sed bene in quærendis, *l. ult. C. de acq. poss. l. servus C. de pact. Rom. cons. 184. glo. & DD. l. jubemus nullam C. de sacros. Ecclesiis.* præjudicarent autem in quæsitis si præscriptionem patiendo reverterentur in jurisdictionem ordinarii, cum præjudicio Pontificis immediati eorum superioris.

10 Quid autem si Ecclesiæ exemptæ concessum sit ut plena Ecclesiæ Romanæ gaudeat libertate, an ex suo capite tueri se poterit centenaria præscriptione? Archidiaconus id affirmavit, *cap. fin. de præscript. in 6.* at vero appositum quod & verius est censuit Baldus, quem secutus fuit Guido & alii, *Bald. Auth quas actiones, ibi sola Romana Ecclesia C. de sacros. Ecclesiis. Guid. decis. 36. glo. cap. dilectus verb. generetur de capell. Monach. Abb. cons. 57. vol. 2.*

11 Quid vero si privatus habeat jus commune cum Ecclesia Romana, an currat ei præscriptio minor quàm centenaria? paucis respondebo, quod non, *cap. ad audientiam § fin. ubi Innoc. num. 7. de præscript. Abb. cap. de quarta num. 19. eodem tit. Fel. cap. placuit nu. 6. eod. tit. Iaf. l. si emancipati num. 10. C. de collat. Hippol. singul. 231. Gaill. lib. 1. de pace*

de pace public. cap. 6. num. 19. In cujus confirmationem inserviunt quæ Rebuffus fusissime attulit *de privileg. scholar. privilegio 106. nu. 1. & seqq.* & quæ nos supra ex eodem & aliis recensuimus, *supra eodem lib. cap. 26.* adde Balbum de præscript. *partis 5. parte prima quæst. 4.*

QUÆSTIO XXXVI.

Exemptus ædificans in loco non Exemto Ecclesiam, num acquiratur illi Exemptio?

SUMMARIUM.

1. *Ecclesiæ ædificatæ in Diœcesi cedunt jurisdictioni Episcopi.*
2. *Quid si accedat licentia Episcopi, sibi aliquid in Ecclesia reservantis.*
3. *Testator fundans Capellam, non potest eam eximere.*

EXemptis non licet ædificare Ecclesias in Diœcesi Episcopi sine ejus licentia, *c. cum olim 2. de privilegiis cap. auctoritate eodem in 6.* alioquin enim cederet Dominio & jurisdictioni Episcopi. *Abb. d. cap. cum olim nu. 9. Franc. d. ca. auctoritate Spec. tit. de Privileg. part. 4. nun. 3. Anton. de Pratis de Jurisdict. Episcopi cap. 1. num. 3. & 4. & 7. Angel. in summa verbo Exemptus n. 11. & seq. & Fumus n. 10.* Nec enim quibusvis propria auctoritate oratoria capellas Ecclesiasve ædificare permittendum est. *Silva tract. de beneficio part. 1. quæst. 6. ubi late.* Si tamen accedat licentia & concessio Episcopi sibi ante ædificationem (ut censet Innocent.) aliquid reservantis, tum Ecclesia per Exemptum ædificata censebitur, *Innocent. c. dudum n. 2. vers. Item videtur in fine de privilegiis cap. inter dilectos de fide instr. Brixiensis in repertorio verbo Exemptio col. 5. in fine.* 1 2

Addo obiter, quod nec testator fundans capellam, possit eam eximere ab Episcopi potestate. *Barth. l. quoties §. fin. ff. de administ. tut. Abb. cap. cum dilectus not. 4. de consuet. Anton. de pratis tract. de jurisdict. Episcopi cap. 1. n. 3. & 5. cap. sic quidam cap. noverunt 20. quæst. 1. Abb. cap. requisisti nu. 22. de Testam. Fel. cap. cum venerabilem nu. 33. de except. Decius cons. 121. Mandos. de Signat. gratiæ tit. exemptiones col. 2. vers. amplio etiam & col. 5. vers. exemptio ab ordinario,* ubi dicit Episcopum hoc non posse concedere patrono in fundatione, *cap. 1. & 2. 10. quæst. 1. Innoc. cap. in Lateranens. in fine de præbendis,* adversaretur enim juri cui in Testamento renunciari non potest, *l. nemo potest ff. de leg. 1. Anto. de Pratis d. cap. 1. num. 7. vide infra lil. 4. cap. 57.* 3

QUÆSTIO XXXVII.

Exemptio an augeatur aucto Exempto?

SUMMARIUM.

1. *Privilegium extenditur ad augmentum.*
2. *Fallit, si tenderet in præjudicium tertii.*
3. *Exempta Diœcesi, exemptio non extenditur ad augmentum.*
4. *Fallit si ordinarius exemisset.*
5. *Si vero Papa exemisset fieret restrictio.*
6. *Fallit iterum, si augmentum esset latens.*
7. *Jurisdictio augetur vel minuitur ab incremento.*
8. *Exemptio nominatim data cum acquirendis extenditur ad futura.*

1 QUamvis Regulariter Privilegium principali concessum extendatur ad ejus augmentum, *cap. quia circa de privilegiis cap. ex parte cap. penult. de Decimis Barth. l. damni infecti § si is qui ædes. ff. de damno infecto late Barth. l. si ita ff. de auro & arg. legato Albertus Brunus tract. de augmento conclusione 9. per tot.*

2 Tamen si privilegium seu Exemptio tendat in præjudicium tertii; tunc non fit illius extensio ad augmentum superveniens, *Ang. l. si servitus col. pen. in pr. ff. de serv. vt Vrban. prædict. Jo. Andr. & DD. d. cap. quia circa. Albertus Brunus d. conclus. 9. 8. & seqq.* Ideòque censuit Angel, *d. l. si. servitus*, si Papa eximat Episcopum & totam suam Diœcesim à jurisdictione Archiepiscopi, quod aucta Diœcesi augmentum non erit à jurisdictione Archiepiscopi Exemptum. Ratio est, quia non debet fieri extensio in præjudicium tertii seu ordinariæ jurisdictionis. *Arg. l. si quando in pr. C. de inoffic. testam. l. impubes ff. de administ. tut. not. Hostiens. & Canonist. cap. cum capella & d. cap. quia circa de privileg.*

4 Quod fallit primò, si ordinarius de cujus præjudicio agitur exemptionem concessisset, Quia contra concedentem privilegium fit larga interpretatio, *d. c. quia circa & c. olim de verb. sign. cap. cum dilectus de consuet. l. fin. ubi suse DD. de constit. princip.* Adeò quidem, ut dispositio contra jus, quæ dicitur odiosa & stricte interpretanda. *c. 1. & 2. de filiis Presbit.* non debeat respectu concedentis dici odiosa, *Abb. d. cap. quia circa. Albertus Brunus d. conclus. 9. n. 10.*

5 Quod secus esset, si Pontifex vel alius exemptionem concessisset, tum enim in præjudicium tertii vel ordinarii deberet fieri stricta interpretatio, ut non fiat extensio ad augmentum, *DD. ubi supra ca. cum Dilecti de Donat. l. 2. § merito. § si quis à Principe ff. ne quid in loco publico l. nec anus c. de Emancip. liber. late DD. d. l. fin. de constit. princip.*

6 Fallit secundò, si augmentum esset latens ut est per alluvionem, nam si patens esset tale augmentum, non censeretur exemptum, *Ang. d. l. si servitus.* Quippe con-

cessio

cessio facta respectu certæ rei, non extenditur ad superve nientes res, quæ oculo distingui possunt, *d.l. si ita, ubi DD. ff. de Auro & argento legato, Albertus Brunus d. conclus. 9. num. 8. & 9.* Paucis jurisdictio omnis & exemptio augmentum recipit aut diminutionem ab incremento vel decremento, id quod plurifariam docet Baptista Aymus Parmensis *tract. de alluvionibus. lib. 2. cap. 6. cap. 16. & seqq. Albertus Brunus d. tract. de augmento.*

Fallit tertiò, nisi Exemptio concessa sit nominatim cum acquirendis, quia eo casu Exemptio extenderetur ad acquirenda in futurum, *Card. Clem. 1. §. ad hoc quæst. 7. de statu Monach. Caccial. de unionibus art. 4. n. 7. in fine.*

QUÆSTIO XXXVIII.

Exemptio an extendatur ad futura?

SUMMARIUM.

1. *Distinctio quorundam.*
2. *Conclusio. Exemptiones non trahi ad futura.*
3. *Maxime quando vertitur præjudiciũ tertii.*
4. *Tertii præjudicium quando dicatur verti.*
5. *Connexorum idem jus est & ratio.*

NOn absimilis est præcedenti hæc quæstio, quam Doctores adeò pugnantibus argumentis plurimum obfuscarunt, ut cujusque non sit expedita sententia: super qua videndus *Bartholom. Brixiensis Quæstione Dominicali 58. per tot. Petrus Antiboli tract. de munerib. parte 3. principali nu. 43. Albertus Brunus de Augmento concluſ. 5. num. 8. & seqq. & Concil. 9. Castrens. l. jubemus n. 8. C. de Sacros. Eccles. Guido quæst. 489. n. 1. & 3. Cugneo Auth. omnia Privilegia C. de Episc. & Clericis Jason l. qui filiabus nu. 12. 13. 14. de legat. 1. Jo. dilectus de arte testandi tit. 6. Cautela 10. & 55. Abb. & DD. cap. quia circa de privileg. Faber in Rubr. C. de sacros. Eccles. & in l. si quis C. quæ res pignori oblig. possint. & in l. non modis C. de servitutibus.*

In ea igitur sic quidam distinguunt: Aut quærimus de extensione ad futura per modum augmenti se habentia, tunc est respondendum eisdem conclusionibus & exceptionibus quibus ad præcedentem quæstionem. *DD. d. quæst. præcedenti Brunus d. concluſ. 9. n. 3. Clem. Literas ubi Imò & DD. de Rescript.* Aut de extensione ad futura per modum surrogationis, v.g. si Episcopo concedatur, ut quatuor Clerici sibi assistentes plenis beneficiorum fructibus non residentes gaudeant, si alii surrogentur, simili privilegio potientur. *Jo. Andr. c. fin. de verb. signif. in 6.* Regulariter enim in dispositione simpliciter concepta, comprehenduntur futura, quando ea in locum priorum surrogantur. *Alex. consil. 78. col. 2. d. c. quia circa per l. sicut in annos in 2. Resp. ff. Quẽ ad. servit. amitt. Aug. l. si. servitus ff. de servit. urb. præd. præses in loco à surrogatis.* Aut disputatur de extensione dispositionis ad futura simpliciter, seu neutro præcedentium

modo concepta. In ea refert, an dispositio sit favorabilis ac extendenda, an odiosa ideoque restringenda, Item, utrum dispositio sit de particulari aut universali. An collectivè vel universaliter & indefinitè concipiatur. Præterea utrum futura verisimiliter potuerunt prævideri, ac an de magno vel modico damno sit quæstio *Barth. & DD. d. l. si ita ff. de auro & arg. Innoc. d. Clem. literas Alber. de Rosat. l. fin. C. Quæres pig. oblig. poss. Brunus d. concluſ. 9. n. 4. latè Alexand. conſ. 178. per tot. vol. 2.*

2 Mihi concludendum videtur, quod exemptiones non extendantur ad Eccleſias seu res futuras aut poſtea quæſitas, *tex. Clement. 1. de cenſib. Clem. fin. de Reſcript. cap. Quia circa ubi Abbas de privilegiis, Guliel. de Cungno Auth. omnia privilegia C. de ſacroſ. Eccleſ. Petr. Antibol. tra C. de munerib. par 3. n 43.* Ratio, quia Regulariter beneficia & privilegia non extenduntur ad creata de novo. *d. Clem. literas ubi DD. & Clem. 1. de cenſibus.* Ideo cenſuit in ſimili quæſtione Cungno, *d. Auth. omnia privilegia*, quod ſi v.g. ſint 50. anni quod privilegia ſtudii Pariſienſis fuerunt conceſſa Tholoſano, nova privilegia Pariſienſi recenter data non cenſebuntur Tholoſano ſtudio eſſe conceſſa, Privilegia enim uni loco conceſſa, ſi alteri loco concedantur de præteritis & non defuturis intelligi debent, ut expreſſè tradit Stephanus de Fredericiis *Tract. de interpret. juris parte ult. n. 89. Jaſon l. qua filiabus n. 12. 13. 14. de leg. 1.* Nam oratio ejuſmodi & diſpoſitio indefinita ad præſens tamen tempus extenditur, *l. ſi ita & l. fin. in pr. ff. de auro & arg. legato.* Sic auro legato non venit futurum, & ſervis legatis veniunt tantum præſentis temporis non futuri, *l. uxori §. 1. l. nomen debitoris. §. 1 de leg. 3. l. uxorem §. teſtamento ff. eodem l. melâ in pr. de alim. legat.* prout & in contractibus, in eis enim verba referri ſolent ad tempus præſens, ideo ſervitute conſtituta attenduntur tantum prædia tempore conſtitutionis ſervitutis, *l. in lege l. rutilia ff. de contr. empt. l. hoc jure §. 1. ff. de aqua quot. & æſtiva l. non modus ubi faber & DD. C. de ſervitutibus l. damni infecti ſtip. § ſi is qui vicenas ff. de damno infecto Bartholom. Brixienſ. d. quæſt. 58.*

3 Quæ tamen concluſio non eſt ita generaliter admittenda, nam ſi non vertitur præjudicium tertii, ſed tantum concedentis, privilegium ſeu exemptio traheretur ad futura, *Brunus d. Concil. 9. n. 9. & 10.* Hoc ſenſu accipiendum eſt quod exempto caſtro per Principem à Civitate, ſi creſcit vel augetur caſtrum, augetur exemptio. *Bald. l. cum fundus ff. de legat. 2. & c. 1. §. præterea ducatus, de prohibit. Alien. Feud. pro Freder. Barth. & DD. l. ſi convenit §. ſi nuda ff. de pig. act. Brunus d. tract. de augmento conſuſ. n. 8. & 9. Alberic. d. l. Rutilia ff. de contr. empt.* ejuſmodi enim exemptionis privilegium in præjudicium Principis concedentis eſt favorabile & extendendum, *Abb. cap. una 1. cap. eorum parte 2. de decimis cap. odia de Reg. jur. in. 6. Barth. & DD. l. damni infecti § ſi is qui hares ff. de damno infecto ubi additio.*

4 Qua in re diligenter animadvertendum eſt, quænam immunitas ſeu exemptio dicitur conceſſa in præjudicium tertii, ex ea enim præcipua hujus queſtionis cen-

ſura

rura dependet. Quod appositè notavit Alexand. *cons.* 78. *Incip. in occurrenti vol.* 2. dum dixit exemptionem censeri in præjudicium tertii, si v. g. civitati sit onus solvendum vel castro, non autem ipsi principi immunitatem concedenti, Aut si propter exemptum onus accresceret non exemptis, vel si jurisdictione ordinarii, quæ est valde favorabilis, per exemptionem detraheretur. Adeo quidem, ut meritò per Alexand. & alios reprobetur Io. de Imola *in d. §. si is qui ades* qui putavit privilegium & immunitatem trahi ad futura, quamvis in ea verteretur damnum & præjudicium tertii. *Alex. consilio allegato Ias. l. qui filiabus ff. de leg.* 1. *Brunus d. concil.* 9. *n.* 12.

Sustineri tamen posset Imolæ sententia, in casu quo futura essent necessario connexa & accessoria rebus prius principaliter exemptis. Quia connexorum idem est jus & ratio. *per l. si mancipia ff. de fundo inst. legato l. fin. §. Cajo ff. de libert. leg. l. cum fundus nominatim ff. de leg.* 2. *Fab. & d. l. non modus in fin. C. de servitutibus*, prout augmento latenti diximus capite præcedenti. Quæ omnia fusissimè traduntur præter doctores jam allegatos à Jasone, *l. si stipulatus fuerim §. cum stipula n.* 9. *ff. de verb. obligat. l. si ex toto n.* 11. *ff. de leg.* 1. *& d. l. qui filiabus. Guido quæst.* 469. §

QUÆSTIO XXXIX.

De Conservatoribus.

SUMMARIUM.

1. *De Conservatorii definitione & materia.*
2. *Conservatores quis creet.*
3. *Qui possint esse.*
4. *Vicarii & officiales an possint esse conservatores.*
5. *Utrum Canonici Cathedrales.*
6. *Quibus negotiis se intromittant.*
7. *Lex excommunicans facientem an comprehendat mandantem.*
8. *Conservator datus ad tutelam de quibus cognoscat.*
9. 10. 25. *An & quomodo cognoscat de circumstantiis notorii.*
11. *Quid excipiatur jure factum.*
12. *Quid si excommunicetur contumax qui non manifestè molestavit.*
13. *An coercere posset inferentes injuriam.*
14. *Quamdiu duret eorum potestas.*
15. *Stylus hodie in conservatoriis repugnaturi.*
16. 21. *Quid si diversi recurrant ad diversos conservatores.*
17. *Legati à latere an impediant conservatores.*
18. *Quid importet clausula* præsentib. post quinquennium minime valituris.
19. 22. *Conservator an delegare possit.*
20. *Formula conservatoriarum. Bulla conservatoria Abbatis S. Laurenti Leodiensis & Decani SS. Apostolorum Colonienſis.*
23. *A sententiis conservatorum ad quos appelletur.*
24. *An*

24. *An possint inquirere.*
27. *Quomodo coercere possit ordinarium.*
28. *Legatus habens facultatem cognoscendi de causis appellationum à iudicibus authoritate S. Sedis delegatis, an possit cognoscere de causis appellationum à conservatore interpositarum.*
29. *Iurisdictio conservatorum an sit favorabilis vel odiosa.*
30. *Conservatores an possint cognoscere in prima instantia.*
31. *Conservatores deputati pro injuriis, an cogere possint debitores ad solutionem.*
32. *Exemptus pendente appellatione recurrendo ad conservatorium, an dicatur attentare.*
33. *Conservator an possit recusari ne suspectus.*
34. *An possit reponere adversus suas sententias.*

1 COnservator est judex datus ad tuendum aliquos contra manifestas injurias omnes vel certas judiciali utens indagine. Seu conservatores dicuntur delegati contra infringentes privilegia, *DD. cap. 1. & fin. de offic. deleg. in 6. Beatus Antonius Archiepisc. Florent. tract. de excommunicatione cap. 37. num. 3. & per tot. Franciscus de platea tract. eodem §. 57. num. 2. & seqq. Bartholom. Fumus & Angelus in verb. conservator.*

Paulò vero aliter Innocentius *cap. statuimus de off. deleg. in 6.* his verbis. „ Conservatores aliquando dantur ut defendant aliquos contra raptores & prædones, alii „ dantur contra eos qui aliquorum privilegia infringunt. Aliquando generalius dan„ tur, scilicet ut defendant aliquos ab omnibus injuriis & offensis, & in nullo prædicto„ rum casuum aliquam habent indaginem conservatores, nisi in hoc, ut vocent eos qui „ molestatores & injuriatores dicuntur, qui si venerint interrogabuntur an injurias in„ tulerint, & si eas confessi fuerint, tanquam contra manifestos injuriatores procedent, si „ vero negent, non procedent, quia per negationem res fit dubia, *l. 3. C. Quibus ad li*„ bert. proclam. non licet, & si processerint, non valet tanquam excedens fines mandati, „ quia non sunt manifesti injuriatores. Iurisdictio enim conservatorum limitata est tan„ tum contra manifestos, arg. l. diligenter ff. mand. cap. cum dilecti de Rescript. nisi ta„ men injuria & molestatio adeo esset ex jure factove notoria, quod non esset locus ne„ gationi, quia hoc casu processus sustineretur cap. tua de cohabit. cler. & mulier. cap. „ vestra. 2. quæstio. 1. Ita Innocent. cui addo quæ notavit Fumus, Conservatores pro„ priè secundum Archid. cap. 1. de offic. deleg. dicuntur hi, qui dantur contra infrin„ gentes privilegia, & latius qui dantur ut defendant ab injuriis & offensis & de his in„ telliguntur jura loquentia de conservatoribus. Aliquando dantur generalius secun„ dum privilegia, quæ sunt inspicienda, unde privilegia Sixti 4. Incip. Regimini, datur „ auctoritas fratribus Prædicatoribus & Minoribus eligendi quemlibet Canonicum „ vel habentem dignitatem qui possit defendere ab omnibus injuriis, id est secundùm „ Archid. ab omnibus quæ sunt contra jus, & quod ministret justitiæ complemen-

tum

rumsine strepitu, qui multa alia possunt quæ non possent conservatores, secundum jura allegata, hactenus Fumus. Porrò omnis eorum potestas ex jure pendet, & est hauriendæ ex constitutione Bonifacii VIII. qua loci formam præscribit & omnem solemnitatem ritumque quo coram eis judicia tractanda sunt, *d.c.fin. de offic.deleg.in 6.*

Unde datur nobis occasio quærendi, Primò quis possit ejusmodi conservatores creare? Papam seu Principem posse nemo dubitaverit. *Jo.And.Petr.de Anchr.ca.postquis de Reg.Jur.in 6.Franciscus de Platea d.tract.de excommun.§.57.n.7.* Item posse Legatum de latere, tradit Archidiac. & Francus *cap.1.nu.1.de offic.deleg.in 6.* Id tamen meritò nonnullis displicuit, *text.auth.ut nulli Judici liceat habere loci conservatores & Authent.ut judici sive quoquo suffragio §. nulli quoque & §. interdicimus col.2. & de Mandat. principum, §. eos autem col.3.* Unde putavit Jo.Andr. quod conservatores tantum per Pontifices concedi possint, *cap.fin. super ver.dictam de offic.deleg.Franciscus de Platea d.§.57.n.7.in fine, Beatus Antoninus d.c.37.n.3.* quod approbat Mandosius *tract.de signat. gratiæ tit.conservatorum vers. Alius à Papa.*

Secundò, qui possint esse conservatores? nulli possunt esse nisi sint Episcopi & eorum superiores, Abbates, vel qui in Cathedralibus vel colligiatis obtinent personatus vel dignitates; Præterea nemo potest esse conservator sui conservatoris, nec potest quis habere eum conservatorem qui est sub ejus jurisdictione seu dominio vel districtu Ecclesiastico aut temporali, exceptis tamen Regibus aut Reginis. *text.d. cap.fin. de offic. deleg.in 6.* Utrum verò Vicarius aut Officialis Episcopi possit esse, disputat. glossa. *Clem. 2.verb.delegatus de Rescript.* & Fumus, qui cum Gemm. censet quod sic *c.nullus de elect.in 6.* prout etiam Priores mendicantium, Guardiani qui Superiorem in domo non habent. *Fumus ubi supra n.2.* Dubium autem est utrum Canonici tantum Cathedrales esse possint? Specul. videtur affirmare, *tit.de Judice deleg.§.fin.n.24 Bertrand.cons.102.nobilis in secundis.* Mandosius tamen dicit quod non consueverint esse, *tract.de signat gratiæ vers.sed quo ad canonicos in fine*: quod verò esse possint, satis videtur constare ex constitutione Clementis VIII. quæ hic subiicitur, quam accepiam refero ab eximiæ eruditionis viro Ricardo Pauli Stravio, qui sanè quam laudabiliter totis decim annis operam dedit S. Congregationi Illustrissimorum Cardinalium negociis Episcoporum & Regularium Præpositorum, quibus summa cum integritate & pari vigilantia à secretis adstitit. Tenor dictæ Constitutionis talis est.

1

2

3

4

5

CLEMENS

CLEMENS PAPA VIII.

SAnctissimus in Christo Pater, & Dominus Noster Dominus Clemens Divina providentia Papa VIII ne ob malitiosam petentium suggestionem, & ex eo, quod ob locorum distantiam personarum quibus causæ mandantur, certa notitia haud ita facile habere potest, per Iudices aliquos minus interdum idoneos in conservatores deputatos causas ipsas cognosci contingat, cupiens salubriter providere, revocavit, ac declaravit nullas, invalidas, & subreptitias omnes, & quascumque Iudicum deputationes in litteris Conservatoriis juxta formam in quinterno Cancellariæ descriptam, seu aliàs quomodolibet expeditis hactenus per Sedem Apostolicam perpetuo, vel ad tempus nondum elapsum concessas, & directas iis conservatoribus, & Iudicibus, qui qualitates non habent requisitas, & descriptas in Constitutione fel. rec. Bonifacii Papæ Octavi Prædecessoris sui, quæ incipit *Statutum*, quique etiam in Conciliis Provincialibus, aut diœcesanis, juxta Decretum Concilii Tridentini electi, & designati non sunt ad instantiam quorumcunq; Conventuum, Capitulorum, Militiarum, Universitatum, Collegiorum, Ordinum, ac in favorem quorumvis Monasteriorum, Hospitalium, & aliorum quorumvis piorum, tam sæcularium, quam cujusvis Ord. aut instituti Regularium locorum quantumvis exemptorum obtentas, cum quibusvis præservativis, restitutivis, mentis attestativis derogatoriam derogatoriis, efficacioribus, & insolitis clausulis, & decretis, quorum omnium tenores Sanctitas Sua haberi voluit pro expressis; non tamen quoad negotia jam cæpta, vel quoad ea in quibus illæ suum sunt sortitæ effectum, seu exequutionem habuerunt: Ac etiam insuper voluit, & ordinavit, quod omnes deinceps literæ Conservatoriæ hujusmodi per Sedem Apostolicam concedendæ ad Conservatores, & Iudices dumtaxat dirigantur, qui qualitates juxta dicti Bonifacii Constitutionem habeant, quique in præfatis Conciliis electi, & designati sint & non aliis, alter vero expeditæ literæ præfatæ nullius sint roboris, vel momenti. Decernens, &c.

Quærente Archiepiscopo Turritano, an Regulares unius conventus, monasterii, vel Domus aliquem Priorem seu Guardianum, vel quemvis alium quavis dignitate regulari fungentem in suum Conservatorem eligere vel deputare possint? Sacra Congregat. Cardinalium negotiis Regularium præpositorum non posse respondit. Romæ. 6. Octobris 1617.

Anth. Maria Card. Gallus Locus Sigilli. *V. Theatius Secret.*

Tertio de quibus possint se intromittere? Respondeo, de notoriis tantum & manifestis injuriis, in notoriis enim habent judicialem indaginem. *Innocent. d. cap. statutum num. 1. & 4. de offic. deleg. in 6. Franc. d. cap. 1. num. 3. vers. ult.* Secus in aliis, alioquin si se minimè notoriis causis quæ indaginem postulant intermiscerent per

annum

annum ab officio suspenderentur, & pars quæ id procuraret, excommunicationem incurreret. *Navarr. in Manuali cap. 27. Tit. excommun. libri 6. numer. 125. fol. 923. Eumus verb. Excommunicatio vers. Excommunicatio 85. & text. d. cap. fin. Mandosius in Annalibus casibus numer. 52. casu 181.* In judice tamen scientia requiritur vel saltem ignorantia juris seu affectata, ut dispositioni Bonif. sit locus, *gloss. ibidem, & Beatus Anton. d. cap. 37. in pr. Platea d. §. 57. n. 5.* In parte vero ut ipsamet sollicitet, non enim illam incurreret procurator, prout neque ipsa pars, si judex ad ulteriora non processisset.

Nam lex Excommunicans aliquem facientem, non comprehendit procurantem seu mandantem, nam non debent extendi Excommunicationes de uno casu ad alium, cum sint stricti juris, *late Navarrus d. cap. 27. tit. de Excommun. à jure latis* 7
2. fol. 872.

Porrò si conservator datus esset ad tutelam, non solum cognosceret de manifestis, sed etiam de aliis. *Petr. de Pal. Eumus d. verb. Excommunicatio 85. in fine.* 9

Adeò autem debent esse notoria & manifesta, ut si per testes probetur injuriam esse commissam, sed non quod fuerit notoria ejusmodi probatio, parti non nocebit. *Innocent. d. cap. statuimus numer. 6. vers. sed si per testes,* habent enim conservatores jurisdictionem qualificatam, ut procedere nequeant nisi in notoriis, *d. cap. 1.* 10
& fin.

Licet verò inquirere possint de occultis circumstantiis, quæ sunt accessoriæ notorio, tamen de occulto facto seu de occultis personis quæ sunt quædam principalia, non possunt. *Innocent. & DD. ubi suprà.* Unde fit, ut si is qui molestationem commisit, confitetur quidem illam, sed notoriam neget, quod conservator contra illum procedere possit, nam quamvis id non sit notorium facti evidentia, est tamen notorium per confessionem partis, *c. vestra de cohabit. mulier. Innocent. d. cap. statuimus num. 6. post med.* qua in materia quomodo testes dicere debeant ut notorium probari possit, tradit Innoc. *d. n. 6. vers. dicunt quidam quod testes. Ant. de Butrio tract. de notorio.* 11

Quartò, quid si injurians factum quidem fateatur, non tamen per injuriam sed jure & bene factum asserat? Hoc casu conservator judicialem habebit indaginem, non ex vi dispositionis Bonifac. sed consensu partium, admittetque probationes utriusque, nec enim aliter ejus jurisdictio expediri explicarique posset. *Innocent. d. cap. 1. numer. 6. & 7. de offic. deleg. in 6. Beatus Anton. d. cap. 37. num. 7. Platea d. §. 37. 1 numer. 3.*

Quintò, quid si excommunicet contumacem, quem ex post facto constat quidem fuisse injuriatorem seu molestatorem, sed tamen non manifestum, an id subsistat? Sunt qui ajunt & qui negent, ut est videre apud Innocentium, cui propter auctoritatem assentior, *d. cap. 1. n. 2. vers. sed quæres.* Sextò

13 Sextò utrum conservator punire possit injuriam nedum illatam, sed etiam inferendam? glossa respondet affirmativè, cui assentitur Franciscus de Platea *d.* §. 5. *numer.* 4.

14 Septimò quamdiu duret potestas conservatorum? Respondetur usque ad obitum concedentis, idque quoad negotia tantum nondum cœpta, in iis enim quæ cœpta sunt, res desijt esse integra. *Bonif. de const. cap. fin. Bero cons.* 49. *visis num.* 20. *l.* 3. *Mandos. d. tract. de signat. grat. tit. de conservatoria vers. addi deberet in fine.* Ex quo videtur eos esse judices delegatos. *Alciat. in Rubr. de officio ordinari in.* 18. *Fumus ubi supra n.* 4. *Iason Rubr. Instit. de actio: post n.* 14. *Mandos. d. tract. de signat. grat. tit. conservatoria in pr.* Licet in nullis differant à judicibus delegatis, ut est videre in glo. *d. c. fin. in verb. edita de offic. deleg. in* 6.

15 Octavò num eadem hodie observentur? utique, lex enim semper loquitur *l. Ariani C. de hæreticis.* Idque nisi novis diplomatibus juri derogetur, quod frequenter fieri testatur Angel. *d. verb. Conservator nu.* 6. *in summa*, fecitque Concilium Trid. teste Navarro *d.* 125. *sess.* 14. *n.* 5. *de Reform. Mandos. tract. de signat. gratiæ tit. Conservatoria vers. an autem ultra præmissa, ubi dicit stylum curiæ repugnare juri communi, ideo hoc c. Decretalium de Conservatoribus parum esse in usu late Capucinus in Compendio Privilegiorum minorum in verb. Conservatores.*

16 Nonò, quid juris si singuli recurrant ad suos conservatores obtineantque adversus invicem inhibitiones censuraſve? Certè locus esse debebit præventioni ut ille tantum procedat, qui prior fuit aditus & præventus, *l. unic. ff. de offic. Consulis Rom. cons.* 412. *pro habenda col.* 2. *Decis. pa.* 177. *Collegium societatis. Mandosium tract. de signat gratiæ tit. Conservatoria.* In pluribus enim insolidum delegatis locus est præventioni ut ille solus procedat qui prævenit, *text. cum gloss. c. cum plures ubi Francus n.* 2. *de off. del. n.* 6. Nonnunquam tamen ne se mutuo impediant recurrendum erit ad curiam Rom. ut contigisse Collegio Societatis Jesu contra Fratres Augustinienses refert Mandosius jam citatus, *gloss. d. cap. cum plures ubi etiam textus de off. deleg. in* 6. Quod tamen necesse non esset, si Conservatores intra suarum facultatum carceres se continerent, *juxta Navarrum c. cum contingat. remed.* 1. *n.* 6. *de rescript.* qua de re uberius videri poterunt. *DD. in c. Cum parati ubi Wamesius n.* 3. *de appellat.* Dum disquirunt in concursum plurium superiorum cui potius sit parendum, quo in loco etiam Abbas *num.* 8. *& seqq.*

17 Decimò, utrum legati à latere vel ordinarii ejusmodi conservatores impedire possunt? neutiquam, sunt enim hoc in delegatione majores nedum ordinariis sed etiam legatis à latere, *c.* 2. *de offi. deleg. Petr. de Anchar. cons.* 131. *n.* 4. *vol.* 1. *Carol. Rum. Cons.* 3. *circa illud vol.* 4. *Bertr. Cons.* 102. *Nobilis, ubi dicit eos esse magnæ dignitatis. Mandos. d. tract. de signat. gratiæ tit. de Conservat. post pr.*

18 Undecimò, quid importet frequens hæc clausula in Conservatoriis, *Et ad quin-*

quen-

quennium duntaxat) vel, (*præsentibus post quinquennium minimè valituris*) Respondeo quod jurisdictio isto tempore elapso finiatur etiam quoad cœpta seu inchoata, *Jo. Andr. cap. fin. de offic. deleg. in 6. & in addit. ad Spec. tit. de Judic. deleg. num. 24. vers. Est secundum, Mandos. d. tit. de Conservatoria vers. addi deberet*; Alioquin enim, omissâ ejusmodi clausulâ conservatoria quoad ad negotia saltem cœpta, perpetuò durabit, *l. quod semel ff. de Decret. abord. faciend. l. juriperitos, & ibi honor delatus finem certi temporis & loci non haberet. ff. de excusat. tut. Ber. d. cons. 49. lib. 3. Mandos. ubi supr.*

Duodecimò, utrum conservator possit committere vices suas alteri? Speculator tenet, quo possit eo in casu, quod habet judicialè indaginem seu causæ cognitionem, puta in cognoscendo an injuria vel offensa sit manifesta; in aliis autem non posset, *c. fin. de offic. del. Spec. d. n. 24. cum ampla ad.* Si verò forma Conservatoriæ esset latior & ubetior, quàm sit de jure communi, tum ablolutè posset, velut est ea quæ dicitur esse Concilii Viennensis, qualis quoque est concessa Episcopo Parmensi, per quam datur facultas conservatoribus, quod etiam in iis quæ judicialem requirunt indaginem, per se vel alios procedere possint & citare usque ad quatuor dietas, Adeo quidem, ut dispositio juris communis hac in parte parum sit in usu, teste Mandosio, quippè quod hodie alius sit Rom. curiæ usus atque stylus. *Mandos. d. tit. de Conservatoria. Spec. in addit. d. num. 24. in pr.* Est enim hodie conservatoriæ talis ut sequitur forma teste Mandosio.

Beatissime Pater: supplicat humiliter S.V. devotus illius orator N. Rector Ecclesiæ P. quatenus ipsius oratoris ac dictæ Ecclesiæ omniumque aliorum & singulorum beneficiorum cum cura & sine cura Sæcularium & Regularium quæ in titulum & in commendam obtinebit indemnitati opprotune providendo, aliquos conservatores dare & deputare qui Ecclesiam, beneficia hujusmodi ac oratorem ipsum adversus inferentes sibi, Ecclesiæ & beneficiis præfatis in fructibus, decimis, obventionibus, aliisque bonis spiritualibus & temporalibus injurias, molestias, jacturas atque damna juxta formam militantis Ecclesiæ in Cancellaria descriptam & cum potestate aggravandi & reaggravandi toties quoties opus fuerit, ac etiam citandi per edictum publicum quatenus ad citandos tutus non pateat accessus, etiam invocato &c. ad hoc auxilio brachii Sæcularis dare deputare dignemini de gratia speciali constit. & ordin. Apostolicis etiam Bonifac. Papæ VIII. de una, &c. stilo palatii, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscumque, cum clausulis opportunis & consuetis, & cum absolutione à censuris, &c. Et de conservatoria in forma ut supua. Et cum potestate citandi etiam per edictum publicum, &c. Et cum derogatione, &c.

Conservatoriæ Cleri Sæcundarii Diœcesis Leodiensis forma est uti sequitur.

NICO-

NICOLAUS Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis Filiis Abbati S. Laurentii extra muros Leodiens. & Sanctorum Apost. Colon. & S. Joan. Trajectens. Ecclesiarum Decanis, Salutem & Apostolicam benedictionem. Quoniam refrigescente charitate multorum iniquitas adeò abundavit, ut quorundam successa velut ignis impietas, contra Ecclesias & personas Ecclesiasticas tantò validius inflammetur, quanto variores qui eas tueantur, contra pravorum incursus invenit objectores. Nos quibus & debito Pastoralis officii ipsarum Ecclesiarum & Personarum sollicitudo curaq; incumbit, ibi fortius insurgere cogimur, ubi impiorum iniquitas magis & periculosius exardescit, sanè dilectorum filiorum Decanorum & Capitulorum singulorumque Canonicorum, & personarũ Collegiatarum Civitatis Diœcesis Leodiensis Ecclesiarum, conquæstione percepimus; Quod nonnulli Archiepiscopi, Episcopi, aliique Ecclesiarum Prælati & Clerici ac Ecclesiasticæ personæ tam Religiosæ quam Sæculares, necnon Duces, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles, Milites & Laici communia Civitatum, Universitates oppidorum, Castrorum, villarum & aliorum locorum ac aliæ singularum personæ Civitatum & Diœces. partiumque diversarum contra laudabiles consuetudines à tempore cujus contrarii memoria non existit inviollabiliter observatum, nec non privilegia inducta, exemptiones, libertates, immunitates Francisias, ipsis Decanis, Capitulis, Canonicis personis & Ecclesiis in genere vel in specie etiam à Sede Apostolica concessa temere venientes ipsos ac dictarum Ecclesiarum supposita communiter & divisim eo fortius & gravius impugnare præsumunt, ac majores injurias, molestias & jacturas eis inferre conantur, quo per illa sunt donati majori libertate. Quare pro parte eorundem Decanorum, Capitulorum, Canonicorum, personarum & suppositorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut cum eis valde reddatur difficile pro singulis quarelis ad Apostolicam Sedem habere recursum, providere ipsis super hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur adversus præsumptores, molestatores & injuriatores hujusmodi ire volentes, eisdem Decanis, Capitulis, Canonicis, personis & suppositis remedio subvenire, per quod temeritas ipsorum compescatur & aliis aditus committendi similia præcludatur, discretioni vestræ per Apostolicam scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios etiamsi sint extra loca in quibus deputati estis conservatores & judices præfatis Dominis, Decanis, Capitulis, Canonicis, Personis, suppositis communiter vel divisim efficacis defensionis præsidio assistentes non permittatis eos vel eorum aliquem contra consuetudines & Francisias ac privilegiorum, indultorum, exemptionum, libertatum & immunitatum hujusmodi formas & tenores à prædictis vel quibusvis aliis indebite molestari, vel eis gravamen seu injurias irrogari, facturi, dictis Decanis, Capitulis, Canonicis, personis & suppositis cum ab eis vel Procuratoribus suis aut eorum aliquo desuper fueritis requisiti de quibuslibet molestiis, gravaminibus atque injuriis præsentibus & futuris, nillis videlicet, quæ Judicialem requirunt indaginem summariè, de plano sine strepitu & figura judicii, in aliis vero pro ut qualitas eorum exegerit justitiæ complementum præsumptores,

ptores, molestatores, & injuriatores hujusmodi, nec non contradictores quoslibet & rebelles cujuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, præeminentiæ, vel nobilitatis fuerint, quandocunque & quotiescunque expedierit, auctoritate nostra per censuram Ecclesiasticam & alia opportuna juris remedia appellatione postposita compescendo, invocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis, non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ octavi prædecessoris nostri. In quibus cavetur, ne aliquis extra suam civitatem & diœcesim nisi in certis exceptis casibus & in illis ultra unam dietam à finibus dioecesis eorundem trahere præsumant, dummodo ultra duas dietas aliquis auctoritate præsentium non trahatur, seu quod de alius quam de manifestis injuriis & violentiis ac aliis quæ judicialem requirunt indaginem pœnis in eos si secus egerint & in id procurant adjectis, Conservatores se nullatenus intromittant, quam aliis quibuscunque constitutionibus à Romanis Pontificibus tam de Iudicibus delegatis & Conservatoribus, quam personis ultra certum numerum ad Iudicium non vocandis, aut aliis editis, quæ vestræ possint in hac parte jurisdictioni & potestati ejusque libero exercitio quomodolibet obviare, seu si aliquibus communiter vel divisim à dicta sit Sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari, aut extra vel ultra certa loca ad judicium evocari non possit per literas Apostolicas, non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi ac eorum personis, locis, ordinibus & nominibus propriis mentionem & qualibet alia dicta sedis indulgentia generali vel speciali cujuscunque tenoris existat, per quam præsentibus non expressum vel totaliter non insertam vestræ jurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de qua cujusque toto tenore habenda sit in litteris nostris mentio specialis; cæterum si per summariam informationem super his per vos recipiendum vobis constiterit, quod præsumptorum, molestatorum, injuriatorum, contradictorum & rebellium, atque aliorum de quibus expedierit præsentia, monitionibus & citationibus de ipsis faciendis secure vel commode haberi nequeant, per edicta publica loeis affigenda publicis & vicinis, de quibus sit verisimilis conjectura, quod ad ipsorum præsumptorum, molestatorum, injuriatorum, contradictorum, rebellium & aliorum prædictorum notitiam pervenire valeant faciendi plenam & liberam concedimus tenore præsentium facultatem, ac volumus, & Apostolica auctoritate decernimus, quod monitiones & citationes hujusmodi perinde arctent ipsos monitos & citatos, ac si eis intimatæ & insinuatæ personaliter, præsentaliter, legitime extitissent, & insuper volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod quilibet vestrum valeat prosequi articulum etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento Canonico prapeditus, quodque à data præsentium sit vobis & unicuique vestrum in præmissis omnibus & eorum singulis ceptis & non ceptis, præsentibus & futuris perpetuata potestas & jurisdictio attributa, ut eo vigore, eaque firmitate possitis in præmissis omnibus ceptis & non ceptis, præsentibus & futuris & pro prædictis procedere, ac si prædicta omnia & singula coram vobis cepta fuissent & juri[sdi-]

risdictio vestram ac cuiuslibet vestrum in prædictis omnibus & singulis per citationem vel modum alium perpetuata legitime extitisset constitutione prædicta super conservatoribus & qualibet alia in contrarium edita non obstante præsentibus perpetuo duraturis. Datum Romæ apud Sanct. Petrum Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo, quarto Idus Octobris, Pontificatus nostri Anno quinto. signatum supra plicam. Ita est Rizonicus.

SIXTUS Episcopus Servus Servorum DEI, Dilectis Filiis Abbati Monasterii Sancti Laurentii extra muros Leodienses, & Sanctorum Apostolorum Colonienſis ac Sancti Ioannis Trajectensis Ecclesiarum Decanis Salutem & Apostolicam benedictionem. Gregi Dominico licet immeriti divina præordinatione præsidentes circa curam Ecclesiarum omnium solertia reddimur indefessa sollicitudine, ut juxta debitum pastoralis officii eorum occuramus dispendiis & proventibus, divina cooperante clementia intendamus, dudum siquidem per felic. recordationis Nicolaum Papam quintum prædecessorem nostrum dilectorum filiorum Decanorum & Capitulorum singulorumque Canonicorum & personarum collegiatarum Civitatis & diœcesis Ecclesiarum conquestione percepta, quod nonnulli Archiepiscopi, Episcopi, aliique Ecclesiarum Prælati & Clerici ac Ecclesiasticæ personæ tam religiosæ quam seculares, necnon Duces, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles, Milites & laici communia civitatum, universitatum, oppidorum, castrorum, villarum & aliorum locorum ac aliæ singularis personæ, Civitatis & Diœcesis partiumque diversarum contra laudabiles consuetudines à tanto tempore, cujus contrarii memoria non existebat inviolabiliter observatas, nec non privilegia, indulta, exemptiones, libertates, immunitates & Francisias ipsis Decanis, Capitulis, Canonicis, personis & Ecclesiis in genere vel in specie etiam à Sede Apostolica concessa temerè venientes ipsos ac dictarum Ecclesiarum suppositos communiter & divisim & fortius & gravius impugnare præsumebant, ac majores injurias, molestias & jacturas eis conabantur inferre, quorum illa erant donati majori libertate pro parte eorundem Decanorum, Capitulorum, Canonicorum, personarum & suppositorum eidem prædecessori humiliter supplicato, ut cum ea valde redderetur difficile pro singulis quærelis ad præfatam sedem habere recursum, providere ipsis super hoc paterna diligentia curaret; Idem prædecessor vobis vestris propriis nominibus minime expressis per Apostolica scripta dedit in mandatis, ut vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios, etiamsi essetis extra loca in quibus deputati eratis conservatores & Iudices præfatis Decanis, Capitulis, Canonicis, personis & suppositis communiter vel divisim efficacis defensionis præsidio assistentes non permitteretis eos vel eorum aliquem contra consuetudines & francisias ac privilegiorum, indultorum, exemptionum

ptionum, libertatum & immunitatum hujusmodi formas & tenores à prædictis vel quibusvis aliis indebitè molestari, veleis gravamina seu injurias irrogari facturi, dictis Decanis capitulis Canonicis personis & suppositis cum abeis vel procuratoribus suis aut eorum aliquo desuper essetis requisiti de quibuslibet molestiis gravaminibus atque injuriis tunc præsentibus & futuris in illis videlicet quæ requirebant Iudicialem indaginem, summarie de plano sine strepitu & figura Iudicii, in aliis vero, prout qualitas eorum exegerit institiæ complementum præsumptores, molestatores & injuriatores hujusmodi necnon contradictores quoslibet & rebelles cujuscumque dignitatis, status, ordinis, conditionis, præeminentiæ vel nobilitatis forent, quomodocunque & quotiescumque expedirat per censuram Ecclesiasticam & alia opportuna juris remedia appellatione postposita compescendo, invocato ad hoc si opus foret, auxilio brachii secularis, prout in ejusdem prædecessoris litteris desuper confectis plenius continetur. Cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte Decanorum, Capitulorum, Canonicorum, personarum & suppositorum prædictorum petitio continebat, à nonnullis revocetur in dubium, an Archiepiscopi & alii præfati inferentes eisdem Decanis, Capitulis, Canonicis, personis & suppositis molestias, injurias atque damna in bonis mobilibus & immobilibus ad ipsos Decanos, Capitula, Canonicos, personas & suppositis tam ratione Canonicatuum & prebendarum ac dignitatum, personatuum, administrationum & officiorum quæ in dictis Ecclesiis obtinent, quam aliarum quomodolibet pertinentibus, ipsorum Decanorum, Capitulorum, Canonicorum, personarum & suppositorum debitores ratione Canonicatuum & prebendorum, dignitatum, personatuum, administrationum & officiorum prædictorum, & alias etiam alia quam beneficiorum Ecclesiasticorum ratione, coram vobis dictarum litterarum vigore in causam trahi possint & ad Iudicium evocari, atque contra eosdem molestatores, injuriatores & debitores juxta earundem litterarum continentiam procedere & justitiam ministrare valeatis, pro parte Decanorum, Capitulorum, Canonicorum, personarum & suppositorum prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut in præmissis oportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur prædictum ambiguitatis dubium submovere volentes, hujusmodi supplicatione inclinati, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus contra Archiepiscopos & alios in dictis litteris expressos inferentes eisdem Decanis, Capitulis, Canonicis, personis & suppositis injurias, molestias atque damna in bonis mobilibus & immobilibus spiritualibus & temporalibus ad ipsos Decanos & Capitula, Canonicos, personas & suppositos tam ratione quorumcumque beneficiorum suorum Ecclesiasticorum, quam personarum suarum ac alias qualitercumque & quavis occasione seu causa spectantes & pertinentes, necnon contra quoscumque eorundem Decanorum, Capitulorum, Canonicorum, personarum & suppositorum etiam alia quam beneficiorum Ecclesiasticorum ratione debitores, alias juxta litterarum dictarum continentiam atque formam procedatis

&

& iustitiam faciatis in omnibus & per omnia, perinde ac si in eisdem litteris de bonis & debitoribus prædictis plena & expressa mentio facta fuisset, non obstantibus præmissis ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus illis quæ idem prædecessor in dictis litteris voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis Domini, Millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio, septimo Calendas Novembris, Pontificatus nostri Anno tertio, Signatum L. de Fulgineo.

NOS Decani Ecclesiarum Collegiatarum Civitatis Leodiensis, chartarumque privilegiorum, immunitatum, exemptionum diplomatum Cleri Secundarii Leodiensis in Archiviis apud Sanctum Petrum existentium clavigeri & custodes ad Petitionem Reverendi Patris Abbatis Sancti Laurentii propè & extra muros Civitatis Leodiensis factam, quatenus favore justitiæ chartas, privilegia, immunitates, exemptiones & libertates dicti Cleri Secundarii tangentia & concernentia ac tangentes & concernentes in & ad manus Notarii nostri produceremus, ad effectum eorundem copiam authenticam obtinendi, & illam coram quibuscumque judicibus & curiis pro defensionibus & tuitionibus suis & Monasterii sui contra quascumque personas exhibendi & producendi rogati & requisiti, attendentes hujusmodi requisitionem justam & rationi consonam, quodque justa petenti non sit denegandus assensus. Ideo hujusmodi Archivia nostra accedentes illa apperuimus, & juxta designationem privilegiorum nostrorum, exemptionum & libertatum nobis factam originalia munimenta ex hujusmodi Archiviis desumpsimus, atque exinde confectis copiis supra descriptis cum suis originalibus contulimus, & de verbo ad verbum collationavimus, atque per Notarium nostrum juratum ex suis Originalibus signari, Sigillique nostri appensione communiri fecimus & mandavimus sub anno à Nativitate Domini millesimo sexentesimo, mensis Februarii die penultima. Signatum Joann. à Lapide per Dominos Decanos & clavigeros supradictos Notarius.

21 Decimo tertiò, insurgit dubitario ex prædictis, si monasterio habenti membra in diversis diœcesibus dentur conservatores in diversis locis; An injuriator possit uno conservatore præsente infra dietam trahi coram alio, dummodo non ultra quatuor dietas? Quam quæstionem vide disputatam apud Ioan. Andreæ, *in addit. ad Spec. dicto num. 24.*

22 Decimo quartò, An subdelegare possunt his, qui jure quidem delegati esse possunt, sed tamen Conservatores esse non possunt. *vide Io. And. in d. add. ad Spec. n. 24. vers. tertio dubitatur.*

23 Decimo quintò, an à sententiis Conservatorum appellari possit ad Metropolitanum vel legatum? minimè, nec enim etiam eiusmodi consuetudo valeret, *Petr. de Ancharano Cons. 131. in Christi nomine, in primo dubio addit. ad Abbtem cap. 1. numer. 1.*

de offic. legati. Mandos. ubi supra, quippe quod Conservatores sunt longè majores atque digniores Legatis, ut dictum est hoc eodem capite, *n. 17. Abb. d. cap. 1. nu. 1. in add. vide infra nu. 28.*

Decimo sexto, utrum conservator possit via inquisitionis procedere? utique teste Jo. Andreæ. his verbis: Delegatus etiam datus super violentiis & injuriis illatis alicui Monasterio, potest per viam inquisitionis procedere. *Jo. Andr. in d. addit ad spec. n. 25.* Licet enim conservator datus in favorem Ecclesiæ, Collegii vel Universitatis nequeat communi jure cognoscere nisi de notoriis injuriis, tamen si pars neget injuriam esse notoriam, conservator poterit super hoc summariè inquirere cognoscere, ac desuper pronunciare. *glo. cap. 1. de offic. de leg. in 6. & cap. sui eodem lib. tex. & glo. cap. cum persona de privileg. in 6. cap. 1. de pœnis in 6. ubi & glo. Abbas sic ullus cons. 62. vol. 2. Boerius tract. de potest. legati à latere n. 59. vol. tract. 14. fol. 174.* 24 25

In argumentum ejusdem rei est, quod si simpliciter alicui certa & specifica forma rescribatur, nihilominus delegatus admittere debebit exceptiones rationabiles quamvis rescriptum nullam exceptionum faciat mentionem, *tex. cap. ex parte, ubi Abb. & Felin. de officio delegati, Boerius d. tract. num. 59. & 60.* accedit Felinus dicens, quod si judex sit datus super facto notorio, poterit de ejusmodi præparatorie cognoscere, utrum scilicet sit notorium necne, *Fel. cap. super litteris num. 20. & n. 32. de Rescript.*

Decimo septimò, quomodo cohibere poterit ordinarium jurisdictionem suam in exemptum exercentem? Pœnis censurarum & Excommunicationum. *DD. d. c. 1. de offic. del. in 6. cap si. judex de sent. Excom. in 6. not. Mynsing. cent. 6. obser. 7.* Incidere enim turbatores Exemptionum seu jurisdictionis Apostolicæ Sedis in censuras Bullæ Cœnæ Domini inferius tradidimus, *lib. 4. cap. 75.* 27

Decimo octavò, utrum si legatus habeat in suis facultatibus potestatem ut habet nunc Antonius Episcopus Vigiliarum rescribendi & cognoscendi de causis appellationum interpositarum à judicibus authoritate sanctæ Sedis delegatis, poterit ne appellationes à sententiis conservatorum delegare? posse videtur, quia delegatorum sanctæ Sedis nomine comprehenduntur conservatores, *cap. 1. de offic. deleg. in 6. Navarr. cons. 3. nu. 1. de off. deleg.* 28

Veruntamen, verior est opinio sentientium, quod committere non possit. *Nevis. cons. 35.* Ratio est, quia conservatores ad universitatem causarum deputati magis ordinariis quam delegatis comparantur, *VVamesius cons. 181. num. 4. tit. de appellat. glo. cap. cum causam verb. delegatus de appellat.* Quemadmodum sacram congregationem definivisse refert Navarrus *d. cons. 3. nu. 2.* Id ipsumque fusius explicatum est apud Nevisanum, *d. cons. 35. videatur Vantius de Nullit. sent. tit. coram quo nullitas proponi numer. 17.*

Decimo nonò, Sitne jurisdictio conservatoria favorabilis aut odiosa? Odiosam esse

29 esse & ideo restringendam post glossam, *in Clem. 2. de offic. ord.* scriptum reliquit Navarrus *cons. 3. n. 3. de off. deleg.* est enim à jure exorbitans, ideo restringenda. Quod ipsum infra insinuabimus *lib. 2. cap. 2. num. 19.*

30 Vigesimò, possint ne conservatores in prima instantia cognoscere? Posse refert Navarrus, idque se ex sacra congregatione didicisse *cons. 3. num. 2. vers. de offic. deleg.* usuque id evenire in Abbate S. Laurentii Leodii quotidie animadvertimus, refertque in Francia observari Boerius ad consuet. Bitur. tit. 2. §. 3. glo. 4.

31 Cæterum difficultas est, quando conservatores deputati sunt ad cognoscendum de injuriis, an poterunt exempti cogere debitores suos non solventes ad solutionem? Posse affirmavit Guido. *quæst. 18 in fine*, quia per retentionem debiti fit creditori injuria, *late specul. de instrument. edit. §. Nunc vero aliqua de ultimarum voluntatum executoribus vers. de hoc autem quæritur n. 69.* Non posse Alciatus *de præsumpt. Reg. 1. præsumpt. 23. n. 3 & 4.* ex eo quod injuria propriè & in specie pro convicio & contumelia accipiatur, in genere vero pro eo quod non jure fit *l. 1. d. lex Cornelia ff. de Injuriis §. 1. instit. eod.* In rescriptis autem inquit Alciatus verba accipi debent in specie, *cap. Rodolphus de Rescript.* præsertim in materia hac odiosa, de qua aliquid supra *n. 29.* frequenter-que hactenus tradidimus privilegiorum verba propriè & stricte esse capienda, *not. supra lib. 1. quæst. 4. & quæst. 14. nu. 6.*

Quid dicendum? Si sequamur jus scriptum, sequenda Alciati sententia, quæ firmatur textu expresso in c. Hac constitutione *15.* de off. deleg. in 6. ubi dicitur conservatores dari ut à manifestis injuriis & violentiis defendere possint, non autem ad alia, quæ judicialem indaginem exigunt. Ex quo textu facile confunditur opinio Guidonis. Nam si exempti ejusmodi possent suos debitores ex causa civili convenire coram suis conservatoribus, cum ipsi debitores negant debitum, aliasve excepciones allegant, negatione ejusmodi efficitur res dubia. *l. 3. C. quib. ad libert. proclam. non licet. Felin in c. si Clericus laicum num. 2. de foro comp. & in c. coram de offic. deleg.* ac per consequens judicialis indago requiratur, ad hanc suam extenderent jurisdictionem, quod facere prohibentur *per d. c. hac constitutione*: ergo contra debitores suos ex causa civili procedere non possunt. Secundò confirmatur, quia de jure communi Actor tenetur sequi forum rei. *c. si Clericus laicum ibi glo. de foro compet.* sed in his conservatoriis hoc jus commune non derogatur, sed tantum conceditur, ut hujusmodi conservatores possint defendere ab injuriis manifestis & notoriis, ut habetur in d. cap. hac constitutione, atque hanc Alciati sententiam novissime tenuit Io. Gutierrez *lib. 3. pract. quæst. quæstio. 9.* ubi etiam respondet argumentis contrariis. Cæterum opinio Guidonis Papæ procedit in conservatoria Cleri Leodiensis, in qua nominatim conceditur exemptis facultas vocandi in jus suos debitores coram Abbate monasterii S. Laurentii illorum conservatore, ut ex tenore præscriptæ conservatoriæ per Sixtum Papam concessæ videre est ibi: Nos igitur prædi-

cum

cum ambiguitatis dubium submovere volentes, per supra sub n. 20. in hoc asterisco *. Cui obesse non potest Triden. c. 5. sess. 14. de reformat. ubi litteræ conservatoriæ singularibus personis cujuscumque dignitatis & conditionis sint, & etiam Capitulo concessæ ut ipsi à molestiis & injuriis super bonis & rebus defendantur sunt sublatæ in causis criminalibus & mixtis, & etiam in civilibus, si talis persona vel Capitulum Actor extiterit; quia Concilium Triden. non est receptum in Civitate & Diœcesi Leodiensi, & adversus illud interpositæ sunt protestationes à Clero, nimirum illud non aliter acceptari, in Civitate ac Diœcesi Leodiensi, quàm salvis privilegiis, exemptionibus ac quibuscumque laudabilibus consuetudinibus dicti Cleri, quæ protestatio fuit solemniter interposita tempore & in puncto publicationis per vivæ vocis organum quondam R. Domini Jacobi Urso, dum viveret, Ecclesiæ Collegiatæ S. Martini Leodiens. Decani. Ideoque hic non oberit Concilium: quia constitutiones reformatoriæ Concilii non obligant ubi non sunt receptæ, ut ex Navarro infra docebimus quæst. 50. n. 26.

32 Vigesimo primò, dubium se offert utrum exemptus pendente appellatione à sententia ordinarii recurrendo ad conservatorem censeatur attentare? nou censeri respondi in Math. van der Roye contra Reiller, qua de re infra dicam *lib. 4. quæst. 91.*

33 Vigesimo secundò, conservator, utrum possit uti suspectus recusari? Non posse respondit Cavalcanus *Decis. 33. n. 15. par. 2.* & Jo. Faber. *l. apertissimi vers. Item nec conservator C. de judicis per c. 1. ubi glo. & DD. de off. deleg. in 6.* & Jo. Azorius *Institut. Moral. lib. 5. cap. 34. quæst. 11. tom. 2.*

34 Vigesimo tertiò, possint ne conservatores sententias à se nulliter latas revocare, sive partes in integrum adversus eas reponere? Posse videntur rationibus quas simili in materia attulit Sebastianus Vantius *de nullitatib. sentent. tit. coram quo nullitas proponi debeat n. 17. & seqq.* æquis parari enim conservatores ad universitatem causarum constitutos, ordinariis supra tradidimus *n. 28.*

Vigesimo quartò, quid juris, si conservatores falcem suam mittant in messem alienam, nimirum jurisdictionem alienam sibi indebitè usurpando vel impediendo? Respondeo. Malo nodo malum cuneum esse ad aptandum posse q; si is qui impeditur sit Sæcularis judex, penes quem legis est actio, conservatori inhibere ne de causis ad Sæculare suum forum spectantibus sese intromittat, *l. Consulta. Divalia. C. de testam. Bened. Rep. c. Raynutius verb. si absque liberis 2. n. 49. de teste.* Roder. Gallinus *de redit. bus l. 1. c. 17. n. 71. Navar. c. cum contingat rem. 4. n de rescript. Covar. pract. q. c. 35. num 3. vers. 2. probatur. Menoch. de reb. pass. Rem. 3. n. 356. Anfrer. de potest. sæcul. super Eccles. Reg. 1. fall. 14. & 15. & reg. 2. fall. 30. Iosephus Sese de inhibit. & execut. pont. c. 8. §. 5. n. 64*

Divisim enim Imperium cum Iove Cæsar habet, uti plenius alio in loco ostendimus *l. 4. cap. 49.* Quid autem si conservator sit Immorigerus aut refractarius? Certe

poterit Judex Sæcularis quoslibet tuendæ jurisdictionis modos idoneos amplecti, quos describit Cassaneus *ad Cons. Burg. Rubr. 1. des Iustices §. 5. n. 85. & seq.* Et compendiosè Mathæus Wesembecius *ad parat. ff. tit. si quis jus dicenti in fin.* Sed nonne incongruum est ut Sæcularis judex, qui Ecclesiastico inferior est superiori jus dicat? Minimè: *Iosephus Sese Hispanus de Inhibit. & execut. privileg. cap. 8. § 4. n. 30. & seqq. fol. 363.* Hoc enim in casu inferior eo dici non potest, *Ioan. Franc. Tract. de potest. Sæculari super Ecclesiast. Reg. 1. fall. 15.* Nec absurdum est, ut quispiam uno respectu altero sit inferior, & alter respectu sit superior, uti benè ostendit Navarrus *de Regular. tom. 3. n. 2.* Ita enim Divus Augustinus qua Episcopus censuit se superiorem Divo Hyeronimo, at verò qua Augustius inferiorem, *cap. quanquam 2. quæst. 7. DD. l. si quando C. de appell.* Et nisi demus judicem Sæcularem pœnalibus edictis, hoc est Arrrestatione, Captura pignorum, Denegatione audientiæ, Missione in possessionem, Sequestratione fructuum, Ablatione alicujus rei donec pareatur, aliisque modis qui plenius apud Wesembecium *d. loco* describuntur & probantur, jurisdictionem suam sartam tectam posse conservare, vana ei & inutilis jurisdictio esse posset, qua de re inferius tractabimus. Eadem ratione censuit dictus Josephus Sese, *ubi supra c. 1. § 1. in num. 30.* temporalitates Ecclesiasticorum non solum posse occupari cum Regiam impediunt jurisdictionem, sed etiam cum ei debitam reverentiam non exhibent. At verò si conservator fortè Ecclesiasticus temporali Dominio carens ordinarium Ecclesiasticum properam impediat; Nihil obstabit quo minus ordinarius censuris Ecclesiasticis suam jurisdictionem tueatur, *cap dilecto de sent. Excom. in 6. ca. ex parte in Christo de verb. sig. Chassan. d. §. 5. n. 86.* Eo enim in casu officii sui cancellos prætergrediens pro privato habendus est. *Menoch. lib. 2. præs. 67. n. 13. & 16. Navarr. cap. cum contingat Remed. 4. de rescript.* ubi dicit, quod ordinarius resistere possit delegato officium suum excedenti. Sed ita si conservator ejus jurisdictioni subjectus sit, nam censuræ adversus Exemptum fulminari nullatenus possunt, *Franc. d. cap. dilecto n. 7.* uti probavimus suo loco, *lib. 1. quæst. 32. n. 3. & lib. 2. quæst. 40. n. 2.*

Denique, præter hæc antescripta remedia, *uti supra n. 16.* suppetunt & alia auxilia, de quibus libro quarto dum de censuris competentibus Prælatis Exemptorum tractabimus.

Sed nonne periculum est ne laicus ita renitens vel manus iniiciens in res conservatoris Ecclesiastici, censuras Ecclesiæ incurrat quas comminatur *Concil. Trid. sess. 25. cap. 20. de Reform.* & Bulla Cœnæ Domini adversus temeratores Ecclesiæ libertatis? Nuntiquam si cum ea cautione procedat, quam affatim & ex professo tractat Josephus Sese Hispanus, *De inhibitionibus & Executione privilegiata cap. 8. §. 2. num. 5. & 6. fol. 333. & cap. 8. §. 3. n. 101. & seqq. Salzedo in Praxi ad Beridias cap. 102. littera A. Covar. d. cap. 35. Navar. d. cap. cum contingat. Rem. 1. causa is de rescript.*

Qua in re notandum cum dicto Iosepho Sese, *d. §. 3. n. 101. & seqq.* Laico non esse:

per-

permissum ut adversus Ecclesiasticum procedat per viam jurisdictionis contentiosæ, sed per viam potestatis politicæ. *Vide Ioseph. cap. 8. §. 3. n. 101. Osasa ped. dec. 30. vol. 80. Gutieres de juramento confirmatorio par. 1. cap. n. 26. Covar. d. cap. 35. Afflict. dec. 27. Achilles dec. 36. de appell.* seu per modum extraordinariæ defensionis ut vim repellat, oppressum sublevet, Ecclesiasticum quodammodo reducat ad viam justitiæ & tramites rectæ rationis *Ioseph. d. 53. n. 30. fol. 346.*

An autem quæ à dicto Iosepho Sese allata in aliis terrarum regionibus quàm in Hispania in usum deduci possint, esto judicium Ecclesiæ. Neque enim video qui id possit propter tam aperta excommunicationis Bullæ Cœnæ Domini verba, in ordine decima quarta quæ laicis ab Ecclesiasticis oppressis supplicationem duntaxat superiori permittit. Certè laica potestas innocentem quempiam via & modo illicito contra potestatem Ecclesiasticam in causis Ecclesiasticis defendere non potest sine peccato & excommunicationis periculo. Qua de re videatur Gregorius Sayrus in Thesauro Theologiæ moralis, *lib. 3. cap. 18. per tot. signanter num. 8.* & alii Bullæ Cœnæ Domini excommunicationisve decimæ quartæ commentatores, itaque tutior animæ via & Reipubl. utilior, si utrumque arbitri juris eligantur, vel res controversa superiori referatur, id quod ante tetigimus *hac quæst. n. 16. & 21.*

QUÆSTIO XL.

An Prælati exempti gaudeant privilegio cap. fin. de pœnitent.

HOstiensis censuit gaudere, in summa de pœnitent. §. *Cui confitendum vers. breviter dicas:* qua de re fusius scripsi infra lib. 4. cap. 35.

QUÆSTIO XLI.

Episcopi & Archiepiscopi, an immediatè sint sanctæ Sedi subjecti?

SPeciali reservatione, Episcopi & Archiepiscopi immediatè summo Pontifici subjiciuntur, ut not. Borgasius *tract. de Irregularit. & dispensat. part. 6. tit. quis possit excommunicare in fin. fol. 345. per not. text. cap. quamvis 3. quæst. 6. cap. frater 16. quæst.* 1. Quo fit, ut supervacuum sit inquirere num Archiepiscopus ratione delicti aut contractus in diœcesi Episcopi seu sui suffraganei initi, illius forum sortiatur ad instar æqualis aut majoris, qui inferioris jurisdictioni sese subjicere potest, qua de re alibi. *DD. & tex. l. est receptum ff. jurisd. om. judic. cap. ego Berengarius*

de consecr. dist. 2. cap. P. & G. de officio Deleg. cap. nos incompetenter. 2. quæst. 7. cap. cum dilectus de elect. cap. fin. de crimine falsi. Id enim hodiernis exemptionum privilegiis non est receptum, eoq, jure non utimur. *Gomesius ad d. Reg. Cancell. secundam. Borgasius d. tit. quis possit excommunicare in fine.* Adeo ut ne quidem citari possint ad Rom. curiam exquovis etiam delicto, nisi imprimis accedat specialis commissio Pontificis, ut sancivit bonæ mem. Pius 4. in constitutione, Incip. de salute gregis anno ejus primo, *facit tex. Conc. Trid. cap. 6. sess. 13. de reform. Lel. Iordan. tract. de origine Romanæ sedis per tot. Navar. cons. 2. n. 5. de foro compet.* Unde solent teste Flaminio Parisio *tract. de resig. benef. lib. 1. quæst. 10. n. 40. & seqq. par. 1.* causæ Episcoporum committi alicui Auditori rotæ. Quibus autem in casibus Episcopi & alii Ecclesiastici ratione feudorum aut temporalium Dominiorum subsint Imperatori vel Principi sæculari, vide Andream Gail. & DD. ab eo laudatos. *lib. 1. obs. 30. n. 4. & seqq.* & nos etiam quædam similia inferius attigimus, *lib. 4. quæst. 85.*

QVÆSTIO XLII.

An portio exempti accrescat non exemptis?

SUMMARIUM.

1. *Portio exempti non accrescit aliis, quando immunitas data est à principe.*
2. *Si universitas eximat quæ est debitrix, portio exempti accrescit cæteris.*
4. *Testator eximens unum hæredum ab alio onere, ejus onus accrescit cohæredibus.*
5. *Non est verisimile quod Princeps eximat cum damno tertii.*
6. *Motus proprius non tollit defectum intentionis Papæ.*

1 PRincipes ab oneribus publicis exemptiones concedere manifesti juris est. *cap. cum instantia de censibus cap. accedentes ubi Abbas col. 3. vers. nunc. quæro num. 8. de præscript.* Magnæ autem est difficultatis si princeps vel communitas eximit aliquem, utrum non exempti teneantur in solidum ferre onus, quod exemptis incumbebat. *latissime Abbas d. cap. accedentes num. 8. ubi etiam Fel. Albert. Brunus tract. de diminutione concluſ. 10. num. 44. & seqq. vol. tract. 17. fol. 84. col. 3.* Pro conclusione distinguendi sunt tres casus. Primus, aut enim Princeps cui sensus seu onus debetur, nonnullos eximit, tunc portio seu quota exemptorum debet detrahi ex censu seu onere principi debito. Nam exemptionis privilegium uni concessum, non debet in aliorum damnum redundare. *l. nec avus C. de Emancipat. liber. l. cum filius*

de

de' testam. milit. spec. Io. Andr. tit. de censib §. 1. *vers. quid si aliqua communitas tex. l.* 1. *C. ut nullus ex vicariis pro alienis vicariorum debitis teneatur li.* 10. Dicitque Castro, quod id in facto viderit observari *in l. si unus ff. de pact.*

Nam privilegia sunt interpretanda in præjudicium principis concedentis, non vero in præjudicium tertii, *cap. cum dilecti de donat cap. olim de verb. sig. Io. Andr. Butr. & DD. cap. pervenit de immunit. Eccles.* Id quod etiam in foro poli censuit Barthol. Fumus *verb. privilegium nu.* 8. *in aurea armilla* his verbis: Domini terrarum superiorem non recognoscentes, non possunt in aliquibus concedere privilegia super talliis non solvendis, nisi tantundem detrahant de solutione sibi fienda à communi, aliter injustitiam committunt, gravantes communitates propter aliquot particulares. Quæ confirmat Barthol. *l. munerum* §. *fin. ff. de munerib. & honorib.* inquiens quod de jure communi onus deficientium nullus teneatur subire. *l.* 1. *C. de omni agro desert. lib.* 11. 2

Secundus casus, si universitas seu communitas quæ tenetur solvere censum seu onus superiori, est illa ipsa, quæ reddit aliquem exemptum, tunc portio exempti accrescit cæteris de universitate glo. ordin. ita tenet. *d. evacuatis* §. *1. C. de decurionib. lib.* 10. quæ arguit contra rusticos qui concedunt nonnunquam immunitates v. g. fabro aut aliis artificibus, tenentur enim pro exempto, quia factum eorum principi obesse non debet. *Rom. cons.* 252. *incip. pro decisione Bald. cap.* 2. *requiris de appellat. spec. d. tit. de censib.* §. *nunc dicendum, vers. quid si universitas alicujus loci.*

Tertius, aut agitur de censu seu salario præstando tertio, videlicet universitas 3
tenetur solvere salarium præfecto seu potestati, interim princeps facit unam villam communitatis exemptam, cæteri tenebuntur ad integrum salarium potestatis, nullâ factâ diminutione portionis exempti. *Bald. l. ab omnibus ff. de leg.* 1. *ubi Barth. & Iacob. de Aret. Petrus de Anchar. Clem. præsenti de censibus Barth. l. actores C. de exact. tribut. lib.* 10. Non sunt tamen hæc sine difficultate, maxime vero primus casus teste Cardinali, *d. Clement. præsent. & Bartholom. Bellen. tract. de subsid. charit. quæst.* 59. *numer.* 2. *Albert. Brunus tract de diminut. & deteriorit. conclusione* 10. *numer.* 44. Inquiunt enim, si collectæ debentur ab universitate alicui tanquam superiori, si is jure superioritatis eximat aliquos, ejusmodi exemptio singulorum non proderit universitati. Ideo si Pontifex eximat aliquos 4
à charitativo subsidio vel procuratione legati: Nihilominus cæteri adstringentur non secus, quàm si unus hæredum eximatur à testatore, alii enim cohæredes pro portione exempti obligabuntur *d. l. ab omnibus ff. de leg.* 1. *ubi DD. Iason. l. anus ff. de pact. Fel. in cap. accedentes col. antep. usque ad finem. ubi etiam Abb. de præscript. Bellenc. d. tract. quæst.* 59. *numer.* 2. *Brunus d. numer.* 44. Quod videtur etiam esse ex mente Barthol. Fumi hic citati *d. verb. privilegium numer.* 8. qui texui suprascripto ita subjungit, Si tamen adesset aliqua rationabilis

causa,

causa propter quam aliquid deberent privilegiari, credo quod non peccarent, qui causa rationabilis tollit injustitiam, si autem imperator Papa vel princeps non recognoscẽs superiorem hoc fecerit, debet ser varri & qui se gravari senserint, ad superiorem, recurrant, tales enim qui non recognoscunt superiorem possunt exercere ea quæ sunt
5 Imperatoris, *cap per venerabilem qui filii sint legitimi.* Non tamen possunt facere sine rationabili causa, aliter peccant contra naturæ legem facientes & justitiam. Ita ille, quod certe justitiæ est apprime consonum, sed cum mica salis; quod si exemptio talis esset, quæ cæteris notabile damnum generaret, debet ea velut privilegium alteri nocivum revocari, *cap. suggestum de decimis Card. d. Clem. præsenti in fin.* Imò possent cæteri non exempti onus recusare, & ad Papam seu principem appellare. *DD. ubi supra.* Non est enim verisimile quod princeps quosquam eximere velit cum notabili præjudicio cæterorum. *arg. d. l. 2. §. si quis à principe ff. ne quid in loco publi. cap. super eo ubi DD.*
6 *de offic. deleg.* Ut proinde superflua sit distinctio Abbatis. *d. cap. accedentes col. ult.* utrum exemptio sit data motu proprio, an ad supplicationem partis, motus enim proprius non tollit defectum intentionis Papæ. *Ægid. de Bellam. decis. 475. incip. præmissæ tres Io. Andr. cap. si motu proprio de præbend. lib. 6. Rota in novis decis. 108 incip. licet motus proprius. Bellens. d. quæst. 59. nu. 5.*

QVÆSTIO XXXXIII.

Exemptis monachorum cellis, quid nomine cellarum comprehendatur?

SUMMARIUM.

1. *Privilegiorum verba propriè intelligenda.* 2. *Nisi repugnet mens privilegiantis.*

LArga nominis significatione comprehenduntur cellæ quæ sunt intra clausstrum ac extra commune dormitorium, quas Abbas per dispensationem infirmita-
1 tis causa concedere potest, *cap. ult. 20. quæst. ult.* Propria vero sunt loca tantum secreta & solitaria, quæ ab hominum separata convictu sunt ad contemplandum & Deo vacandum specialiter deputata. *tex. cap. privilegium de verb. signif. in 6.* Hac in materia proprio & stricto hoc sensu sumendæ sunt cellæ. *d. cap. privilegium.* ita enim semper usu venit in privilegiis ordinatiæ potestati derogantibus, ut illius
2 verba propriè intelligi debeant. *glo. Clem. 2. de offic. ord. ord. Imol. & dom. d. c. privilegium & sæpe probatum est supra.* Idque nisi mens & intentio privilegiantis repugnet verbis, tum enim intentio est verbis præferenda. *Rom. cons. 20. num. 1. cons. 180. numer. 10. l. scire oportet §. sufficit ff. de excusat. tutor.* alioquin certe à verbis non est

rece-

recedendum *late Franc.cap.1.§.ex parte numer. 2. cum add. de conceſſ. præbendæ in ſexto.*

QVÆSTIO XXXXIIII.

Exemptus contra exemptum an utatur privilegio.

HIc articulus ad varios caſus deduci poſſet, quemadmodum videre eſt apud Doctores dum diſſerunt & multipliciter diſtinguunt, an privilegiatus contra pariter privilegiatum uti poſſit ſuo privilegio. *Barth. & DD. Auth. quas actiones numer. 3. cum add. C. de ſacroſ. Eccleſ. Io. Andr. in cap. 1. de jure patr. in 6. cap. in præſentia ubi Abb. col. 12. verſ. & quoniam iſte articulus, item Fel. num. 30. de probat. Barth. l. verum §. item quæritur in 1. not. de minoribus, diſtincte Franc. in d. cap. 1. §. verum num. 4. de jure patr. in 6.* ſimiliter de privilegii retorcutione nihil attinet hic dicere, videri tamen poterit Rebuffus de privilegiis ſcholarium *privilegio 178. nu. 3.* Loriotus *in apicibus juris tit. de privilegii retorcutione per tot.* Quod vero ad deciſionem hujus quæſtionis, num privilegiatus de certo judice, ſi agat contra pariter privilegiatum, quid juris ſit ſtatuendum? vide Io. Andreæ, *cap. 1. de privilegiis in 6. adde additionem ad ſpec. de compet. jud. adit. §. 1. n. 16. glo. fin. par. 2.* Paucis prævalere privilegium rei refert Imbertus *inſt. forenſ. lib. 1. cap. 27.* ac confirmat Peckius in quæſtione ſcholaris Lovanienſis contra Duacenſem *de jure ſiſtendi cap. 5. n. 4.* quam argumentationem ad has exemptiones duci poſſe, infra non rarò tradidimus. *v. infra quæſt. ſeq. num. 5. & paſſim.* Qua de re etiam Collectarius, quem vide diſtinguentem *in cap. cum & plantare num. 10. de privileg.* & plene Geminianum *cap. 1. §. & id ipſum num. 3. eod. in 6.*

QVÆSTIO XLV.

An exemptus poſſit eſſe arbiter?

SUMMARIUM.

1. *Edictum de arbitris eſt permiſſorium.*
2. *Exemptus ut ſit arbiter, cogi ab ordinario non poteſt.*
3. *A laudo ad quem appellandum.*
4. *Majus dignum, trahit ad ſe minus.*
5. *Proportio fori inter exemptos, clericos, vaſallos, &c.*
6. *A laudo ad quem appellandum.*
7. *Diſpoſitio circa metiens, an extendatur ad menſi m.*

1 EDictum de arbitris est permissorium; quo fit, ut Exempti quibus nominatim id non prohibetur, arbitri munere fungi possint. *l. cum prætor. in pr. ff. de judiciis. Blaneus tract. de compromissis quæst. 2. nu. 2.* quod enim quibusdam prohibetur, id alii licere & permitti dicendum est. *cap. inter corporalia de translat. Prælat. d. l. cum prætor. ubi glo. in verbo videtur.*

Cogi tamen Exempti ab ordinario ut perfungantur non poterunt, quia ordi-
2 narius in Exemptos imperium non habet. *l. Labeo §. tractemus in fin. ff. de arbitris.* Itaque tunc adeundus erit judex Exemptorum ut eos cogat, juxta insignem doctrinam quam tradit Joannes Baptista gener Bartholi *tract. de arbitris lib. 5. cap. 7. per tot.* & si plures arbitri diversos habeant judices, singulorum erunt adeundi. *Jo. Bapt. d. ca. 7.* Temperanda autem est hæc principalis conclusio, nisi Exempti ex adjuncta aut adventitia quadam qualitate ab arbitrio repellantur, nam si v. g. Dispensatores forensium causarum & negotiorum esse non possint. *Blancus d. quæst. 2. nu. 4. Ubertus de Bonacursio in suis præludiis tit. de impedimentis quæ impediunt arbitrum judicare §. plus omnes fere Abbates & §. seq.* qualitas illa velut potentior erit attendenda. *l. quæritur ubi DD. ff. de statu homin.*

3 Porrò illud hic sub silentio prætereundum non est, quod à laudo arbitri Exempti & non Exempti appellandum sit ad judicem superiorem Exempti, cujus ea est ratio, quia Exempti sunt auctoritate & dignitate præstantiores ac digniores non Exemptis. *cap. per tuas. ubi glo. de majorit. & obed. cap. ut Apostolica de prabend. in 6. cap 1. de concess prabend. in 6. Rota Dec. 12. n. 1. de prabend. in novis. Henric. Botteus de Synodo Episcopi par. 3. nu. 17.*

4 Regulare autem est quod majus dignum trahit ad se minus dignum, & causa potentior causam ad se minus potentem. *cap. quod in dubiis de consecrat Ecclesiæ l. præcipimus in fin. vers. Eaden. observanda. Barth. C. de appellat. Barbat. cap. super quæstionum §. si vero ubi DD. de offic. deleg. Præpositus Rubr. de appellat. cal. 18. ubi late Blancus de arbitris quæst. 10. n. 15. per d. l. quæritur ubi DD. ff. de statu hominum.* Confirmatur argu-
5 mento à proportione, quod in hac ipsissima materia validum esse post Glossam testatur præses Everardi in locis legalibus. *loco à proportione circa medium glo. c. 1. verb. nunquid ergo & cap. auctoritate verb. non Exemptos de privilegiis in sexto.* Cum enim Analogia sit & proportio in materia fori inter Exemptos, Clericos, Laicos, Vasallos, extraneos, quibus singulis speciales & singuli sunt deputati judices, sit ut ab uno ad alium efficax argumentatio trahi possit. *v. Felin. cap. cum ordinem num. 7. vers. modo & num. 8. in princip. ubi Anto. de Butrio de Rescript. idem Butrio cap. super litteris colum. 25. vers. & per hoc patet eod. tit. Abbas cap. significasti numer. 12. vers. videmus & vers. Item omnes rationes de foro compet. ubi supra cap. 1. numer. 12. infra lib. 2. quæst. 4. numer. 6.*

6 A laudo vel sententia judicis Clerici & Laici appellari debet ad superiorem Cle-

ricum

rici. *Rebuff. de privileg. Scholar. privileg. 106. num. 14. & seqq. Barth. l. 1. §. si quis num. 13. ff. de appellat. vide Supra quæst. 26.* Ergo simili in casu idem statuendum est in exemptis, per auctoritates Rebuffi & DD. supra citatorum, quia cum actus attribuitur personis mixtis, qualitas unius ex mixtis attrahit ad se totum mixtum. *d. l. quæritur ubi late DD.* Porrò ratio prætactæ proportionis & Analogiæ est, quod quando duo sic se habent, quod alterum est metiens, alterum mensum, lex disponens circa metiens censetur similiter cum eadem esse ratio etiam disponere circa ipsum mensum. *Dominic. cap. primo colum. 3. vers. sed fallit quinto ubi Franc. num. 8. vers. non limita de temporibus ordinand. in 6. Navarrus in manuali ca. 22. num. 72. vers. ad quæstionem.* In iis enim quæ ad invicem commensurantur, idem est judicium, eademque juris dispositio. *Franc. d. num. 8.* Quare cum inter prætactos sit quædam fori commensuratio, ab illis invicem argumentatio duci potest. *DD. ubi supra. Navarr. cons. 62. num. 5. de Regular.* ad instar etiam æquiparatorum, quorum idem esse judicium *dixi infra lib. 4. quæst. 54. num. 4. Cavalc. Decis. 32. num. 6. par. 1.*

QUÆSTIO XLVI.

An possint esse tutores?

SUMMARIUM.

1. *Opinio affirmativa.*
2. *Datio tutoris spectat ad ordinarium.*
3. *Exempti non sunt de Diœcesi.*
4. *Paria dicuntur fieri extra territorium, vel in loco exempto.*
5. *Testamentum factum in loco exempto Senensi; non censetur factum Senis.*
6. *Delegari non potest tutor, qui deleganti non subest.*
7. *Opinio affirmativa.*
8. *Voluntaria jurisdictio quæ sit.*
9. *Cessante causa privilegii, cessat privilegium.*
10. *Voluntariæ jurisdictiones possunt expediri quocunque tempore.*
11. *Exempti etiam Religiosi, possunt esse executores testamentorum.*
12. 13. *Compelluntur tamen ad rationes ab ordinario cum quadam distinctione.*
14. *Argumentum ab executoribus ad tutores.*
15. *Laicus an constituere possit tutores clericos.*
16. *Quæstio resolvitur cum distinctione.*
18. *Episcopus dat tutores Laicis personis miserabilibus.*

19. *Si in diœcesi non sint idonei, an possint nominari exempti.*
20. *Ecclesiasticus supplet negligentiam laici.*
21. *Quid si Ecclesiasticus habeat mixtum imperium.*
22. *An clerici, monachi &c. aut similes fungi possint tutela.*
23. *Tutor conveniri debet in foro pupilli.*

1 DUbia videtur hæc quæstio, pro cujus negativa videtur esse Wezembecius *in parat. ff. tit. de tutelis num. 6.* dum sic dicit. Qui in dignitate aliqua aut
» privilegio sunt, ut miles, colonus principis, exempti à jurisdictione & similes, quibus adjunctis pupilli conditio deterior futura est, quia pares potentioribus esse
» non possumus, eis tutela delegari prohibetur, ita ille *per l. neque l. 4. l. fin. C. qui dari tutores l. 3. ff. de alienat. mutat. judic. caus. fact.* Datio enim tutoris spectat ad magistratum sive ad ordinarium loci. *Gail. lib. 1. obser. 1. num. 48. l. 1. ff. de tutorib. & curat. datis ab his ubi glo. verb. ejusdem text. l. jus dandi ff. eod. & d. l. neque & Loriot in apicibus juris tit. de tutelis axiom. 18. & seq. Faber l. unica in fine ubi & DD. C. ubi petantur tutores*, à quo hi adeo sunt exempti, ut extranearum jure censeantur, *glos. & præses citatus supra eod. lib. cap. 45. nu. 5.* non enim dicuntur esse de diœcesi sive de territorio loci, *Lapus Clem. 2. de privileg. Fel. & DD. cap. grave de officio ord. & dixi latius supra quæstione quinta vers. Ad tertium negatur; usque ad vers. ad postremum Ang. cons. 337. alias 307. quod incipit in causa Clem. 1. de excessib. prælat. Anton. de Rosellis tract. de indulgentiis num. 315.* Ideoque argumento à personis ad loca paria dicuntur extra territorium fieri vel in loco exempto. *Cald. cons. 14. de foro compet. Ang. cons. 230. Quædam Margaretæ vol. 2. DD. d. cap. grave*, unde inquiunt Ang. Cald. Fel. jam citati, testamentum factum in loco exempto Senensi, non censeri factum in territorio Senensi. Quod sit cum in exemptos jurisdictio ordinarii dantis tutores non extendatur, eis tutelam delegare non possit; ut enim dictum est, delegari non potest tutor, qui jurisdictioni delegantis non subest. *d. l. 1. & d. l. jus dandi l. neque in locum C. qui petant. tutores. Barthol. l. etiam municeps ff. de Tutelis. glo. l. quæro ff. de testam. tutel.*
7 Pro affirmativa autem adfertur, quod in his quæ sunt voluntariæ jurisdictionis, exempti possunt sese subjicere ordinario, etiam sine venia superioris, *Io. Andr. cap. 1. de privil. in 6. Lapus cap. cum in illis de tempor. ord. in 6. & Clement. attendentes §. caterum de statu regul. Laudens. Clem. 1. de relig. Brixiensis in repert. verb. exemptio col. 1. & 5.*
8 Voluntariam jurisdictionem voco, quæ à partium mera voluntate dependens judiciariam cognitionem non requirit, nec in invitum redditur, velut manumittere, adoptare, beneficia conferre, *not. l. 2. ff. de offic. prætor. & DD. l. actus C. de feriis* ac ut sunt verba Molinei *ad consuet. Pariens. tit. 1. §. 42. num. 11. fol. 562.* Cum agitur (inquit) de tutore aut curatore deputando minori aut agnato furioso vel prodigo,
» Aut de insinuatione, donatione, exemplatione veterum instrumentorum, vel de aper-

apertura & publicatione testamenti, aut decreto interponendo in alienatione præ- diorum minoris & similibus, in ejusmodi enim voluntariis viget ordinarii jurisdi- ctio in exemptos. *Molin. d. num.* 11. quippe quod tum esset finis & causa privilegii, de qua latè dictum est supra *capite primo*. Ideoque cessante causa privilegii, cessare debet privilegium *l. Iitia. l. usuras ff. de leg.* 2. *cap. cum divi. dist.* 63. *Rom. cons.* 180. *num.* 7. *dixt infra lib.* 3. *cap.* 7. Unde possint expediri quocunque tempore etiam feriato & ubicunque *d. l. act. ubi Bald. & DD. Mol. ubi supra Ant. de Canario tract. de insinuat. instrument. quæst.* 6. *num.* 14. *per tex. l. qui habet* §. *quolibet loco & tempore curatorem dari posse ff. de Tutelis l. nec mandante* §. *duri ubi Barth. ff. de tutorib. & curat. dat ab his docte Abb. cap. cum Ecclesia num.* 6. *de immunit. Eccles. Vantius de nullitate ex defectu ordinarii num.* 109. *fol.* 28. nec in tutore deputando requiritur causæ cognitio aut citatio, nisi is detur per inquisitionem. *Barth. l. qui habet* §. *quolibet ff. de tutel. l. legitimos in pr. ff. de legit. tutel. Tiraq. Tract. Res inter alios acta num.* 87. Confirmatur primo Ratione à simili, nam exempti quamvis religiosi, possunt esse executores testamenti. *Fel. c. fin. n.* 6. *vers. & adde de foro compet. fol.* 44. *Fumus verbo executor. n.* 14. *Clem. unica ubi Sabarella de testa. Io. Franc. Pannus tract. de visitationib. q.* 5 *secundæ partis n.* 92. *tract.* 14. *Idem. tract. de officio capituli sede vacante q.* 7. *secundæ partis n.* 6. *vol. tract.* 15. *Navarr. cons.* 1. *ne clerici vel Monachi par.* 1. *Ang. in summa verb. executor n.* 20. hac tamen distinctione, quod religiosi compellantur ad rationes ab ordinario, alii vero neutiquam. *Ang. d. n.* 20. *Fumus d. n.* 14. *glo. Clem.* 1. *verb. tales, ubi etiam Cord. n.* 12. *de testa. Io. Baptist. Pavinus. d. tract. de potest. cap. sede vacante d. num.* 6. Quod tamen Concilium Tridentinum postea temperavit, nam indistincte executores testamenti ad pias causas ad rationem Episcopo reddendam obligantur, *sess.* 22. *c.* 8. *de reform. Petr. Brixiens. in repert. verb. Exempti si tanquam executores. Alphonsus Villagos in speculo visitatorum fol.* 32. *n.* 9. Idque tanquam sedis Apostolicæ delegato, de quo sequenti parte suo proprio capite dicetur: Ad hæc si ita in executoribus disposítum est, videtur ab identitate idem hac in quæstione resolvendum quo ad tutores, hi enim & illi eisdem quasi legibus constitutionibusque regulantur, *Ioannes Iacobi à Canibus Io. Aldendorp. tractatibus de executoribus ultimæ volunt per tot. Iacob de Arena tract. de commissariis, Ferrarius in forma libelli ad reddendam rationem tutelæ* §. *an executores n.* 1. *fol.* 306. Confirmatur secundo Argumento proportionabili, quod est inter clericos respectu judicis laici, & exemptos respectu ordinarii, quod valere diximus supra *cap.* 45. *vers. Idque argumento n.* 5. Nam opinione Angeli & à se clarum, clerici licet sint sacerdotes, dari possunt tutores à judice laico. *Angel.* §. *sed hoc jure num.* 3. *inst. de attiliano tutore Stephan. Aufrer. tract. de potestate seculari super Ecclesiast. personis regula* 2. *num.* 28. *& regul.* 4. *num.* 25. *Massuer. in pract. tit. de tutore num.* 18. Pro solutione quæstionis videtur cum Molineo *d. num.* 11. distinguendum, aut enim exempti ultro sine strepitu judicii tutelam legitimam susci-

suscipiunt, tunc locus erit opinioni affirmativæ. *glossa l. divus in verb. venditare ff. de tutorib. & curat datis ab his*, comparantur enim exempti extraneis, qui legitima tutela fungi possunt, Dativa vero minimè. *Cavalcan de Tutore & Curatore cap. 1. numer. 3.*

17 Aut vero tergiversantur judicialiter contestando, quo casu tutelam evitabunt, retrahentque causam ad suum judicem. Quæ tamen distinctio non usquequaque satisfecit omnibus argumentis, Nam licet Angelus & sequaces existiment sacerdotem dari posse tutorem à judice laico, ex quo is habeat Domicilium sub jurisdictione judicis laici, quippe quod ad hoc ut quis dari non possit tutor, duo copulative requirantur, videlicet quod extraneus sit, & quod ibi non habeat domicilium, *d. l. neque C. Qui dari tutores possint, Ang. d. § sed jure num. 3. Inst. de Attiliano tut.* Cæteris tamen longe aliter visum est, volunt enim judicem sæcularem non posse clerico tutorem constituere, ex quo is non sit de ejus jurisdictione, & vice versa Ecclesiasticum non posse constituere laicum, quia similiter non habet jurisdictionem temporalem, nec jus eum cogendi. *Faber § 1. n. 4. & 5. inst. de Attiliano tutore per l. 1. in fin. l. jus dandi ff. de tutor. datis ab his & § 1. & seq. inst. de Attil. tut. Auth. statuimus C. de Episcop. & clericis Barth. l. etiam ff. de tutelis. Rol. à Valle de inventario par. 2. quæst. 16. num. 1. 2. & seqq.* Idque etiamsi Ecclesiasticus de consuetudine cognoscere posset indistincte inter laicos de causis civilibus, non enim ideo istius modi consuetudo trahenda esset ad causas mixti imperii, qualis est datio tutoris. *Faber*

18 *d. § 1. num. 6. instit. de Attilian. tutor.* Restringendum tamen istud est, 1. in miserabilibus personis laicis, eis enim Episcopus indistincte tutores dare potest, verum tamen non aliis quam suæ jurisdictioni subjectos, *cap. pervenit dist. 86. cap. generaliter 16. quæst. 1. cap. licet dist. 87. cap. Cyprianus 21. quæst. 3. Fumus verb. tutela nu. 2. Ang. eod. verbo in summa. Faber d. § 1. nu. 5. inst. de Attilian. tutor. Bald. cons. 363. vol. 1. Barth. l. legitimos in fin. cum addit. ff. de legitim. tutorib. Mathias Castritius in annot. ad. masuerum tit. de tutore in quæstionibus num. 16. fol. 405. Faber § minores n. 2. ubi vide inst. de excusat. tutorum.*

An tamen miserabiles esse debeant habitu & actu simul, an vero satis sit, si sint habitu aut actu tantum, videatur latè Abbas & DD. *cap significantibus nu. 6. de officio delegati DD. l. unica C. quando imper. inter pupillos & viduam, Faber. Auth. presbiteros C. de Epis. & clericis.*

19 Porro si judex, quisquis ille sit, non habeat sub se idoneos, quos ad tutelæ munus nominare possit, poterit alium nominare etiam exemptum, proprioque ejus judici ut cogat representare. Ita enim Divus Marcus & Severus Proculo rescripserunt in hæc verba *l. Divus ff. de tutorib. & curat datis.* Si quando desunt in civitate, ex quo pupilli oriundi sunt qui idonei videantur esse tutores, officium sit magistratuum inquirere ex vicinis civitatibus honestissimum quemque, & nomina præsidi provinciæ mittere, non ipsos arbitrium dandi sibi vendicare, cujus legis dispositio quare in exemptis rationem habere non possit non video, ubi

enim

enim eadem est ratio, ibi etiam eadem juris æquitatisque debet esse dispositio, *late presses loco ab identitate rationis.*

Restringo antedicta 2. nisi judex sæcularis in constituendo tutorem laico sit negligens, tum enim jurisdictio seu datio devolveretur ad Ecclesiasticum, *cap. ex tenore, ca. cum sit, c. licet ubi DD. de foro compet. Faber d. §. 1. n. 5. in fin. de Attilia tutor.* 20

Restringo 3. nisi consuetudo tribueret Ecclesiast. mixtum imperium hujusmodi ve cognitionem inter laicos, esset enim observanda. *l. 1. C. de Emancip. lib. Faber sup. d. numer. 6.* 21

An vero indistinctè clerici in minoribus majoribusve ordinibus Monachi, Episcopi & similes possint fungi munere tutelæ testamentariæ legitimæ dativæ, ne meos cancellos egrediar, videantur *DD. Specul. tit. de tuore Rubr. de impug. tutorum §. Generaliter vers. Item opponitur nu. 10. & seq. cum addit. Faber & DD. d. Auth. presbiteros Barth. d. legitimos §. si legitimus cum add. ff. de legitimis tutorib. Angel. & Fumus d. verb. tutela n. 2. Abb. c. ex parte de sepult. nu. 5. Castritius loco citato DD. §. idem in milite inst. de excus. tutor. Faber §. minores quem vide numer. 2. in fine inst. de excusat. tutor fol. 53. vol. 4.* 22

Quod si tutor nomine pupilli conveniatur, adiri debebit judex non tutoris, sed is qui proprius est pupilli, cujus contemplatione convenitur, *cap. cum deputati ubi Abbas de judic. & in c. literas de restitut. spoliat. Barth. l. 1. §. sufficit ff. de adminis. tutor.* 23

QUÆSTIO XLVII.

Quid juris si exempti fide jubeant?

SUMMARIUM.

1. 2. *Exemptus non potest esse fidejussor judicio sisti, in contractibus vero potest.*
3. *Potest tamen recusari.*
4. *Fidejussor exempti conveniri debet coram suo ordinario.*
5. *Clerici an fide jubere possint.*
6. *Recipiens exemptum in fidejussorem, an variare possit.*
7. *Fidejussor exempti an debeat discuti ante principalem.*

EXemptus fidejussor judicio sisti esse non potest, quippe quod ejusmodi fidejussor esse debeat ejusdem fori, quo judicium agitur, *Barth. l. 3. n. 11. ff. de fidejussorib. glos. l. 1. ff. qui satisdare cogantur. Card. Clem. 1. qu. 8. de censibus. Abb. c. 1. n. 2. in addit. & n. 6. de fidejussorib. Samsonius ad. cons. Turonens. tit. 1. §. 24. glo. 3. vers. profinali tex. l. 1. ubi DD. ff. si quis in jus vocat. non jerit l. si fideius. ubi tex ff. qui satisdare cogantur.* 1

At vero in contractibus esse potest, nullo enim id jure prohibetur, erubescimus autem sine lege loqui. §. *consideremus Auth. de triente & semisse l. illam in fin. C. de collat.* quippe satis est eo in casu fidejussorem sine exceptione conveniri posse, *Barth. d. l. 3. numer. 11. in fine Abb. cap. 1. & seqq. de fidejussoribus,* licet. 2

licet certe tunc recusari possit, nam idoneus debet esse non tantum ex facultatibus, sed etiam ex conveniendi facilitate. *text. l. 2. in pr. ubi glo. ff. qui satisdare cogant. Barth.*
3 *l. qui satisdare nu. 2. ff. de fidejussorib. Iason. l. 1. n. 5 ff. si quis caut. judicio sisti. fol. 101. Spec. tit. de satisdationibus §. dicto nu. 5. ubi loquitur in scholari qui privilegiatus est*, qualis non potest censeri exemptus, qui conveniri aliter non potest, quam coram proprio suo judice. *Bertachinus tract. de Episcopo lib. 1. par. 1. quæst. 17. nu. 29. fol. 160. vol. tract. 2. late Francis. Marcus Delphin. decis. 1055. part. 1. Barth. l. 1. num. 2. ff. si quis in jus vocatus non ierit*, sicut è contra fidejussor exempti conveniri debet coram ordinario judice,
4 non obstante privilegio exempti sive debitoris principalis. *Spec. de compet. judicis adu §. 1. vers. sed pone Clericus, Guido quæst. 562. num. 6. Aufrerius de potestate seculari super Eccles. pers. Reg. 4. num. 26. vol. tract. 14. Minsing. lib. 2. obser. 5. Bover. sing. cautio. nu. 6.* qua cautela autem exemptione principalis gaudere possit, vide infra *l. 2. quæst. 37. num. 18.*

Utrum vero clerici fidejubere possint & quando, est extra hoc institutum, de quo
5 late *DD. cap. 1. & seqq. de fidejussor. Angel. & Fumus in summa verb. fidejussor. Barth. l. 1. ff. si quis in jus vocatus non ierit. Francus cap. 1. nu. 5. de injuriis.*

Similiter quid juris sit, si quis recipiat exemptum in fidejussorem, an ex post facto
6 variare possit, vide distinctionem DD. Inter ignorantiam juris & facti, atque scientiam, *Barth. late in l. qui satisdare n. 6. & seqq. ff. de fidejussorib. fol. 109. col. 4.*

Postremo notandum est, si exempti admissi sint in fidejussorem, non erit necessaria illorum excussio in quod fusius apud Vincentium Carocium notatum est *tract. de Excussione bonorum par. 2. quæst. 39. & seqq.* id quod etiam sequenti quæstione obiter attingemus.

QUÆSTIO XLVIII.

An edictum de alienatione judicii mutandi causa facta vendicet sibi locum in exemptis?

SUMMARIUM.

1. *Conclusio affirmativa.*
2. *Exempti censentur alterius jurisdictionis.*
3. *Clericus dicitur potentior ratione fori.*
4. *Exempti dicuntur eximii & præcellentes.*
5. *Excussio exemptorum non est necessaria.*

Quid in clerico insignis conditionis.

6. *Quid in personis aliter privilegiatis.*
7. *Res litigiosa facta exemplo non fit de foro exempti.*

Utique

UTique, Nam subiiciens alteri hominem alterius provinciæ & jurisdictionis, si id dolo malo mutandique judicii causa faciat, ineidit in hoc edictum, *l.3. in pr. ff. de alienat. jud. mutandi cum facto Barth. l. Item §. fin. ff. eodem DD. C. & in Decreta l. eod.* sit. Diximus autem sæpe exemptos censeri alterius provinciæ, territorii sive Diœcesis, *quæst. 45. num. 5.* A simili idem placuit nonnullis in alienatione facta in Clericum, quia Clericus potentior habetur ratione sui fori, *Speculat. de cessio. action. §. 1. n. 3. vers. ex proximè dictis. Barth. l. 1. in fine de alienat. jud. mut. caus. facta, Bald. l. stipendia nu. 3. C. de procurat.* Licet Innocentio aliter visum sit, *cap. ex parte ubi Abb. nu. 2. de alienat. judic. mutandi caus. fact.* vide Carocium distinguentem, *tract. de excussionibus part. 2. quæst. 39. nu. 4.* puta in simplici Clerico, secus verò, si prædives sit, aut jurisdictione vel dignitate decoratus. Duennas *Reg. 188. n. 4. Gomes. ad Reg. Cancellar. de surrogandis quæst. 7. Clar. tract. de Emphiteusi qu. 22. in fine Cæsar. Contardus ad l. unicam limit. 1. nu. 99. C. si de moment. possess.*

Confirmatur nostra conclusio, quia Exempti dicuntur eximii, ac præcipua quadam nota digna. *cap. per tuas ubi glo de major. & obed. dixi supra lib. 1. quæst. 1. nu. 2.* qui proinde, cum sint potentiores, excuti non solent, *Apost. ad Abb. cap. 2. de fide jussorib.* quod ipsum in alienatione facta in Clericum, insigni aliqua conditione decoratum, testatur Vincentius Carocius, *d. tract. de excussione bonorum par. 2. quæst. 39. n. 5.* Idem responsum est in scholare, minore muliere, cum enim ejusmodi personæ sint plurimum privilegiatæ, tam ex jure scripto, quam statutis Civitatum, ita, ut cum eis non sine magna difficultate litigari possit, non erit necessaria eorum excussio. *Marsilius de fide jussoribus n. 302. in fine, Carocius d. par. 2. quæst. 40. per tot*, eadem de Civitate observantur, habetur enim instar personarum potentiorum, quia difficulter est conveniendo. *Aimo cons. 205. Covarr. d. limit. 1. 102. Anchar. cons. ult. col. 3. vers. Præterea.*

Incidenter inquirendum, quid si res litigiosa bona fide in Exemptum transferatur, an causa ad illius judicem remittetur? minimè: qua de re videri poterit Papon. in Arrestis *lib. 12. tit. 2. de vice de litige & choses litigieuses, Arrestz. vide infra lib. 2. qu. 16.*

QUÆSTIO XLIX.

An valeat Exemptio surreptitie obtenta?

SUMMARIUM.

1. Distinguendum inter rescripta gratiæ & justitiæ.
2. Exemptio ipso jure nulla per surreptionem
3. Omnia sunt exprimenda principi.
4. Litteræ beneficiales privilegiorum æquiparantur.

1 IN hoc articulo surreptionis, ab omnibus distingui solet inter rescripta justitiæ, & rescripta gratiæ, seu privilegia ut illa surreptione non vitientur ipso jure. Hæc autem quacumque surreptione etiamsi ex simplicitate proveniat, ipso jure vitientur. *Abb. Fel. & DD. cap super litteris de rescript. Jason. l. qui cum se n. 4. ff. de Re jud per l. si dubitetur §. ita demum ubi Barth. ff. de fidejussor. Doct. Paris. cons. 4. nu. 26. & seq. par. 2. late Menoch. de arbitr. jud. casu 201. & 202. Fel. in Repert. verf. surreptio non dolosa vitiat. privilegium.* Idque etiam est ex mente Rebuffi; qui sic loquitur *in praxi beneficiorum par. 1. tit. differentiæ inter rescripta, &c.*

2 Rescriptum seu privilegium Exemptionis si per surreptionem obtineatur, an sit ipso jure nullum? videtur quod sic ad instar rescripti Avocatorii, quod surreptione ipso jure nullum est, quia judici, hic autem Episcopo fit contumelia, eo quod evocatur aut eximitur quis ab ejus jurisdictione sine sua culpa. DD. cap. ex litteris de officio deleg. Fel. cap. ad audientiam 2. fallent. Decima de rescript. Franc. cap. 1. de litis cont. in 6. ita ille. Quod postmodum alii plurimi confirmarunt. *Ant. Mulis in Repert. verb. privilegium redditur fol. 372. & verb. privilegio fol. eod. Item verb. Gratia sive sit indulgentia fol. 179. Bonacurso in praxi tit. de impedim. quæ contra rescripta.*

3 Undè omnia exprimenda sunt, & de omni eo facienda est mentio, quod Principem ad aliter atque aliter concedendum movere posset, *c. constitutus de rescript. c. super litteris c. postulasti, c. in nostra ubi Abb. & Fel. date de Rescr. not. in c. dudum de prabend. in 6.* Id quod & alibi tradidimus, dum probavimus quod in impetratione rescriptorum justitiæ adversus Exemptos facienda sit mentio exemptionis *infra h. 2. q. 3.*

4 Confirmatur ex traditis per Mandosium & Doctores ab eo allegatos asserentes, privilegia & literas beneficiales quo ad nulliratem ex surreptionis vitio inducendam parificari. *Innocent c. cum dilecti de rescript. Abb. c. ad audientiam 2. n. 14. verf. quod autem dixi in litteris impetratis ad beneficia de rescript. ubi etiam Doctores. & ita in speciem decidit Rota prout dec. Guido ben. 87. incip. fuit tantum 19. Decembris. Mandosius in signatura gratiæ tit. protonotarii col. 4 sub finem*, Exemptionum autem privilegia juris odiosi censeri, supra satis à nobis traditum est, *lib. 1. cap. 4.*

QUÆSTIO L.

An & quatenus Concilium Tridentinum censeatur derogare Exemptionibus.

SUMMARIUM.

1. *A quo tempore incipiat ligare Concilium.*
2. *Quid si dubitetur de mente Pontificis.*
3. *Viciniores præsumuntur citius scire constitutio-*

stitutiones Principum. Lex non ligat, nisi duobus post publicationem mensibus.
4. Promulgatio de essentia legis, & quare in dubio recepta præsumitur.
5. Lex in curia promulgata, an liget Provinciales. Justa ignorantia excusat.
6.7. De Stylo Romano lex in curia promulgata ligat omnes, Regulæ Cancellariæ ligant omnes.
7. De jure requiritur publicatio in provinciis, secus de stylo.
8. Lex non recepta an liget.
9. Lex promulgari videtur cum conditione, si recipiatur.
10. Videtur suspensus esse tantisper effectus legis.
11. Justa causa excusat ab observatione legis.
12. Lex non præsumitur recepta.
13. Quid si non recipiatur per ignorantiam.
14. 15. Desuetudo legis.
16. Lex Papæ enervatur, quam Provinciales ignorant.
17. An sint pœna legem revocari, vel non recipi?
18. Semel extinctum non reviviscit.
19. Rescriptum ipso jure nullum, & validum, sed eludibile differunt.
20. Concilium Trid. quo ad mores non receptum, censetur esse in suspenso.
21 Lex ob ignorantiam non recepta, ligat statim habitâ scientiâ.
22. Obligenturne omnes ad observantiam Concil. Trid.
23. Pontificis est interpretari Conc. Trid.
24. Concilii Trid. leges non ligant probabiliter ignorantes.
25. Ignorantia excusat à pœna legis.
26. Constitutiones reformatoriæ Conc. Trid. non obligant ubi non sunt receptæ.
26. Quanto tempore tollatur lex.
27. Bullæ ligant Provinciales, quamvis non publicentur, secus si non recipiantur.
28. Excipitur Cœna Domini.
29. Concilium pro parte receptum, pro parte ligat.
30. Quatenus posteriores constitutiones derogent Concilio Trid.
31. 32. Papa solus derogare potest Concilio.
33. In derogatione requiritur specifica mentio.
34. Fallit, nisi derogetur ex certa scientia.
35. Quando id fieri censeatur.
36. Constitutio papalis, an allegari debeat in judicio.
37. Constitutio notoria non est alleganda.
38. An instar consuetudinis notoriæ.
39. Constitutiones papales, an afficiant regna temporalia.
40. Auctoritas Regum & Pontificis non est miscenda & confundenda.
41. Pontifex quatenus auctoritatem habeat in Principes seculares.

ARdua hæc est quæstio: ad cujus explicationem resolutionemque priusquam veniamus, non erit abs re, si interiiciantur aliquot quæstiones non minus utiles, quam scitu pernecessariæ. Quarum prima sit, à quo tempore incipiat ligare Constitutio, lex, seu Concilium. I

Dico 1. Constitutionem non ligare ante lapsum temporis constituti à legislatore expresse volentis, legem non ligare ante lapsum certi temporis, sed tantisper esse in suspen-

suspenso. *glo. Franc. in data sexti Decret. n.11. & seq. ubi DD. late Menoch. de arbitr. iudic. casu 186. per tot. Botteus tract. de Sinodo art.3. Concl.1.n.1. & seq. Doctè Guynoir. ad prag. sanctionem tit. de conclusione Ecclesiæ Gallicanæ §. nos igitur glo. vers. publicatione*, id enim plane à voluntate legislatoris pendet, qui si velit legem statim à publicatione ligare, vires ve sortiri, ligabuntur confestim, non modò scientes legis promulgationem, *c. cum singula de præbend. in 6. glo. Clem.2. in verb. ex tunc de hæreticis, Franc. d.n.11 & seq.* sed etiam ignorantes, justa & excusabili ignorantia, quo ad irritationem actus, licet tamen non quo ad pœnam seu peccatum, *Abb. cap.2.n.7. de constit. ut Felin. & alii glo. in d. Clem.2. & in data sexti Decretal. Puteus Decis.281.li.1. Guimer. d glo. in verb. publicatione.*

2 Secunda quæstio, si sit dubium, ligabiturne ante duos menses post publicationem? Distinguendum est, si sit lex inferioris à principe, statim incipiet ligare subditos à tempore scientiæ. *Fel. Abb. dec. & DD. d. cap.2. de const.* Ita intelligendus est Guimer. *ad pragmat sanct. tit. de concubinariis in pr. in glo. verb. duos menses*, nullo enim jure cavetur, quod vinculum legis inferioris à principe differatur, ergo non est id dicendum, erubescimus enim sine lege loqui. *cap. consuluisti 2. qu. 4. §. consideremus, Auth. de triente & semisse l. illam C. de collat.* ad præsumendum autem scientiam
3 hoc in casu tempus est arbitrarium, ita, quod viciniores præsumantur citius aliis id scivisse. *Abb. d. cap.2.n.8. arg. cap. quosdam cap. quanto de præsumpt.* Si vero sit lex veri Principis, non videbitur ligare subditos etiam scientes illius promulgationem ante lapsum duorum mensium, velut contra Panormitanum, Imolam, Felinum, & Hieronymum à Sorbo Capuccinum, qui dicit esse communè opinionem, *in Annotatio nibus ad Bullam de largitione munerum in compendio privilegiorum minorum &c. fol.198* Concludit insignis Navarrus sequendo glossam *in data sexti*. Antoninum & Decium *in d. cap.2. ubi Navar. in.1. & 2. lect.* Decium *cap.1.n.19. de potest Prælat.* inquiens, quod per Authenticam dispositum reperitur leges non ligare, nisi duobus post promulgationem mensibus, *Auth. ut facta nova constitut. collat.5.* tum, quia dilatio duorum mensium conceditur, non modò ut legis promulgatio omnibus innotescat, sed etiam ratione paritatis, ne unum incipiat ligare antè alium, quod foret occasio rixarum & imparitatis subditorum. *Paulus de Leasar. in præm. Clement. §. nunc igitur n.41.* tum,
4 quia quemadmodum scientia legis latæ non ligat ante illius promulgationem, ex quo promulgatio perhibeatur esse de essentia legis quamvis conciliaris, ut notavit Decius contra Panormitanum *d. cap.2. S. Thomas in 1.2. quæst.90. art.4.* ita pari ratione scientia legis promulgatæ ligare non debet, donec lapsum sit tempus duorum mensium constitutum pariformiter omnibus ad ligandum. Utrùm autem constitutio, in dubio recepta præsumatur, tradidimus infra, *lib.4. quæst.66.*

Tertiò, utrum lex promulgata in Curia Principis liget Provinciales seu subditos in Provinciis degentes post duos menses à tempore publicationis factæ in Curia

Prin-

Principis? Pro negativa est expressa Authentica, statuens, quod lex nova non obligat provinciales, nisi post duos menses à publicatione in eorum provinciis facta. *Auth. ut factæ novæ constit. Io. Andr. super data sexti*, jure autem Canonico nihil è contra dispositum est, ergo sequendum jus civile, *cap. 1. de novis oper. nunt. ubi DD.* Secundò, non desunt Constitutiones etiam factæ in concilio generali, quas Pontifices non voluerunt ligare ante publicationem factam à Prælatis *cap. cum infirmitas de præsc. & in Conc. Trid. sess. 24. cap. 1. de Reform.* videretur enim durum, quod variæ Bullæ & constitutiones, quæ quotidie emanant, ligarent post duos menses in extremo orbe habitantes. Tertio, facit authoritas Cajetani in curia versati, qui sic scribit. Quod si Romæ nova lex promulgatur, & nec curia ipsa curat, ut promulgatio ad Ecclesias Cathedrales perveniat, nec Prælati qui ibi sunt, insinuant suis Ecclesiis, accusati nec apud Deum, nec apud homines ignorantiæ possunt absentes nescii, ita ille *in 2. quæst. 90. art. 4.*

Quartò, æquitas juris quæ juste ignorantes excusat à lege & pœna legis, *cap. 2. de constit. cap. proposuisti dist. 82. v. infra quæst. 7. vers. Nihilominus.* Pro affirmativa autem quam praxis servat, imprimis stat autoritas glossæ *in data sexti*, sequeretur etiam, quod sextus decretalium non haberet vim legis variis in provinciis, in quibus nec publicatus unquam fuit.

Secundò, consuetudo & stylus Urbis habet, quod judices Romani judicent secundum constitutiones Papales promulgatas in locis consuetis, qui stylus habet vim legis, *cap. quam gravi de crimine falsi præses in loco à stylo.* Imo multi Episcopi residentes in suis Episcopatibus curant sibi adferri novas quascunque extravagantes, juxta quas ad instar judicum Romanorum causas in suis diœcesibus decidunt, nec malè, stylus enim & consuetudo Rom. curiæ observanda est etiam in aliis locis inferioribus. *Spec. de appellat. § officio n. 14. Fel. cap. quoniam § porro ut lite non contest. Gomes. in præm. reg. Cancell. quæst. 2. Menoch. cons. 257. n. 52. & seq. lib. 3. per tex. cap. fu. inst. de satisdat. Gravat. ad vestrium lib. 5. cap. 3. n. 6.* 6

Tertiò, Regulæ Cancellariæ ligant in Francia, ac ubivis terrarum, quæ tamen non publicantur extra curiam. *Cassador. const. 10 viso processu col. 5. Capell. Tholos. decis. 444. incip. Item fuit quæsitum*, licet, ut faciant jus extra curiam, debent impetrari à Papa vel Vicecancellario, & produci in actis, alias non ligarent & sententia lata vigore earum esset nulla, ut plena manu ostendit Ioannes à Chokier frater meus in Rub. Regularum Cancellariæ, cujus commentaria jam edita sunt.

Quartò urget, quod S. Thomas dicit *d. 1. 2. quæst. 90. art. 4.* quod subditi absentes à legis promulgatione obligantur, quia illa devenit, vel verisimiliter devenire potest in eorum notitiam.

Postremò, pro hac conclusione multa adfert Gregorius Branden. super concordatis inter S. Sedem & nationem Germanicam *quæst. 2. num. 9. quæst. 4. num. 4. & seq.*

& seqq. Io. Monachus cap. in generali de Reg. jur. in 6. Imol. in præm. Clem. Berous cap. cognoscentes n. 49. & seqq. de const. Menochius, de arbitr. jud. quæst. 185. nu. 8. & seq. ubi hæc quæstio exacte discutitur.

7 Certe, in hoc conflictu opinionum, prior opinio negativa in jure videtur magis fundata, quæ maxime obtinet in legibus sæcularibus, at vero posterior in usu & praxi Romana receptior est, & proinde in judicando sequenda. Conditori enim Canonum, velut summo Pontifici & Christi vicario, subjecta est omnis creatura,
„ cap. *decreto* 2. *quæst.* 6. Unde Nicolaus Papa ad clerum Constantinop. Si, inquit,
„ decreta Rom. Pontificum non habetis, de neglectu & incuria estis redarguendi, si
„ vero habetis, & non observatis, de temeritate estis corripiendi & increpandi, *cap. si decreta. dist.* 20. *late Gregor. Sayrus in Thesauro Theol. moralis par.* 1. *lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 31. & 33. ubi probat affictiones seu publicationes factas in valvis S. Petri, ligare per totum orbem in foro contentioso, licet in foro conscientiæ aliud sit. *Angel. in summa verb. excommunicatio* 7. *casu ult. num.* 3. Et ita sacra congregatio respondit Episcopo Leodiensi, Concilium Trid. ligare Leodienses, licet ibi necdum tunc per Episcopum fuisset publicatum. *Sac. cong. in declarat. Concilii Trid. in fine fol.* 143. Nec in hac conclusione est aliquid iniquum vel durum, nam præsupposita veritate, ejusdem provinciales non obligantur ante tempus, quod vir bonus seu judex arbitrabitur esse sufficiens, ut illi, de quibus quæritur, sciant promulgationem, attenta distantia provinciæ, habitantium Romæ, & venientium ad eam, & redeuntium ab ea. *late Menoch. d. casu* 185. Nec remoratur Cajetanus, quia is nescios excusat tantum, non autem eos, qui scire possunt aut debent, paria enim sunt scire aut scire debere *l. quid te ff. si cert. pet.*

Quarta quæstio, An lex non recepta liget? Quod liget, mordicus affirmat, ac
8 probare variis auctoritatibus putat, Georgius Branden. in concordat. Germanicæ Nationis *quæst.* 3. & 4. Verum ego libentius adhæreo pio illi & magno Navarro *in manuali cap.* 23. *n.* 40. & 41. & 62. *vers. decimo & in cons.* 1. *nu.* 23. *de constit. & tract. de usuris quæst.* 7. *tom.* 1. *ubi disputat de extravagante non recepta & tract. de oratione cap.* 22. *num.* 98. Quem plurimi alii non minimæ etiam auctoritatis sequuntur, *Flaminius de confidentiis quæst.* 11. *n.* 19. & *seqq.* ubi dicit, quod legi non receptæ possit contraveniri absque metu pœnæ. *per tex. cap. de libellis ubi glo. dist.* 20. *Barth. l. ult. §. sed cum anniquitus. C. de curat. Furiosi glo. & DD. ca.* 1. *de Treuga & pace. Petrus Gregorius Syntag. juris lib.* 17. *n.* 30. *late Anfrer. rep. cap.* 1. *not.* 10. *de offic. ord. Rebuffus super concordat. Rubr. de coll. §. præfatiq; ordinarii*, ubi dicit, quod Galli non receperunt constitutiones Bullales Papæ. *Menoch. lib.* 2. *præsumpt.* 2. *per tot. cap. in istis §. leges dist.* 4. *ubi Dominic. Fel. in c.* 1.
9 *num.* 12. *vers. intelligo* 4. & *num.* 13. *vers. considera secundo de Treuga & pace.* Ratio est, quia lex promulgata videtur cum conditione si recipiatur saltem per majorem partem, *Navarr. in Manuali c.* 23. *n.* 41. *Dom. Fel. ubi supra*, estque id de mente sancti Augusti-

gustini libro de vera religione his verbis, Instituuntur cum promulgatione, firmantur, cum moribus utentium approbantur, sicut enim moribus utentium contrarium nonnullæ leges hodie abrogatæ sunt, ita moribus utentium ipsæ leges confirmantur &c. Unde illud Thelesphori Papæ, quo decrevit, ut Clerici generaliter à quinquagesima jejunandi propositum susciperent, quia moribus utentium approbatum non est, aliter agentes transgressionis reos non arguit. Ita tex. *ca. in istis § leges dist.* 4.

Secundo, qui tenent peccare illos, qui non servant à Principe legem justè promul- 10
gatam, confitentur tamen, quod si ea non servetur seu non recipiatur, vidente & connivente superiore, quod talis superior videatur effectum legis suspendere vel tollere *per glo. sing. d. c. 1. ubi Abb. Felin. & alii de Treug. & pace.* Tertio, justam quis videtur habere causam non servandi legem, quam ab aliis non servari, nec cœptam servari videt. Cum enim lex respiciat utilitatem communem, non videtur legislator unum aut alterum alligare legi, quam alii consubditi non servant, nec servare incipiunt, justa autem quævis causa excusationem præbet non servatæ legis humanæ. *Navarr. in Manuali d. cap. 23. num. 43. Archid. in c. utinam dist. 76. S. Thomas 1. 2. quæst. 96 art. 6. & 2.* 11
2. quæst. 147. art. 3. arg. cap. erit autem lex dist. 4.

Postremo eandem conclusionem latè confirmat Menoch. in suis præsumptionibus, *lib. 2. præs. 1. per tot.* his verbis. Non certe satis est leges fuisse à legumlatoribus 12
conditas & promulgata, nisi & cives ipsi eas recipiant ac usu comprobent: nam si non recipiantur, nec præsentes, nec futuros cives suo adstringunt vinculo, quemadmodum omnium est sententia in c. De Treuga &c. Dubitari autem (inquit) sæpe contingit, an posteaquam promulgata est, præsumatur usu hominum recepta & comprobata. Qua in re una cum Socino Iun. *cons. 32. num. 47. lib. 3.* existimarem, non præsumi usu fuisse receptam, quandoquidem usu recipi est quid facti, quod non præsumitur, *l. in Bello § facta ff. de Captivis Menoch. lib. 6. præs. 34.* nec adversatur auctoritas Decii *cons. 649. n* 10. *Curtii Iun. cons. 129. num. 12. Gosadini cons. 16. num. 16.* qui videntur sentire leges promulgatas præsumi pariter usu receptas, quia ipsi sine lege, sine ratione, sine auctoritate loquuntur. Nec ad rem facit, quod inquit Gosadinus, legem semper esse in viridi observantia, *l. Arrian. § cunctis C. de Hæreticis, adde ad hunc Articulum not. infra lib. 4. q. 66. Barth. l. certa forma nu.* 11. *C. de jure fisci lib.* 10. id enim ita verum, si in principio fuerit recepta, quo casu adhuc in præsentiarum præsumitur recepta esse ac in viridi observantia. *late Socin. d. cons. 32. 47. Menoch. d. præsumpt. 2.* qua de re infra *lib. 4. quæst. 66.*

Quinta quæstio, An lex non recepta ab eam ignorantibus ita enervetur, sicut non 13
recepta ab eam scientibus? Pro negativa, scilicet quod lex non enervetur, si ignorantes eam non recipiant, est quod desuetudo legis non oriatur, si casus ei con- 14
trarius non occurrat, *Ioan. Andr. cap. Ioannes de Clerico conjugato, late Felin. d. cap. 1. numer.* 10. *de Treuga.* Cum autem ignoratur lex, non videtur occurrere

casus

casus, in quo ea sit utendum, Item non recipientes vel observantes legem, eo quod ignorant, non intendunt eam tollere, actus enim agentium non operatur ultra intentionem, nec voluntas fertur in incognitum, *l. non omnis ff. si cert. pet. cap. fin. de prab. in 6.* At vero pro contraria sententia, nempe quod par sit, sive lex per ignorantes non recipiatur, sive per scientes, stat urgens ratio, quod justior sit causa non observantium legem per ignorantiam, quàm eorum qui scienter nolunt eam admittere: Præterea, ratio enim, lex non recepta non ligat, de quo affatim præcedenti quæstiuncula dictum est, tam viget in ignorantibus, quàm scientibus, Nempe quod non sit usu confirmata, *arg. l. de quibus ff. de legib. DD. in præcedenti loco.*

15 Ad argumentum contrarium respondemus, quod desuetudo quidem, seu non usus legis ignoratæ sine contraventione non tollit legem ignoratam, sicut in Hermaphrodito, qui etsi non nascatur intra annos mille; Nihilominus tamen stabit vigebitque ratio legis, quæritur ff. de statu hom. At negamus quod omnis usus legis ignoratæ sit absque contraventione ipsius, & proinde negandum, quod non tollatur per
16 desuetudinem ignorantium & utentium contra illam occurrentibus casibus. Unde fit, quod lex Papæ ignorata per omnes homines alicujus provinciæ, vel majorem partem eorum, qui ea non sunt usi, tempore in id sufficienti contraveniendo ei in casibus occurrentibus censetur enervata quo ad illam, *Navar. cons. 1, nu. 27. vers. ex quo sequitur de constit.*

17 Sexta quæstio, An sint paria legem à legislatore revocari, vel à subditis non recipi? Minime, quia non sunt paria legem esse latam & promulgatam, & conditionem ne liget, nisi recepta sit, & legem non esse latam nec promulgatam. Ratio est, quia lex nondum recepta potest ex post facto, mutata subditorum voluntate sine ali-
18 qua alia promulgatione recipi, quia vis ejus & substantia durat, licet sit in suspenso, At vero, si revocetur, opus esset iterata promulgatione, Semel enim extinctum, revivisce re non potest, nisi Autor potens à novo illud idem producat. *l. quires §. aream*
19 *ff. de solut. cap. quam periculosum, ubi glo. 7. quæst. 1.* Simile est non esse paria reseriptum esse ipso jure nullum, vel esse validum, sed elidibile per exceptionem. *cap. 1. de Reseript. in 6. cap cæterum extr. eod.* illud enim nequidem adversario tacente seu non opponente vires non assumit, sed remanet inutile, *glo. communiter recepta d c. 1.* Hoc vero juxta communem, parte non opponente valet, *DD. d. cap. cæterum & cap. ex tenore de reseript. Navarr. d. cons. 1. n. 28.*

20 Unde sequitur, leges Concilii Trid. novum jus inducentes, non censeri periisse aut revocatas, licet in quibusdam provinciis non sint receptæ, sed quadantenus tantum suspensas esse, statim vires sortituras, ac provinciæ eas receperint. *Navarrus d. cons. 1. num. 29.*

21 Sequitur secundo, legem, quæ non est recepta in aliqua terra ob ignorantiam ejus, simul ac habita ejus scientia recepta fuerit, perinde ligaturam eos, qui terram il-

lam

lam incolunt, ac si à principio fuisset recepta quo ad actus, prædictam scientiam & receptionem consecuturos. *Navarr. d. n. 29. vers. 2.*

Quæstio septima, Sintne omnes obligati in foro conscientiæ ad observanda decre- 22
ta Concilii Trid. quæ ad mores & reformationem spectant, cum apud eos non fuit promulgata ab ordinariis, nec synodaliter in universa provincia recepta? articulus hic arduus est & difficilis, ideoque cautius in eo procedendum, sequendo auctoritatem & vestigia insignis & docti Navar. *Cons. 1. q. 8. de constit.* Ratio dubitandi (inquit) est, quia Conc. Trid. jubet omnia publicari, adeo quod nulla specialior potest esse ratio in uno articulo Conc. Trid. quam in alio, ut est sess. 24. c. 1. de Reform. cujus ratio videtur militare in omnibus aliis. Deinde lex promulgata non tamen confirmata observatione, non obligat, ut dictum est *quæst. 2. & 3.* minus videtur obligare, quæ ab ordinario neque est recepta, neque promulgata, neque observata. Præterea, videmus universales leges diversimode observari, imo quosdam omnino non observari, ut est in jejuniis, festis diebus, &c. Itaque respondeo cum eodem Navarro *d. q. 8. num. 32.* determinationem hujus quæstionis relinquendam esse summo Pontifici, seu 23
sacræ Congregationi, cujus est proprium leges, privilegia, seu Concilia interpretari *per not. late infra à nobis lib. 2. qu. 13.* tum quia Pontifex sibi Bulla confirmatoria ejusdem Concilii interpretationē reservavit *Pius IV. Anno 1564. 15. Kal. Aug. Anno ejus 5.* tum quia glossa ultima in data sexti dixit, quod quæstio de tempore à quo incipiat ligare nova constitutio, requirat declarationem sum. Pont.

Nihilominus tamen, salvâ interpretatione summi Pontificis, dico primo, ex Na- 24
varro *d. n. 32. vers. 4.* quod constitutiones Conc. Trid. novæ, sive quæ jus novum induxerunt, non ligant, v. g. Polonos in Polonia degentes qui eas ignorant probabiliter. *Navarr. in Manuali cap. 23. n. 25. per cap. turbatur navicula §. notandum 1. q. 4. c. 2. de const. ubi DD. l. magna ubi DD. de verb sign. Alex. cons. 1. col. 4. vol. 2. Navar. d. cons. 1. n. 1.* 25
& seq. de constit. Ignorantia enim non modò facti, sed juris excusat ab omni pœna extra ordinaria. *v. Navar. cons. 10. n. 4. & seqq. de sepult. Sair. tract. sup. cit.*

Dico 2. ex eodem Navarro *d. vers. 4.* quod dictæ constitutiones Conc. Trid. non 26
ligant eos qui eas sciunt, non quidem ea ratione, quod illæ non sunt promulgatæ, sed eò quod non sunt receptæ à principio, neque per decennium postea. Rationes sunt quas suprascripsi *qu. 4. & 5.* adjeci per decennium postea, quia ad tollendum vires legis humanæ nondum receptæ, sufficit tempus decem annorum; si vero fuerit lex Canonica recepta, opus sunt 40. anni. *Calder. & Imo. cap. 1. de Treuga. Navarr. cons. 28. n. 2 de statu monach.*

Dico tertio ex eodem. *quæstion. 9. cons. 1. de constit.* quod Bullæ Pontificum v. g. de 27
pœnis non legentium horas, de confidentiis, censibus, cambiis, cœnæ Domini, &c. publicatæ Romæ ligent provinciales, v. g. Polonos scientes eas Romæ esse publicatas, quod etiam ipse Cajetanus præsupponit, dum socium excusat. *dixi sup. quæst. 3.*

adeò quod provinciales ex defectu promulgationis non excusentur, licet ex defectu receptionis excusari possint, ut dictum est partim quæst.3. partim qu.5. *Navar.d.*
28 *quæst.9.n.33.* Quam re notandum tamen, quod ratio erit locus excusationi quoad Bullam cœnæ; cum enim quotannis repetatur, ac processus Bullæ istius feratur potius in modum præcepti, quàm legis, ac sententia excommunicationis feratur contra eos, quos Papa scit nolle ejus mandata recipere, non potest dici quod ea feratur sub conditione si acceptetur, prout nec eidem Bullæ accommodari, quæ quotannis repetitur, quæ superius de lege non recepta dicta sunt. *Navarr.d.num.33. vide infra num. 35.*

29 Dico quartò legem, Concilium, seu constitutionem pro parte tantum receptam, pro ea tantum parte quæ recepta est ligare, pro alia verò minimè. *Navarr. in Manuali c.23.n.62.vers.10.quod sicut lex & cons.4.num.1.de celebr.missar. & cons.4. n.4.de injuriis, ubi dicit, quod pœna non debeatur ante sententiam, quia lex non aliter recepta est.*

30 Quæstio octava, an & quando posteriores Papæ constitutiones censeantur derogare Concilio Tridentino?

31 Dico primò, Papam pro libitu suæ voluntatis derogare, abrogare, revocare posse constitutiones Concilii generalis, quæ fidem non concernunt, aut universalem statum Ecclesiæ, pendent enim omnia concilia ab auctoritate Pontificis, in iisque semper ejus auctoritas excerpa censetur, *cap. significasti de elect. glo. cap. si periculum de elect. in 6. Abb. cap. ex gestis de Clericis non resid. glo. cap. statutum de Rescript. in 6. cap ad Monast. ubi glo. ver. abdicatio de statu Regular. ca. post translationem de Renunt. Hostiens. in Summa de Dispensat. §. vers. aliqui etiam dicunt. Anton. de Rosellis tract. de cons. Rubr. Qualis in causis nu. 8. & passim ubique. Borgasius tract. de irregularit. part. 3. Tit. de Dispensatione Concilii Generalis num. 6. & seqq. Felin. in Repert. verb. sententia Papæ fol. 119. colum. 4.*

32 Dico secundò, solius esse Papæ derogare Conciliis. *Fel. ca. 1. n. 24. & 25. de Const.* qui tamen difficilius contra ea dispensare solet, ex quo sunt majori & firmiori auctoritate roborata. *tex. cap post translationem, ibi alioqui cum durum de Renunt. ca. ex parte de capell. Monach. Rom. cons 327. n. 6.* Imò, sibi ipsi injuriam facere dicitur, cum Decreta sua aut prædecessorum intervertit, *text. c. si ea 25. q. 2. ca. quod verò eodem tit. & cap. Institutionis. Rom. ubi supra n. 4. cap. Justitiæ 25. quæst. 1. Boer. de potest. legati à latere n. 55 & seqq.* adeo quod ejusmodi dispensatio seu derogatio, nisi de enixa ejus voluntate constet, surreptitia præsumatur. *Marsilius sing. 8.*

Dico tertiò, requiri specificam mentionem & derogationem Concilii, alioquin
33 gratia censebitur surreptitia. *glo. cap. ex parte verb. de quo nulla mentio de Capell. Monach. late Anton. Mils in Repert. verb. Gratia facta contra generale Concilium an censeatur. Felin. cap. nonnulli numer. 2. & 3. de Rescript. dixi supra cap. 12. numer. 5.* maximè

si gratia facta sit ad preces & postulationem alicujus tum enim taciturnitas ejus quod ptinc pem difficiliorem reddit ad concedendum, inficere solet rescriptum si sit gratiosum ipso jure; si verò ad lites ope exceptionis, *cap. postulasti in verb. de levi non scribimus de Rescript. cap. cum adeo, cap. si proponente eodem Rom. d. cons. 327. n. 2. dixi hoc eodem capite quæst. 6.*

Quæ tamen conclusio temperanda est, nisi ejusmodi concessio emanaverit motu 34
proprio, vel ex certa scientia, cujus clausulæ magna vis variique effectus, *vide ca. si motu proprio ubi DD. de præbend. in 6. late Rom. d. cons. 37. n 9. & seqq.*

Tunc autem censetur Papa aliud concessisse ex certa scientia, vel cum ipse 35
hoc exprimit in rescripto *glo. Clem. & si principalis de rescr. & in cap. statutum verb. litterarum eod. in 6. per l. Idem ulp. ff. de excus tut.* aut cum in rescripto apponit verbo privilegii vel Concilii cui vult derogare, *cap. Penult. de Confirmat. utili vel inutili ubi DD. glo. cap. Pastoralis §. præterea super verb. ex certa scientia de offic. deleg.* aut quando dicit se id fecisse cum causæ cognitione, *gloss. d. §. præterea Roman. d. cons. 237. n. 7. & 8.* qua de re memini me quædam superius tradidisse, quæ videri poterunt *lib. 1. cap. 11.*

An autem & quatenus Concilium, seu quævis alia constitutio Papalis allegan- 36
da sit, reproducendaque apud acta, non immeritò dubitari posset. Paucis videtur, quod constitutio Papalis sit alleganda & probanda, ad instar extravagantis, quæ reproduci debet apud acta. *Alexand. & DD. l. cum pro latis ff de re jud. Fel. cap. Pastoralis num. 4 de fide Instr. Cassador. super reg. Cancell. dec. 7. num. 8. & dec. 12. colum. 1.* legem enim extravagantem quilibet ignorare præsumitur. *Baldus l. leges sacratissimæ C. de legibus, Alciat. de Præs. Reg. 3. præsumpt. 31. in fine, Menoch. libr. 2. præs. 3. num. 11.* E contra vero, quod non sit necesse, decidit in materia Ægidiana Rota Caputa q. 442. Constitutio enim quæ est multum nota in curia, non est necessario reproducenda. *Felin. cap. 1. num. 12. vers. secundus casus de re jud. & d. cap. Pastoralis num. 7. Cassador. de pensionibus dec. 2. numer. 6. cum adductis per Guilielmum Maynerum in l. res judicata num. 33. ff. de Reg. Iuris. Mandosius ad reg. Cancell. 28.* Idem in Ægidiana decidit Cæsar Contardus Advocatus Rom. *ad l. unicam quæst. 2. ad Ægidianam C. si à moment. possess. fol. 326, impressionis Venetæ vide supra num. 28.*

Itaque concludendum est, constitutionem multum notoriam non esse opus alle- 37
gare, at vero non notoriam opus esse, qua in re inservient quæ inferius de notoria exemptione notavimus, ad quarum lectionem ne actum agamus, satis sit lectorem relegare, *lib. 2. quæst. 6. num. 23. usque ad num. 34.*

Similiter quæ traduntur à Doctoribus consuetudinem notoriam non opus esse 38
allegare, aut probare, quem articulum præter cæteros Coletus longe lateque persecutus est *De processibus executivis part. 1. cap. 3. num. 54. fol. 109. DD. in l. unica C. ne*

C. ut quæ desunt advoc. part. judex suppleat. Item quod judex sequi debeat statutum in judicando, etiamsi non fuerit apud acta reproductum, qua in re etiam non insisto. *v. Bald. d. l. unica.*

39 Utrum autem extravagantes & constitutiones Papales servandæ sint in Regnis quo ad temporalia Dominio Ecclesiæ temporali non subjectis, utramque in partem late disputatur à Navarro *in cap. novit. de Judic.* Pro parte quidem negante in 3. notabili; pro affirmante verò in 6. notat. Paucis, quatenus sunt Juris naturalis vel etiam divini declaratoriæ, aut animæ præjudicium, seu spiritualia concernentes, ab omnibus sine discrimine sunt observandæ. *Navar. in comment. de usuris n. 106. quæst. 5. ad Extravag. Pii V. vers. omissa tamen, & cons. 1. de foro compet. ubi late Franc. cap. 2. nu. 5. & 6. de arbitr. in 6.* At verò, si non feruntur circa spiritualia, neque circa ea quæ concernunt animæ periculum, vel Religionem Christianam, sed circa alia merè temporalia, & profana, eo casu constitutiones in foro Canonico tantum observabuntur, non autem in foro Sæculari. *Navarr. d. num. 106. vers. secundò in verbis, tum quia glossæ per text. & gloss. in cap. 2. de arbit. in 6. & gloss. cap. cum contingat. de jurejurand.* Quia in ejusmodi merè profanis non est mens Pontificis turbandi Jurisdictionem Regum in temporali Dominio sibi non subjectorum. *Navarr. fusè de notab. 3.* Neque etiam id posset, uti doctè tradit Francus *d. cap. 2. n. 5. & 6.* Nam ut inquit Poeta, divisum Imperium cum Jove Cæsar habet. *late Navarr. d. notab. 3. num. 23. & seqq.* Idque nisi
40 deficiat lex civilis, si enim deficiente lege recurri solet ad consuetudinem, longe magis ad Pontificiam constitutionem recurri debet, *Franc. d. num. 5. vers. 5. ubi deficit lex civilis*: sed cum modo, quem dixi. Neque enim confundenda est auctoritas Pontificum, & Regum, cum alioquin turbarentur Regna, Provinciæ & Clerus ipse, ut loquitur Ioan. Gerson. *in tract. de Potestate Ecclesiast.* quod accidit ex ignorantia distinctionis potestatis, quæ est in S. Pontifice, & quæ à Deo & ab hominibus concessa est & addita. Suis enim terminis ita potestas Ecclesiastica coercere se
41 debet, ut meminerit Sæcularem potestatem etiam apud infideles sua propria habere jura, suas dignitates, suas leges, sua judicia, de quibus se occupare Ecclesiastica potestas non præsumat vel usurpet (verba sunt Gersonis) nisi dum redundat abusus potestatis Sæcularis in expugnationem fidei & blasphemiam Creatoris, & in manifestam potestatis Ecclesiasticæ injuriam: tunc enim Ecclesiastica potestas habet Dominium regitivum, directivum regulativum & ordinativum, qua de latius scribit Pet. Gregorii *lib. 7. de Repub. cap. 2. per tot.* Illustrissimus Cardinalis Bellarminus, aliiq; quamplurimi, qui latum hujus materiæ campum ad sudorem usque percurrerunt.

Nos aliò versum pedem transferemus.

PARS

PARS SECUNDA.

Complectens materias judiciales.

QUÆSTIO I.

Episcopus an sedere pro tribunali possit in quovis loco suæ diœcesis etiam exempto?

SUMMARIUM.

1. *Sicut Pontifex est diœcesanus totius orbis, ita Episcopus suæ diœcesis.*
2. 3. 4. 5. *Sedere pro tribunali potest quovis in loco, non tamen exempto.*
7. 8. *Nec exercet Pontificalia in loco exempto.*
9. *Officialis habens certum tribunal, tenetur reddere jura.*
10. *Fallit nisi sit in comitatu Episcopi.*
11. *Item ex rationabili aliqua causa.*

QUemadmodum Pontifex dicitur esse Episcopus sive diœcesanus totius orbis, *Trollus tract. de Canonisat. Sanctorum §. sequitur servandum num. 28. & 29. text. cap. Cuncta per mundum 9. quæst. 3.* Ita etiam Episcopus in assignato sibi Episcopatu sive Diœcesi, quæ ideo dicitur territorium esse Episcopi sive Parochia, quod omnes Ecclesiæ locave illius jurisdictioni curæ & spirituali ejus potestati subjiciantur, *cap. Cum contingat de foro compet. cap. Cum Episcopus de officio ordin. in 6. cap. omnes Basilicæ 16. quæst. 7. Selva de beneficio part. 2. quæst. 22. Rebuff. l. pupillus §. territorium vers. & tota civitas ff. de verb. signif.* adeo quidem, ut quovis in loco suæ diœcesis pro tribunali sedere, ibique jura reddere possit, *cap. cum Episcopus de offic. ord. in 6. Bertachinus tract. de Episcopo lib. 4. part. 5. num. 70. & 71. ubi pulchra tradit, & quæ sæpe contingunt in facto. Cucchus instit. Iuris Canonici lib. 1. cap. 12. vers. cum Episcopus Bellencin. tract. de charit. subsid. quæst. 32. n. 3. Francisc. Pavin. tract. de visitatione quæst. 5 secundæ partis n. 7. Marant. de ord. Iudic. part. 6. in decisor. actu primo n. 78.* Idque etiam in sua camera tam per se, quam per alium, modò tamen locus sit honestus, partesque possint adire sine gravi eorum incommodo. *late Navarr. Cons. 2. de officio ordin. lib. 1.* ubi idem extendit ad Archiepiscopum *Pavinus d. num. 7.* At vero in loco exempto Episcopus pro tribunali sedere aut jura reddere minime posset. *text. d. cap. Cum Episcopus, ubi gloss. & glo. Clem. quamvis verbo, aut eo de foro compet. ubi Card. n. 29. Brixiens. in reperi verb Episcopus & verb. exemptio. doctè Vantius de nullitate ex defectu judicis ordin. num. 108. fol. 128.* Ratio est, quia judex erigere nequit tribunal extra suam diœcesim in qua haberetur ut privatus. *cap. notandum 2. quæst. 3. cap. Episcopus*

copus 9. quæst. 3. Borgas. tract. de irregularit. parte 6. quæst. 2. fol. 152. Vantius d. nu. 108. locus enim exemptus, & locus extra diœcesim sive territorium judicantur à pari. Martin. Land. tract. de privileg. qu. 60. vol. tract. 2. fol. 287.

7 Similiter Episcopus in locis exemptis, nisi invitatus, mitra uti non potest, cap. Episcopi 7. quæst. 1. DD. cap. ex tuarum de usu pallii Laudens. Clem. quamvis de foro compet.
8 gloss. Clem. fin. de privilegiis Brixiens. in repert. verb. Episcopus. Nec quoque generaliter, sic disponente Concilio Trident. Pontificalia exercere. Conc. Trid. sess. 6. cap. 5. de Reform. sess. 14. cap. 2. Quæ tamen de Episcopo dixi, ut quovis loco suæ diœcesis sedere
9 possit, restringenda sunt in ejus vicario sive officiali, cui tribunal seu judicialis locus est constitutus, isti enim loco ad reddendum jura ascriptus est. Zasius l. jus pluribus ff.
10 de just. & jure. Brecheus l. Provinciales ff. de verb. signif. Calvinus in lexico juris verbo diœcesanus. Quod temperandum est, nisi officialis sit in comitatu Episcopi, tum e-
11 nim ibi jura reddet, ubi cum Episcopo reperitur. Zas. Brecheus jam cvati. Secundo, restringit Vantius, nisi Officiali ex aliqua rationabili causa se ad alium locum decentem transferre visum fuerit. Alberic. d. cum sententiam C. de sent. & l. 1. C. de sentent. ex brevi. Spec. de sententia §. Iusta. vers. Quid si pronunciat in alta turri. Vantius de nullit. ex defectu Iud. ordinarii n. 11. vers. nisi ex aliqua. Quæ autem censenda sit rationabilis, & à quo pendet ex iis quæ alibi affatim notantur per Doctores. Menoch. de arbitr. Iudic. casu 421.

Tertio, restringendum est in ordinario, qui è sua diœcesi expulsus est. Is enim in aliena diœcesi petitâ licet non obtentâ licentiâ subditis suis Iurisdictionem administrare poterit, Clem. unica de foro compet. Greg. Sayrus in thes. Theol. moral. lib. 2. cap. 21. n. 28. in fin. Denique traditum est, quod Episcopus certis in casibus jurisdictionem habens in loca exempta, potest in illis officialem deputare. Rot. Noviss. decis. 145. n. 2. part. 2. & latius decis. 796. per tot. part. 1.

QUÆSTIO II.

Legati an jurisdictionem habeant in exemptos?

SUMMARIUM.

1. Legati alii sunt missi, alii nati, alii laterales.
2. Quid si Pontifex mittat legatum nudum cum potest uti legati à latere.
3. Ejusmodi facultas est partim ordinaria, partim extraordinaria.
4. Ejusmodi legatus cognoscere potest de causis appellationum ad Papam interpositarum.
5. Soli Cardinales propriè sunt legati à latere
6. De stylo cur clausula cum potestate, &c. soleat adjici.
7. Soli legati à latere jurisdictionem habent in exemptos.

8. An

8. *An Papa possit eximere à legatis à latere.*
9. *Cognoscere de causis exemptorum, est de reservatis Papæ.*
10. *Jure singulari legati à latere cognoscunt de causis exemptorum.*
11. *Generalis commissio Papæ non extenditur ad majora expressis.*
12. *Generali dispositione clericorum non comprehenduntur exempti.*
13. *Exemptio simpliciter data, eximit ab omnibus, excepto Papa.*
14. *Cardinales veniunt appellatione S. sedis*
15. *Felinus arguit Abbatem male hic sentientem.*
16. *Simplex legatus speciali commissione cognoscit inter exemptos.*
17. *Inspicienda commissiones legatorum.*
18. *Simplex legatus an concurrat cum ordinario in casibus quibus à jure aut Concil. Trident. habet jurisdictionem in exemptos.*
19. *Ordinarius in causa sibi specialiter commissa est major legato.*
20. *Potestas legati est restringenda.*
21. *Quo putaverint concurrere & qui non.*
22. *Legatus dicitur ordinarius.*
23. *Capitulum sede vacante an succedat in jurisdictione concessa à lege vel ab homine.*

QUæro secundo, An Legati jurisdictionem habeant in exemptos ? Hæc quæstio 2
insignis est & à nostris sparsim & satis perplexè tractata, antequam ad illius resolutionem me accingam, præmitto tres esse species Legatorum. Sunt enim Legati nati, qui intuitu tantum & contemplatione suarum dignitatum sunt Legati, sic nuncupati, quia confestim adepta dignitate, simul etiam fiunt seu enascuntur legati, qualis Archiepiscopus Cantuariensis & Boracensis in Anglia, Remensis in Francia, Pisanus in Italia, *Innocent. & Imola cap. volentes de offic. legati Abbas & DD. c. 1. cod. tit ubi addit ad Abbat. numer. 1. cap. 1. ubi DD. de filiis presbiter. cap. 1. de appell. Franc. cap. 1 num. 3. de offic. leg. in 6.* quorum hæc est vis atque potestas, ut Iurisdictionem habeant in provincia sibi decreta, adire que etiam possint per viam quærelæ. *Abb. d. c. 1. not. 2. de offic. leg.* Sunt legati missi, quales sunt prælati qui mittuntur per Papam ad regendam provinciam. *d. c. 1 de offic. leg. in 6. ubi Franc. n. 3. Spec. de legato § sequitur videre n. 3. Villadiego tract. de legato part. 1. quæst. 3.* Sunt tertiæ speciei Legati laterales, seu à latere, sic appellati, quod procedant à latere Papæ, quales secundum Rom. curiæ usum soli perhibentur esse Cardinales, *c. decreto 2. qu. 6. ca. ad eminentiam de sent. excomm. c. volentes de offic. leg. Abbas d. cap. 1. num fin. de offic. leg. Spec d. § sequitur num. 1 & Villadiego loco jam citato, Navarr. de datis & promissis pro just. not. 6. n. 11.* Unde non immeritò hoc loci inquirendum, si Pontifex mittat inferiorem adjecta in ejus facultatibus hac clausula CUM POTESTATE LEGATIA LA- 2.
TERE, an ejusmodi Legatus censebitur à latere, ita ut is jurisdictionem sibi vendicare possit in exemptos ? Certe si vis ac potestas hujus clausulæ, CUM POTESTATE LEGATI à LATERE primoribus labris consideretur, vide-

videbitur affirmative respondendum, quid enim interest an Proconsul, an Proconsulari dignitate quis legetur. *l.1.ff. de Tutorib. & Curatorib. datis ab his, Wamesius Cons.42.num.3.de off.legati part.1.Parisius Cons.17.num.3.& seqq.vol.4.* In omni enim concessione seu dispositione nihil debet esse abundans, nihil superfluum, quod esset si hæc clausula non conferret Legato omnimodam legati de latere potestatem, cum id importat vis, energia, & illius intelligentia, quæ superflua esse non debet, sed aliquid operari. *Socinus Regula 440.& seqq.per l.si quando ff.de jureiurand.& ll.vulgatæ Bonr.de potest.legati à latere nu.68.& 69.vol.tract.14.fol.174.* in eaque sententia videtur residere Navarr. *in cap.cum contingat Remed.5.num.2.de reser. tom. 2.* dum de
» Reverendissimo Aloisio Lipomano sic loquitur: Paria sunt quem esse Legatum Car-
» dinalem, & Legatum à latere, ac Legatum cum potestate legati à latere, ut pulchrè de-
» terminavit Decius cons.149.col.fin. & facit l. in testamento ff. de cond. & demonstr.
3 addens ejusmodi facultatem partim esse ordinariam, partim extraordinariam, exor-
» bitantes enim quædam clausulæ faciunt ejusmodi Legatum majorem ordinario Le-
» gato, Abb.cap.cæterum col.5. de judic.gloss.& Card.Clem.2.de offic.ord. Unde (in-
4 quit) ejusmodi Legatus potest cognoscere de causis appellationum ad Papam inter-
» positarum. Ita Navarrus. Cujus sententiam amplectitur & DD. auctoritatibus
comprobat Wamesius *d.num.3.* Iacobus Philippus Portius *cons.28. num.6.* Paris. *cons.17.num.3.vol.4.* Fran.Marcus *decis.135.part.1.* Adæquatus enim censetur eodem jure, quo is cui adæquatur. Paris. *d.num.3.& seqq.ubi late id ostendit.* At vero è contra
5 solum Cardinales Legatos esse à latere tradiderunt alii. *Gomes.ad reg.Cancel.de infir.resig.quæst.3.post pr.Spec.de leg.§ sequitur num.1.& 2.glo.d.cap.1.ubi Franc.num.3. de off.Leg.in 6.Abb.c.1.num.8.extra eod.glo.cap.excommunicatis super verb.commissam vers.sed quos dicemus de latere Papæ missos eod.tit.ubi Innocent.& DD.Boer. de potest. Leg.à latere num.12.* Concessio enim facta Cardinalibus Legatis à latere, non extenditur ad alios Legatos de latere creatos non Cardinales. *DD.cap.1.qui clerici, vel voventes.Roch.tract.de consuetud.num.323.* Nec (inquiunt) idcirco vana erit atque superflua clausula, cum potestate Legati à latere. Quippe quod ea stylo curiæ Romanæ consueverit adjici mandatis Legatorum, qui fimbriam vestimenti Papæ tetigerunt, seu qui ab eo mandatum vivæ vocis oraculo receperunt. *Gomesius d.quæst.3. Spec.d.§.sequitur in pr.gloss.d. vers.sed quos dicemus.Hostiens. in summa de legato post pr.* Id quod ita inolevit propter reverentiam sanctæ Sedis, cui meritus honor exhiberi non potest. Hanc ob causam solet Episcopis qui à curia redeunt ob honorem Pontificis quem tetigerunt & osculati sunt, processionaliter obviari. *cap.cum olim essemus de privileg.Spec.d.§.sequitur post pr.* His præmissis concludendum videtur, Legatos à latere potestatem & jurisdictionem habere in Exemptos. *tex.cap.veniens ubi Franc.de*
7 *verb.signif.in 6.cap.si Abbatem de elect.in 6.Abb.cap.cum venerabilis num.3.in fin.cum Apost.de consuet.Felin.cap.grave n.3.de offic.ord.Abb.cap.1.num.8. extra de offic. leg.*

Rom.

Rom.cons.398. Villadiego tract.de legato part.1.quæst.8.n.20 late Parisius cons.28.nu. 33. *& seqq.par.4.* adeo quod Papa, si opinio Joannis Andreæ vera est, ab ejusmodi Legatis à latere eximere non possit. *in cap.1.col.3.circa med.de privileg.in 6.allegat.cap.* 1.*de verb.signif.in 6.* seu quod verisimilius est, si ab eis eximeret, ejusmodi exemptio surreptitia præsumeretur & de falsitate suspecta, ac per inadvertentiam officialium Cur. Rom. obtenta. *Abb.c.cum instantia n.6.de censib. Card.Clem.1.oppos.3.eod.tit. Spec.tit.de legato §.superest.vers.sed nunquid nu.13.ubi id disputat per plures rationes.* Quia ut inquit Joannes Monachus, Papa eximendo à jurisdictione cujuslibet ordinarii, non videtur eximere à potestate Legati de latere. *Navar.de datis, & promissis pro justitia notab.4.num.10.vers.secundò per ea quæ.*

Ratio prima est, quia cognoscere de causis exemptorum est de reservatis Papæ, 9
reservata autem indigent speciali mentione, quæ nisi expressim fiat, non comprehendentur sub generali commissione seu mandato legatorum. *Fel.ca.grave n.3.vers.primo de offic.ordin.ca.quoad translationem ubi glo.& DD.de offic.leg. Spec.de legato §.superest n.13.vers.sed nunquid sub finem.* Secunda, quia singulare est & speciale quod 10
Legatus à latere habeat jurisdictionem in exemptos. *d.c.veniens d.c.si Abbatem Abb. Spec.& DD.supra citati*, ergo in aliis legatis secus est, *l.ius singulare ff.de legibus. Fel. d.cap.grave n.3.vers.secundò.* Tertia quia Generalis commissio Papæ non extenditur 11
ad majora expressis, seu ad ea quæ speciali nota & favore digna sunt. *cap.sedes de rescript.d.cap.quoad Fel.d.n.3.vers.sed quia mens Papæ.* Exempti autem sunt eximii, & præcipua nota digni. *cap.per tuas de majorit.& obed.ubi DD.cap.ut Apostolicæ ubi Franc.n.3.de privil.in 6. Cotteius de Synodo Episcopi part.3.n.17.*

Confirmatur primò, quia legati nudi non conferunt beneficia Exempta, sed Legati à latere. *dixi infra lib.4.quæst.26.*

Confirmatur 2. quia generali mentione Clericorum non comprehenduntur ex- 12
empti, prout nec appellatione beneficiorum, veniunt beneficia Exempta. *d.cap.grave cap.si propter de rescr.in 6.cap.ex parte de privileg. Clem.si de beneficio ubi Card.de præbend.* quod eò verius est, quò fit majus periculum, ne dispositione generali privilegium Exemptionis aut alteretur aut revocetur. *cap.1.de cons.in 6. Henricus Ferendat.in addit.ad Anton.Milis. Privilegio speciali (inquit) nunquam derogatur per legem generalem, nisi de illo fiat mentio, dixi supra lib.1.cap.9.per tot.*

Postrema, quia Exemptio simpliciter concessa eximit ab omni ordinario, excepto 13
Papa seu S.Sede cujus protectioni seu jurisdictioni Exempti subiiciuntur. *Fel.d.ca. grave n.3.* Atqui soli Legati à latere, non autem alii veniunt appellatione sanctæ Sedis. 14
Barbatus cap.actum col.5.de solut.cons.12. Incip.difficile est vol.3.Franc.d.cap.si Abbatem n.4.cum addit. de elect.in 6. utpote qui sint de substantia S. Sedis, seu quod censeantur pars corporis Papæ, *Boer.tract.de potest. legati à latere n.3.& seqq.*

15 Unde Felinus reprehendit Abbatem censentem simpliciter Papæ delegatum habere jurisdictionem in Exemptos, ex eo quod is Papam repræsentet, geratque hac in parte vices Papæ, subvertitur enim ejus opinio partim rationibus quas jam attuli, partim eis, quas adfert Felinus jam allegatus *d. cap. grave num. 3. per totum de officio ordinarii.*

16 Idque nisi jurisdictio in Exemptos speciali commissione Legato fuerit delegata, *text. cap. si Abbatem in fine de elect. in 6. d. cap. grave. Spec. d. §. sequitur n. 11. vers. sed nunquid in verbis nisi hoc in suis privilegiis specialiter sit expressum. Rom. cons. 98. & 400. incip. in casu quo quæritur nunquid col. 2. vers. cum etiam videamus.*

17 Quo fit, ut istius dijudicatio pendeat ex inspectione rescripti, aut mandati, seu ex commissione, aut facultatibus legati, *cap. fin. de usu pallii. Spec. d. n. 13. Boerius de potest. Legati à latere. n. 28. cap. porrò de privilegiis tex. cap. excommunicatis in fine de officio Legati. Spec. d. tit. de legato §. nunc ostendendum n. 25. in fine vers. legatur igitur.*

18 Dubium autem se offert, in casibus quibus Ordinarius à jure habet delegatam jurisdictionem in Exemptos, utrum simplex legatus cum eo concurrat, seu an ejusmodi in casibus legatus jurisdictionem habeat in Exemptos? ejusmodi casus sunt quamplurimi, quos tum ex jure, tum ex Concil. Trid. proprio capite referemus *infra cap. 45* Cui dubio, Lapus negative respondet, cui eodem loco assentior conceptis verbis

19 Cardinalis. *Clement. cum ex eo n. 3. & finali de sentent. excommunicat.* idque à ratione & auctoritate tantum cap. studuisti de offic. legati, quo Ordinarius in causa sibi specialiter commissa dicitur major esse Legato, cui ideo Legatus se immiscere non potest, quod confirmari posse videtur ex eo, quod Legati potestas sit extraordinaria, & proinde restringenda, teste Guymer. *ad pragmat. sanctionem tit. de collationibus §. & quia in glo. verb. formam*: at verò jurisdictio ordinarii perquàm favorabilis. *Dixi late lib. 1. c. 4. n. 18. & 19. latè Marant. de ord. jud. part. 4. dist. 5. n. 29. 34. 36. ubi probat jurisdictionem delegati esse odiosam.*

21 Pro affirmativa autem opinione, videtur esse hæc ratio, quod ejusmodi Legatus concurrit in sua provincia cum omni Prælato ac Ordinario in omnibus causis, quippe quod is sit etiam in sua provincia Ordinarius, *Spec. de legato §. nunc ostendendum n. 54. vers. nam & ipse Abbas cap. 1. numer. 3. de officio legat. Anchar. cons. 131. cap. 2. ubi DD. de offic. leg. in 6.* Nec obstat ratio & auctoritas allegati cap. studuisti. Quia illud non procedit in ordinario seu delegato ad universitatem causarum, cujusmodi est Ordinarius in prædictis & similibus permultis casibus, teste glossa quam approbat Gondisalvus de Villadiego *tract. de legato part. 1. quæst. 8. numer. 21. tex. & glo. cap. per hoc de hæreticis in sexto.* Quem tamen impugnat Jo. de Selua, censens quod legatus intromittere se non possit de his quæ Episcopus habet ex delegatione juris: licet enim Legatus omnia possit, quæ Ordinarius, id tamen solum intelligendum est de his quæ Episcopus seu Ordinarius potest de

jure

jure suo ordinario & proprio, non autem extendendum est ad ea quæ Episcopus potest jure delegationis, aut aliquo alio jure speciali, *Jo. de Selva tract. de Beneficio part. 3. quæst. 66. n. 9. 10. & seqq. allegat. Innocent. Clem. cum ex eo de sentent. excommunic.* Ideò idem loco eodem concludit, quod legatus beneficia conferre non possit quæ ad Episcopi collationem spectant jure speciali sive delegato, cum isto in casu major & excellentior sit ipso Legato *per cap. studuisti de offic. leg. cap. sane de offic. deleg. glo. Clement. si de beneficio verbo si ad nos in fine de præbendis.*

Ab eadem prorsus ratione emanant quæ alibi fusè traduntur, utrum capitulum sede vacante succedat Episcopo in jurisdictione à jure vel ab homine delegata, id quod nos alibi attigimus, satis sit lectori locum indigetasse, videatur *Jo. Francisc. tract. de potest. cap. sede vacante par. 1. quæst. 7. & 10. v. infra lib. 4. cap. 24.* 25

QUÆSTIO III.

In impetratione rescripti contra Exemptum, an facienda sit mentio Exemptionis.

SUMMARIUM.

1. *In impetratione rescripti narradum privilegium.*
2. *Rescriptum vitiatur silentio qualitatis.*
3. *Gratia secunda facere debet mentionem Prioris.*
4. *Narranda omnia quæ Principem movere possent.*
5. *Papa difficilius contra Exemptos delegat ordinarium.*
6. *Rescriptum tacito privilegio fori non valet.*
7. *Opinio negativa.*
8. *Praxis lucerna juris.*
9. *Stylus habet vim legis.*
10. *De stylo narranda est Exemptio.*
11. *Etiamsi rescriptum haberet clausulas universales.*
12. *Generali sermone non comprehenduntur Exempti.*
13. *Quid si narretur Exemptus, qui non est.*

HÆc quæstio, dubio scribentium Marte à Doctoribus tractatur: pro illius autem affirmativa sunt variæ rationes. Imprimis enim in impetratione rescripti exprimenda est & narrada conditio personæ privilegiatæ, contra quam rescriptum impetratur, v. g. quod sit persona privilegiata, miserabilis, scholaris, Doctor &c. alioquin enim vitio surreptionis laboraret. *arg. l. 1. ff. de Natalib. restituend. Rebuff. tract. de privilegiis scholarium ubi late de hoc privil. 91. & in praxi beneficiorum part. 1. tit. differentiæ inter rescripta gratiæ & justitiæ num. 6. Felin. & DD. cap. 1.* 1

[c] *a.cum ordinem ca.ad audientiam. de rescriptis Menochius de arbitr.judicium lib.2.cent. 3.casu 202.n.39. Anton. de Tremolis addit. ad praxim, Uberti de Bonacurso tit. de exceptionib.contra rescripta §.invisibilia verò doctrinæ in verb tacendi fraude Innocent.cap. significantibus de offic. delegati. Socin.cons.164. visa Bulla col.1.vol.2.* Ratio est, quia rescriptum non vitiatur taciturnitate facti, sed etiam silentio alicujus qualitatis, *tex. cum glo.cap.dilectus filius 1.ubi Fel.n.10.de rescrip. Card.cons.141.col.5. Ubertus de Bonacurso in d.glossa.*

3 Unde dicit allegatus Tremolis, gratiam factam super homicidio secundò, non facta mentione gratiæ obtentæ super primò, non valere, *Guilelm.Cugn.l.3.C.de Episc. audient. Jason.l. præscriptione in fin.C.si contra jus vel utilit.publicam.*

4 Quippè quod ea omnia debeant exprimi quæ principem ad aliter atque aliter, seu hoc aut alio modò rescribendum movere possent, *cap. constitutus. cap super literis cap.postulati.cap.in nostra,ubi late Abb.Fel.& DD.de rescript.latissime.Menoch.de arbitr. judic.cent.3.casu 20.per tot.compostell.d.ca.dilectus post medium.* Quod certe præcipua quadam ratione viget in impetratione rescriptorum adversus Exemptos. Etenim
5 non facta mentione Exemptionis, Pontifex posset alicui causam delegare, cui alioquin non delegaret, ac ut utar verbis Felini, Quia Papa difficilius daret contra Exemptos
» magis unum judicem, quam alium, præsertim ordinarium, cui sunt exosi. *Fel.cap.cum* » *ordinem n.7.vers.considera 3.de Script.Item cap.1. nu.14. vers.tertio Restringe eod.tit. Hostiensis. Jo. Andr. Butrio. Abbas Imola cap.ex parte 1.de privilegiis.*

6 Confirmatur à simili, quia rescriptum contra privilegium fori, eo tacito, non valet. Ideòque rescriptum in materia feudali, aut contra scholarem, non expressa istius mentione, non subsistit, habent enim & feudum & scholares quemadmodum & Exempti, speciales suos judices, quod exprimi debet in rescripto. *Bald.d. cap.cum ordinem ubi Fel.& DD. Rebuff.d.privileg.91.*

7 Econtra verò, sunt qui argumentantur, non opus esse Exemptionis facere mentionem, nempe quod in rescripto contra privilegiatum impetrato necesse semper non sit de privilegio meminisse. *DD.late cap.cum ordinem Innocent.& DD.cap.constitutus eod.* Potissimum verò, quod tum demum rescriptum censeatur surreptitium, cum tacetur verum; quod jura in rescripti impetratione volunt exprimi. *Navarr. cons.1.num.5.de const.cons.unico num.4. & 5.de feudis cons.9.de consang. & affin.cons. 20.num.3. de Clericis non resid.* cujus speciei non est qualitas Exemptionis: erubescimus enim sine lege vel auctoritate loqui. *l.illam in fine C. de collat.* quam quidem
8 opinionem Abbas, Fel. Imol.Butrio,& DD.hactenus allegati in jure fundatiorem esse censuerunt. Veruntamen, postpositâ illâ, non est recedendum à priore, quam praxis quæ est lucerna juris. *Rebuffus in l.urbs in principio ff.de verborum significationibus.* & longævus Curiæ Romanæ stylus, qui vim legis obtinet. *cap.ex literis de const.cap.*
9 *quam gravi de crimine falsi. Jo.Staphileus de commissionib.& literis justitiæ §.dicendum*

est:

est n.66.vol.tra.14 fol.41. *Præses loco à stylo.* Ita referente Abbate, Felin. & aliis confirmarunt. *Abb.d.cap.ex parte 1.n.5.de privileg. Fel.d.cap.1.num.14. vers. tertio restringe d.cap.cum ordinem num.7. Hostiensis Io.And. Imol. Butr. supra citati. Caldeus cap.cum ordinem in fin. de Rescript.* Stylo enim Rom.curiæ inquiunt præfati DD. taciturnitas exemptionis rescriptum officeret atque vitiaret. 10

Ampliatur, etiamsi rescriptum contineret, quod vocare posset omnes & quoscunque debitores suos, nam dictiones illæ universales non extenduntur ad debitores exemptos, qui vigore ejusmodi generalis rescripti vocari non poterint coram ordinario. *Angel. l. fin. C sine censu vel reliquis. Bald. l. legatorem §. qui plures ff. de leg. 2.* 11

Ratio est, quia locutione generali, quando vertitur aliquod præjudicium exemptionis, non comprehenduntur exempti. *glo. l. de curionib. C. de silentiariis lib. 12. Barth. l. sed. & posteriores ff. de leg. dixi late supra li. 1. quæst. 5. n. 13. 14.* Quid autem è contra, an rescriptum judicandum sit surreptitium, si in eo exemptus narretur qui non est? Respondeo cum Navarro negative *cons. 8. per tot. de rescript.* quia ejusmodi narrativa enunciatio causa concessionis non est. *Navarr. d.n. 8.* Regulaterque rescriptum non vitiatur continens causas partim falsas, partim veras, dummodo eæ veræ sint, in quibus Papa se principaliter fundat. *Rom. cons. 369. Lapus alleg. 24. glo. cap. 2. inter cætera cap. olim de rescript.* 12 13

QVÆSTIO IV.

Exemptus an conveniri possit ex l. diffamari. C. de Ingenuis & Manumiss. coram ordinario?

SUMMARIUM.

1. *Quidam putaverunt exemptum conveniendum ex l. diffamari coram judice suo, non vero coram ordinario.*
2. *Ratio eorum est, quia agens ex l. diffamari est actor.*
3. 23. *Opinio putantium exemptum conveniri posse coram ordinario, est verior.*
4. 24. *Laicus contra clericum ex l. diffamari agit coram judice laico.*
7. *Diffamatus dicitur agere stimulate & coacte.*
8. 16. *Exceptionem habens potest eam proponere coram suo judice.*
9. *Debitor agit coram suo judice contra creditorem.*
10. *Idem in examinandis testibus ad perpetuam rei memoriam.*
11. *Idem est judex præparantis & præparati.*
12. *Judex petentis absolutionem à juramento adeundus.*
13. *Uxor coram suo judice agit contra maritum.*
14. *Idem disponitur in fidejussoribus.*
15. *Idem:*

15. *Idem in publico proclamato.*
16. 17. *Exceptio alia competit stimulato, alia subsistit de per se.*
18. *Aliud est esse actorem, aliud actorem vice fungi.*
20. *Diffamare est tacite ad judicium provocare.*
21. *Excommunicatus non agit ex l. diffamari.*
21. *Contra ipsum vero agitur.*
25. *Opinio antetacta limitanda est, si exempti nec active, nec passive, hoc est, qui agendo non possunt prorogare jurisdictionem ordinarii.*
26. *Diffamans an in causa principali habeat electionem judicis.*

1 SUnt classici Autores qui sustinent, exemptum in casu hujus quæstionis conveniri non posse coram ordinario, sed coram proprio judice exemptorum. Quorum opinio invenitur supremorum tribunalium placitis esse confirmata. *Matheus de affict. decis. Neap. 268. incip. in alia causa fuit. Boerius decis. 255. n. 7. Paris. c. in præsentia col. 10. de probat. Deci. cons. 487. in quæst. proposita n. 10. cons. 686. magistratus Pyrrhus in fine Castren. Barth. l. in criminali n. 3. C. de jurisd. cui jud. ubi etiam Barth.*

2 Eorum præcipua hæc est ratio, quod vocans exemptum condictione hujus legis in jus, actoris partes sustinet, quippe quod is voluntariè prior & principaliter agat, ac proinde, ut est vulgare, forum rei exempti sequi debeat, *l. in tribus ff. de judiciis. l. libertus à patrono ff. de in jus vocando ubi Barth. Bald. Castr. Alex. Odefredus in l. in præsenti C. de his qui ad Ecclesiam confugi. cap. si Clericus cap. cum sit generale de foro compet.*

3 Veruntamen, non obstante auctoritate & ratione præcedentium, sententia aliorum verior est & communior, qui censuerunt exemptum in casu hujus legis privilegio non gaudere, sed conveniendum esse coram judice ordinario diffamati, tanquam judice competente. *Alex. cons. 103. l. 5. ubi pro se citat Butr. Abb. mo & alios Fel. c. ea quæ in pr. de Re Iudic. c. sin autem col. fin. de testibus Natta Clem. sæpe col. 36. de verb. sig. Rom. cons. 412. pro habenda. Areti cons. 14. col. 8. venio igitur ad tertium. Gail. lib. 1. obs. 9. & seqq. Blarerius in repert. l. diffamari c. 4. n. 2. fol. 85. Contardus c. 5. q. 1. n. 3. Cagnolus n. 9. C. de Ingenuis & manumiss. ubi dicunt hanc opinionem esse communem.* Rationes sunt
4 multæ & efficaces, Imprimis quia laicus conveniens clericum ex hac lege id facit coram judice suo sæculari, *Alex. d. cons. 103. Boer. decis. 113. Blarerius & Contard. ubi supra*, ergo idem statuendum est in exemptis, quippe quod inter exemptos & cleri-
5 cos, sit quædam similitudo, æquiparatio, seu proportionabilis ratio in materia fori, prout notavimus supra *quæst. 45. lib. 1.* cui etiam assentitur Felinus ibidem allegatis, æquiparat enim scholares exemptos & Vasallos in eo quod habeant speciales
6 judices, ideoque æquali similive jure regulantur. De similibus enim idem est judicium eademque juris dispositio, quemadmodum latè & doctè notant Massa Galesius *tract. de exercitat. jurisperit. lib. 2. num. 62. & seq. Præses in locis legalibus loco à simili per l. illud ff. ad l. aquiliam*, ac ut inquit Ulpian. non possunt omnes casus legibus

bus comprehendi, ideo ex similibus ad similia judicandum est. *l. non possunt eum l. seq. ff. de legibus late præses in locis loco à lege cessante.*

Secundò, quia diffamatus agens ex hac lege non tam dicitur agere, quam excipere, stimulate enim agit provocatus diffamationibus ab ipso diffamatore. *Bald. d. l. 7. diffamari. Blaverius d. capite 4. n. 3. Alex. d. cons. 103. Gaill. lib. 1. obser. 9. nu. 7. & seqq. Cagnolus ubi supra n. 9. vers. non obstat.* Licet autem diffamatus actor videatur ex quo ipse ad judicium provocet, tamen quia ipse non venit sponte, sed coactus diffamationibus, attendenda est magis illa efficiens causa, quæ prima est, quam posterior quæ est accidentalis. *arg. l. qui habet in princip. ff. de tutelis. Felin. cap. si quis contra col. doctè Abbas n. 2. & 3. de foro compet. c. si autem col. fin. in fine de Rescript. & d. c. ea quæ in pr. Decius c. 2. col. 4. de probat. Cagnol. l. d. n. 9.*

Tertiò, quia regulariter exceptionem habens, potest adversarius convenire ne in- 8
quietetur, idque non coram judice conventi, sed coram judice impetrantis, seu ejus, qui exceptionem sibi competere asserit. *Anton. cap. quintavallis vers. ad secundum vetus de jurejur. Milis in repert. verb. exceptiones habens. Felin. d. cap. ea quæ num. 1. post pr. in d. cap. si quis & d. cap. fin. autem. DD. ubi supra Barth. l. si societatem §. arbitrorum n. 18. ff. pro socio l. si finita §. eleganter n. 3. de Dam. infecto.*

Quartò, quia in simili debitor volens pecuniam ad sistendum usuras consignare, 9
facere id debet non coram judice creditoris, sed suo, qui de causa principaliter cognosceret. *Alex. d. cons. 103. Bald. l. acceptam quæst. 14. C. de usuris. Math. de Afflict. decis. Neap. 18. Boer. decis. 114. num. 9. Iason. d. cum ii §. si prætor in fin. ff. de transact. ubi Barth. & DD.*

Quintò in examinandis testibus ad æternam rei memoriam, adiri debet rei judex, 10
etiamsi Reus ipse sit ad hoc provocans, *Catell. Cotta in memoria lib. verb. Iudex causa præparantis d. dec. Neap. 18. Barth. l. si Societatem §. arbitrorum num. 20. ff. pro socio & in d. l. cum ii §. transactiones ubi Apost. doctè Abb. cap. si quis contra clericum. nu. 2. & 3. de* 11
foro compet. Ratio, quia idem debet esse judex præparantis, qui præparati. *Felin. cap. cum sit generale n. 4. vers. amplio conclusionem de foro compet.* De qua regula vide fusè Cachet. *decis. 78. per tot.*

Sextò, qui juravit solvere usuras forensi, pro absolutione, adiri debebit judex pe- 12
tentis absolutionem, non vero forensis, quia jurans originaliter est Reus, *Lapus allegat. 10. quem sequitur Abbas c. si quis contra clericum n. 2. & 3. de foro compet.*

Septimò, facit quoque quod adfertur de sponsa, quæ si petit licentiam divertendi à 13
sponso, facere id non debet coram judice viri sed suo proprio, ex quo coram eo principaliter esset convenienda in causa matrimonii, *Abb. ca. ex parte col. 2. n. 5. de Rest. spoliat.* Cui tamen non assentitur Anton. de quo per Abb. *d. n. 5.*

Octavò, idem respondetur in pluribus fidejussoribus, potest enim aliquis fidejus- 14
sorum etiam antequam conveniatur vocare in jus creditorem principalem, eique

juxta

juxta beneficium Divi Adriani debitum dividere, *Abb.d.cap.si quis contra clericum n.2*
15 *vers.unde licet fidejussor.gl.& DD.l.si condemnat.ff.de fidejussor.Blarer.ubi supra ca.2. num.20.* Postremo, quotiescumque proclamate seu edicto publico quicunque sua putaverint interesse citantur, tum enim etiamsi ordinarie agendo actor forum rei sequeretur, hac cautela illud evitabit. *Doctores l. consulta divalia C. de Testament. Ang.l.1.§.hæc Stipulatio ff. si cui plus quam per l. falsidiam. Socynus in fallent. Reg. 10. incip. actor regulariter in fine ubi dicit cautelam notandam. Marant. de ord. jud. par. 4. dist. 11.n.36.* Porro, quod dixi exceptionem habentem, præveniendo posse agere coram judice suo, non usque quaque verum est, sed ex mente Abbatis recipit aliquam restrictiunculam.

16 Distinctionem enim facit inter exceptionem proprie dictam, quæ competit tantum stimulato stimulo actionis, & impropriam, quæ competit subsistitque sine actione, seu (ut inquit Innocent. *in cap. super eo de elect.*) habet vim & modum actionis. In proprie sumpta exceptione, hactenus dicta habent locum, in impropria vero neutiquam, in his enim non videtur excipi seu de exceptione tractari, quia originaliter hujusmodi genere exceptionum principalis ipsa quæstio actione in judicium evocatur. Ideoque ejusmodi exceptio non discutietur coram judice illius, adversus quem ea objicitur. *Abb.d.cap.si quis contra clericum n.3 sub finem de foro comp et. Innocent.cap.cum dilecti. cap. dudum num.1.& 2.cap. super eo de elect.* Exemplum ponitur in electo, qui licet confirmationem non petat, nihilominus tamen adversus eum ex-
17 cipi poterit de inidoneitate, seu aliter, atque aliter electio infirmari, idque non coram judice excipientis, sed coram judice electi, quia hæc quæstio stat per se, estque principalis ex quo ad aliud judicium actionemve non referatur, *Abb.d. num.3. per cap. fin. de elect. in 6. Blarerius ad d.l. diffamari cap 4. num.14.* Porro, stante hac communi opinione, quam etiam teste Andrea Gaill. Camera imperialis observat. *lib.1. obs.9. 10.11.12. Blarer ubi supra.* Varie responderi potest ad argumenta prioris opinionis affirmativæ.

18 Et quidem cum Baldo, aliud est actorem esse, aliud actoris vice fungi, actor forum sequitur, qui vero vice actoris fungitur minime, ne incidamus in absurdum, quod Reus qui in exceptionibus actoris vice fungitur actoris forum sortiatur. *Bald. cons. 173. lib.2. Dec. cap. cum inter n.14. de except. Cæsar Contardus in rep. d.l. diffamari cap. 5. numer. 19. & seq.*

In subjecta hac materia qui diffamatoriâ petit silentium imponi, non est merus a-
19 ctor, sed actoris vice tantum fungitur, ad instar rei, qui provocatus impetitionibus actoribus resistit probationum partes frequenter ultro in se assumendo. *Card. Paris. cons.83. vol.2. Bald.d.cons.175.*

22 Confirmatur, quia diffamare est tacitè ad judicium provocare, ideoque diffamator eo ipso quod diffamat, ad judicem rei diffamati provocare & agere velle intel-

ligitur

ligitur *per text. d. l. diffamari ubi Bald. n. 8. & 18. Gaill. d. obs. 9. n. 5.* Non movet quod generaliter excommunicatus tanquam reus se defendendo in judicio esse possit, hic autem ex lege diffamari experiri prohibeatur, teste Felino *in cap. Cum inter n. 12. de except. ubi DD.* ita sentiente communius contra Joannem de Anania *in cap. dura. col. 2. de trim. falsi. Feder. de Senis cons. 275.*

Quia licet excommunicatus tanquam reus habeat personam standi in judicio, hoc 21
duntaxat verum est, cum is est reus necessarius, at verò in Judicio hujus legis, excommunicatus est reus voluntarius, qui quidem licet diffamationibus stimulatus compareat, non tamen ad hoc compellitur ex necessaria juris sui defensione, quo casu certe audiretur, sed voluntarie prorsus se offert, eaque est communior censura Doctorum. *Boer. decis. 255. n. 7. & dec. 258. Blarerius ubi supra cap. 2. nn. 24. 26. docte Gregor. Sayrus in Thesauro Theol. Moralis part. 1. lib. 2. cap. 8. n. 12. & 13. ubi explicat quis dicatur reus voluntarius, quis necessarius.*

Contra verò excommunicatum condictio hujus legis ritè intentatur, ne quod in 22
odium excommunicationis introductum est, in illius favorem & compendium convertatur. *cap. intelleximus ubi Innoc. Butr. Abb. Felin. de Judic. & d. cap. cum inter Blar. ubi supra cap. 4. n. 8. & seqq. Sayrus d. cap. 8. num. 13.* quod tamen requirit majus examen, non enim hoc in casu dicendus est reus necessarius, sed voluntarius ad instar banniti, qui comparere non potest citatus si sua putaverit interesse, & aliis in similibus causis, quos Doctores posttemo allegati studiosè persequuntur, ad quos ne meam egrediar orbitam, lectorem remitto.

Ex quibus fit liquidè probata communis, nostra conclusio, quod exemptus in ca- 23
su hujus legis privilegio suo non fruatur, sed subiiciatur ordinario velut judici hujus causæ competenti. Quippè quod exemptus agendo non trahat causam ad suum forum, sed quod is juxta Regulam generalem forum rei sortiatur. *c. cum sit generale, cap. si quis contra Clericum ubi DD. de foro competenti. tex. cap. experientiæ 11. quæst. 1. & cap. si Clericus de foro compet.* Ac quidem quamvis jam allegatæ auctoritates ita stantin Clericis, ut forum rei Laici sortiantur, idipsum tamen extenditur ab identitate rationis, etiam vigere in exemptis, Quippè sicut Clerici jure divino Exempti à 24
jurisdictione Sæcular, agendo tamen sortiuntur forum rei Sæcularis. *Steph. Aufrer. tract. de potest. Sæcul. super Ecclesiast. person. in introductione num. 7. concl. 3. d. cap. experientiæ d. cap. si Clericus.* Ita etiam debemus respondere in Exemptis, qui privilegium fori positivo jure adepti sunt. *tot. tit. extra & in 6. de privileg.* Nam si id de quo magis videbitur inesse, non inest, nec etiam de quo minus. *Præses loco à majori,* nec enim aliter jure cautum reperitur *Erubescimus sine lege loqui. Anton. de triente & semisse §. Consideremus.* Quod ipsum propius ad hanc quæstionem respondendo, vidisum pridem fuit Blarerio, dum scripsit hoc verborum tenore: Neque hic aliqua alicujus privilegii allegatio locum meretur, sicut in Imperiali judicio contra Electores

„ res privilegiatos alioquin aut Exemptos constanter observatur, unde hic non solum
„ decisio illa cessat, quod citatus non teneatur comparere ad allegandum privilegium
„ suum, si notorium est, judicem non habere jurisdictionem vel habere elidibilem in
„ causa, sed nequidem hic ulla illius privilegii seu Exemptionis productio, quicquam
juris sibi vendicare potest. Ita ille, *adde Gaill. supra num. 17. in fine.*

26 Prædicta tamen intelligenda sunt in Exemptis qui activè prorogare possunt, id est, qui si agerent coram ordinario, illius jurisdictionem prorogarent, quem admodum sequenti quæstione num. 1. tractabimus, cæterum si neque activè, hoc est agendo jurisdictionem ordinarii sortiri possunt (velut quæstione eadem *nu. 9. usque ad finem* dissremus) aliud esset concludendum.

Quid autem, si diffamatus plures habeat judices? poteritne diffamans postposito judice, qui in diffamatorio judicio fuit præventus, eligere alium ex judicibus diffamati, coram quo principale suum judicium instituat? Affirmativam sententiam amplexus est Socinus *consil. 94. vol. 3.* assèclasque habet Andream Gaill. *libr. 1. obs. 11. num. 4. & seqq.* & alios non paucos: at vero negativam, scilicet quod principale judicium moveri debeat coram eo judice, qui in judicio diffamatorio ex l. diffamari fuit præoccupatus, secutus est Joannes Baptista de Sancto Severino. *Rep. l. omnes populi col. 14. de just. & jure*, & multis aliis omissis Felinus *cap. Cum sit generale num. 6. de foro comp.* hac potissimum ratione, quod idem debeat esse judex causis præparatis, qui fuit causæ præparantis, propter causæ continentiam & connexitatem, quæ dividi non debet, & quod altera actio veniat in consequentiam alterius, *vide infra eodem lib. quæst. 38.* uti multifariam diversis rationibus desumptis ex subtili tractatu quem de continentia causæ inscripsit Mindanus confirmare posset, Sed cum hæc quæstio per parergos sit proposita, subsisto, relegans lectorem ad Petrum Peck. de Jure sistend. *cap. 34. num. 3. & 4.* & ad Bartholomæum Blarerium *Rep. d. l. diffamari cap. 4. num. 39. fol. 107.* qui in illius discussione plenius se diffundit.

QVÆSTIO V.

Exemptus agendo an forum rei coram ordinario sortiatur?

SUMMARIUM.

1. *Actor sequitur forum rei.*
2. *In privilegiis sequenda mens concedentis.*
3. *Quædam Exemptio passiva.*
6. *Quædam activa & passiva, qua nec agere, nec conveniri possunt.*

7. Prin-

7. *Principis quanta potestas.*
9. *Exempti habent speciales judices.*
10. *Papa reservando quasdam causas, censetur privare ordinarium jurisdictione.*
11. *Papa si reservet sibi absolutionem, Episcopus non dispensabit.*
12. *Jurisdictio in Exemptos est reservata.*
13. *Reservatio symbolisat cum avocatione.*
14. *Æquipollet clausulæ irritanti.*
15. *Item appositione manus Papæ.*
16. *Clausula irritans ligat ignorantes.*
17. *Clericus facile impetrat judicem contra laicum.*
18. *Clericus Secundarius Diœcesis Leodiensis, Exemptus est active & passive.*

IN jure nihil est magis vulgatum, quàm quod actor, licet extraneus, forum rei 1
sequi debeat, *l. fin. C. ubi in rem actio. Lapus allegat.* 10. Idque etiam de jure Canonico contra Ecclesiasticos firmatum est, utpote quod Clericus forum rei Laici sortiatur, paucis tamen casibus exceptis, quos Spec. & DD. persequuntur. *tex. c. si Clericus cap. cum sit generale, ubi DD. de foro compet. cap. experientiæ* 11. *quæst.* 1. *Specul. de competen. ind. addit. part.* 2. *§. generaliter per tot.* Unde fit occasio investigandi an hæc defi- 2
nitio sequendi fori generalis, obtineat etiam hac in materia Exemptorum? Pro solutione præmitto, quod frequenter antea inculcatum est, in Exemptionibus & privilegiis quibuscunque ad amussim semper attendendam esse mentem & verba concedentis. *cap. quanto, cap. porro, cap. recepimus de privil. Rom. cons.* 29. *cons.* 180. *num.* 10. *Franc. cap.* 1. *§. ex parte n.* 2. *cum addit. de concess. præbend. in* 6.

Aut igitur simpliciter conceditur Exemptio à jurisdictione ordinarii, tunc licet 3
exemptus hoc pacto conveniri coram eo non possit, tamen agendo, reum coram suo ordinario convenire compelletur. *Bacquetius in suo celebri tract. des droits du domaine de la Couronne de France: tractatu* 4. *par.* 1. *cap.* 10. *vers. & par autres lettres.* Ratio sumetur ex Regua antescripta, quæ confirmatur ex identitate rationis & æquipara- 4
tione quam hactenus dixi esse inter Clericos & Exemptos ratione specialitatis fori, illi enim Exempti sunt à foro Laici jure divino, hi verò à jurisdictione ordinarii jure positivo, *dixi supra li.* 1. *quæst.* 45. *vers. Idque argumento proportionabili & lib.* 2. *quæst.* 4 *vers. ac quidem quamvis num.* 6. *&* 24. illi sequuntur forum rei, ergo & hi.

Confirmatur secundò, Quia extraneus etiamsi nullo pacto sit subjectus judici seu 5
foro rei, tamen agendo ei subiicietur ea in causa sequendo ejus forum, *Lapus d. alleg.* 10. *l. juris ordinem C. de Jurisd. om. iud.*

Id quod etiam dicendum est de Exemptis, qui quidem licet jure quasi extrâneo- 6
rum censeantur *per cap. grav. ubi Felin. & DD. de offic. ordin. & dixi supra quæst* 46. *post pr. lib.* 1. tamen longè magis subiiciuntur Episcopo seu ordinario quam extranei, qui illum nullo jure recognoscunt: quippè quod licet non sint de Diœcesi, sunt tamen in Diœcesi, id quod de extraneis enunciari non potest. *d. cap. grave*, nec enim sunt in diœcesi aut de Diœcesi.

6 Aut verò concessa est Exemptio plenior & abundantior à jurisdictione ordinarii, ut Exempti ne quidem agendo eam prorogare possint. Id quod antè scripsi, hauriendum est ex verbis, tenore & mente privilegii, quo casu ab agendo per modum
7 declinatoriæ submovebatur, quamdiu de submissione seu delegatione fidem non fecerint. Ratio est multiplex; Prima, qui a quemadmodum in temporalibus Principis est summa potestas, utpote (ut inquit Bald.) quod is sit causa causarum, ideoque de ejus potestate disputare non liceat, nec sit de ea inquirendum. *Bald. cap. Ecclesia S. Mariæ num. 7. ut lite pend. Jason. l. rescripta, num. 2. & 3. C. de precibus imperat offerendis Gaill. lib. 2. obs. 56. num. 15.* talis etiam in sponsalibus & Ecclesiasticis potestas summi
8 Pontificis. *pulcher text. cap. cuncta per mundum cap. per principalem 9. quæst. 3.* à quo (inquid Bald.) inferiores omnem suam jurisdictionem sicuti planetæ suum à sole lumen mutuantur: *Bald. cap. bonæ & 2. col. 4. vers. pendente de postulat. Prælat. Troylus tract. de Canoniz. sanct. §. sequitur secundum num. 28. & 42. per cap. Significasti in fine de elect. cap. 2. de præbend. in 6. Clem. 2. ut lite pend. d. cap. cuncta per mundum, ubi dicitur quod Papa liberam habet potestatem.* Unde eximendo hoc modo, ut ne quidem coram ordinario agere liceat, censetur ordinarium in ejusmodi genere personarum privare jurisdictione. *arg. l. judicium solvitur ff. de judiciis.*

9 Secundò, quia Exempti speciali concessione habent proprios suos & speciales judices, Jurisdictio autem specialiter alicui data excludit ordinarium. *Bald. cons. 395. visis omnibus vol. 4. Boer. ad consuet. Bituricenses tit. 2. §. 2. glo. 3. Gaill. lib. 1. obs. 40. n. 5.*

10 Nam reservatione seu delegatione certarum causarum ad ordinarium spectantium, Pontifex censetur ordinarium quo ad eas causas omnimoda privare jurisdictione, *Bald. l. si ut proponis 1. n. 12. C. quomodo & quando judex. Jason. l. majorum n. 66. ff. de Jurisdict. om. jud. Fel. cap. quoniam Abbas n. 12. in fin. de offic. deleg. Marant. dist. 16. n. 37. Gaill. lib. 1. obs. 41. n. 12. in fine.*

11 Simile est cum Papa sibi absolutionem reservavit, Episcopus non poterit absolvere etiam proprios subditos, *cap. nuper de sent. excom. Abb. cap. significasti n. 11. vers. ego hunc articulum de Foro compet.*

12 Tertiò, Jurisdictio in ejusmodi Exemptos est per principem seu Pontificem reservata, ideoque alterius jurisdictionem cujuscunque seu agendo seu defendendo prorogare non possunt. *Bald. & DD. cap. Imperialem §. præterea si inter duos de prohibita feudi alienat. per Feder. n. 19. vers. in contrarium Abb. cap. Cæterum de jud. Barth. & DD. l. 1. §. & post operis in fin. ff. de novi oper. nunt. Alvarot. d. §. præterea si inter n. 4. in fine, vers. sed intelligas.* Regulariter enim quando Papa sibi jurisdictionem reservavit, velint nolint (inquit Bald.) partes erunt sub Papa, *Bald. & Alvarot. ubi supra per cap. inter dilectos ubi Innoc. & DD. de excessib. Prælatorum, gloss. Archid. & DD. cap. tibi qui gratiam de Rescript. in 6. Innocent. cap. Cum in Ferrariens. de constitut. Felin. cap. Cum cessissent num. 28. vers. hanc Regulam limita de constitut.*

Ad

Adhæc, reservatio jurisdictionis generalis causarum seu personarum plurimum 13
certe cum avocatione simbolisat. *Æneas de falconibus tract. de reservatione quæst.1. principali n.4. in fine.* Unde quemadmodum Papa per avocationem causæ impedit jurisdictionem ordinarii, ut quo ad illam pro privato habeatur. *Philipp. de Perusio cap. ut nostrum de appellat. Guido. tract. de rescriptis n. 38. Gaill. d. obser. 41.* Ita etiam in reservatione jurisdictionis dicendum est, utrique enim hoc commune est, quod æquiva- 14
leat seu æquipolleat decreto irritanti. *tex. ubi glo. & DD. cap. Cum dilectus de Jure patron. & in cap. præsenti in 1. resp. de offic. leg. in 6. Lapus allegat 16. an valeat post num. 2. Cassad. dec. 2. n. 7. de restit. spol. Mandos. tract de inhibit. quæst. 100. n. 9. & 10.* Non secus 15
quam per appositionem manus Papæ, quæ pariter importat decretum annullativum, seu clausulam irritantem, *Menochius cons. 83. Respondebo n. 13. lib. 1.*

Cujus quidem clausulæ ea est vis, ut liget etiam ignorantes cum à Papa adiicitur, 16
secus verò si ab inferiore, ubi late probat Mandos. *d. tract. de inhibit. quæst. 36. per tot. & Æneas de falconib. d. tract. quæst. 4. effectu 1. per tot. cap. 1. concess. prah. in 6. Clem. 1. eodem ubi DD. Leonellus tract. de surrept. rescript. quæst. 3. art. 4. in fine fol. 13. col. 4.* Adiecta cum à Papa adiicitur, quia Decretum irritans Legati aut alterius inferioris à Papa vel principe, secundùm communiorem opinionem non ligat afficitve ignorantes, sed tantum scientes. Ratio, quia inferior constituere potest contra jus, *cap. Cum inferior de majorit. & obedient. cap. pen. & ult. de filiis Presbiter.* quod fieret si permitteremus irritantem hanc clausulam legati afficere ignorantes, ut est pro communi hac opinione testis Mandosius *d. tract. de inhibitionibus quæst. 36. n. 4. & 5. ubi latè id probat*, cui tamen adversari dicit Lapum *alleg. 14. incip. Conclusio prima num. 3. Card. Clem. 1. in 6. not. de concess. prabend. Gaspar de Perusio tractat. de Reservat. Laudens. tract. de privilegiis quæst. 46. videatur etiam Villadiego de Legato quæst. 9. n. 67.* de qua clausula etiam Fel. *cap. 2. n. 7. vers. quartò limitè, col. 5. de constit. Rebuff. tract. de evocationibus in pr. numer. 22.* dicens idem esse, sive avocatio procedat cum causa, vel sine causa, neque subintelligi, si pars ea uti voluerit. *Felin. & DD. cap. Cæterum de Rescript. in cap. audita de rest. spol.*

Quartò, licet verum sit, quod diximus, Clericum actorem sequi forum rei Laici, 17
tamen levi ex causa, imò indistinctè Papa concedit Clero literas quibus Laicum trahit ad suum forum. *Archid. cap. Judicatum dist. 89. Abb. c. si Clericus num. 7. per tot. de foro compet.* Id quod cum faciat per modum delegationis, non minori potestate idipsum facere potest per modum privilegii, *per pulchr. not. Auferii de potestate Sacularisuper Ecclesiast. Reg. 1. n. 2.*

Quod genus Exemptionis concessum liquet Clerico Sæcundario Diœcesis Leo- 18
dienſis, idque non modò in actionibus passivis, sed etiam in activis, sit manifestius tam ex Concilio Basilienſi, quam ex plurimis Pontificum concessionibus confirmationibusque, quas non juvat redigere in hunc locum.

QUÆSTIO VI.

Exemptus citatus coram Ordinario, teneaturne comparere & allegare suam Exemptionem?

SUMMARIUM.

1.2.3. *Citatus coram non suo iudice tenetur comparere ad declarandum, alioquin amittit privilegium & punitur ejus contumacia.*
4. *Clericus vocatus coram Laico si non comparet, mulctatur in expensis.*
5.19. *Processus iudicis habentis iurisdictionem exceptione elidibilem, valet.*
6. *Per decretum competentiæ iudex competens acquirit iurisdictionem.*
7. *Legati habent jus revocandi domum, quod allegari debet.*
8. *Præsumptiones allegari debent.*
9 *Exceptio notoria proponi debet.*
10. *Vasallus & Exemptus parificantur.*
11. *Clericus comparere non tenetur.*
12. *Vocatus ad synodum venire non tenetur.*
13. *Citatio Exemptorum est injusta.*
14. *Item citatus ultra unm dietam.*
15.16. *Pretrea Prædicatores & Præmonstratenses.*
17. *Item Scholares.*
18.19.20.21.22.25.28. *Citatus non tenetur comparere ad allegandum, si notorium est, iudicem non habere iurisdictionem, vel habere elidibilem in causa.*
23. *Exceptionem notoriã non est opus allegare.*
24. *Duæ sunt notoriæ species iuris & facti.*
27.30. *Notorium facti permanentis iudex supplet.*
28. *Bannitus potest ex officio repelli.*
29. *Consuetudo notoria suppletur.*
26.31. *Exemptio notoria qualis.*
32. *Notorium iudex præsumitur scire.*
33. *Exemptio non notoria alleganda est.*
34.40. *Sententia nulla est, etiamsi Exemptio non allegetur.*
35.36.37. *Subsistit tamen quo ad condemnationem expensarum.*
38. *Idque nisi notorium esset, non haberet jurisdictionem.*
41. *Qualiter intelligendus Rebuffus.*

HAnc quæstionem Doctores adeo variis contrariisque argumentis exagitarunt, ut visi fuerint eam problematice disputasse. Nos relatis rationibus eorum affirmativis, & negativis, utramque opinionem fœdere cujusdam distinctionis conciliando concludemus.

Itaque

Itaque pro affirmativa adfertur primò, quod citatus coram non suo judice, teneatur comparere ad allegandumsuum privilegium. *tex.l.si quis ex aliena ff.de Judic.* 2
l.2.ff.si quis in jus vocatus non ierit.glo.ca.uno de investitura inter marit facta.Corset in singularibus verbo Jurisdictio. Imò (ut inquit Alex.) si privilegiatus per contumaciam non compareat,perdit jus privilegii, valebitque sententia contra eum, latè *Alex. in addit.ad Barth.d.l.si quis ex aliena per glo.* & *ibi DD.cap.Cum ordinem de Rescript.l.* 3
uno ff.si quis jus dicenti non obtemper.Rebuff.de privileg.scholar.privilegio 154 num.1. Idque maximè,quoad contumaciæ punitionem,est enim contumacia punibilis, etjam ab eo,qui non est judex. *Clem.1.de Rescript.Abb.cap.ex litteris num.16.de dolo* & *contumacia.Joan.Andr.cap.Pastoralis de Rescript.Joan.de Lign.* & *Anton.d.cap.ex literis,adde infra num. sexto.*

Secundò,Clericus vocatus coram Judice Sæculari in Jus,si non compareat, mul- 4
ctari ab eo,& in expensis condemnari potest, *Stephan.Aufrer.Clement.1.de officio ordinarii, Fel.cap,exceptionem in pr.de exceptionibus.Caldeus cons.12.lit.de Judiciis.Boer. ad consuet.Bituricens.tit. des Juges §.21. gloss.fin.in fin. ubi refert Caldæum tenentem sententiam esse validam, quod verum dicit quo ad expensas, & non quo ad principales, Aufrer.dec.Tholos.165.Imbert.instit. Forens.lib.1.cap. 26.gloss.verb.cautius.* Similiter & Exemptus,idque argumentum sumendo ab æquiparatione Clericorum & Exemptorum, est enim utrimque quædam proportio fori, unde arguitur identitas juris atque rationis.*Butrio cap.super literis colum.25.ibi,& per hoc patet, quod si coram judice de Rescript. Felin.d.cap.Cum ordinem num.8.& dictum est supra hoc libro quæst.5.vers. aut igitur.*

Tertiò, Processus factus à judice habente jurisdictionem exceptione elidibilem, 5
valet si exceptio non obiiciatur. *glo.Clem.2.in verb.competente ubi Lapus Card.Imol. & DD.ut lite pendente nihil innovetur, text.l.non videtur ff. de Judiciis.* Certum autem est, quod ordinarius in tota sua Diœcesi nulla loci aut personæ exceptione fundatam habeat jurisdictionem. Ergo, *text.cap. Cum Episcopus de offic.ord.in 6.cap.Cum contingat de foro compet.Mils tu repert.verb.Episcopus fundat. & vers.seq. fol.127.vers. Episcopus solus fundat.fol 130.& Episcopus potest de jure, dixi supra lib.1.quæst.8.vers.si quidem & pulchrè Innoc.cap.2.nu.2.de dilationib.*

Confitmatur primò, quia processus judicis ignorantis omninò se non habere Jurisdictionem valet,qua parte est contumacia punitivus, licet non valeat juxta quosdam,qua parte fit super principali cessante prorogatione. *ca.si duobus ubi DD.de appell.Navar.c.Cum contingat cauf.11.n.4.vers.5.de rescript.*

Confirmatur secundò, quia Judex incompetens seu habens jurisdictionem ex- 6
ceptione elidibilem, postea quam se competentem decrevit, fit competens, ita ut amplius de illius incompetentia non sit disputandum. *Abb.cap. Cùm olim Abbas fol. 97.ubi Felin.fol.207.de officio deleg.Barth.l.ex quacumque col.3.num.7.ff. Si quis in*

jus

jus vocatus] non ierit pulchrè Vantius de nullitatibus Tit. quib. mod. sent. nulla reparentur numer. 8 per tot. doctè Innocent. cap. 2. numer. 1. in fine de dilation. & Milis in repert. verb. Judex ordinarius vel delegatus si adiuv super appellatione quæ narratur interposita, cum non sit, & in causa procedat fol. 222. pag. 2. dixt autem exceptione elidibilem, quia opus est ut habeat aliqualem; nam si penitus nullam haberet jurisdictionem, puta quod literæ jurisdictionales essent falsæ, talis pronunciatio non faceret eum judicem competentem. *Ægidius conclus. 22, & 28. Fel. cap. sciscitatus fol. 96. n. 4. ubi late de rescript. Milis vers. Judex qui prætendit se delegatum, Vant. d. numer. 8. vers. & intelligo.*

7 Quartò adfertur lex Pauli his verbis. Ex quacumque causa, ad prætorem vel alios „ præsides qui jurisdictioni præsunt in jus vocatus venire debet, ut hoc ipsum sciatur „ an jurisdictionis ejus sit unde glossa ibidem marginalis, exemplificans inquit in exemptis, qui in dubio tenentur comparere coram ordinario allegaturi Exemptionis privilegium, *l. ex quacumque ubi glos. marg. ff. si quis in jus vocat. non ierit text. cap. 1. c. cum personæ de privileg. in 6. & tex. d. l. si quis ex aliena.*

8 Quintò, legatis competit privilegium revocandi domum, quod quidem licet sit insertum corpori juri, ac proinde notorium, nihilominus tamen citatus debet comparere, illudq; allegare, *d. l. si quis ex aliena l. 2. §. omnes ff. de judic. Felin. d. c. cum ordinem n. 9. ubi omnes DD. de rescript.* Idque ad instar omnium exceptionum, quæ licet sint notoriæ, tamen debent proponi & allegari, quemadmodum quoque præsumptiones juris, etsi enim faciant liquidissimam probationem, debent tamen allegari, *Barth. l. 1. col. ult. num. 10. de except. Butr. cap. pervenit colum 16. de censib. l. si. adulterium cum incestu §. idem Pollioni, ff. de adult ubi Barth. Fel. d. cap. Cum ordinem num. 10. Butrio tract. de notorio artic. 4. n. 10. late Menochius lib. 1. de Præsumpt. Præsumpt. 48. per tot.* ubi distinguit & limitat multis modis.

9 Sextò, exceptio declinatoria debet opponi, licet sit notoria. *Imol. d. cap. cum ordinem, gloss. Clem. appellanti ver. alias ubi Card. quæst. 5. de appellat. Joan. Andr. cap. super litteris col. 13. de rescript.* quemadmodum dicitur de recusatione judicis ex suspicione notoria, quæ similiter debet allegari, *Joann. Andr. cap. accedens 1. ut lite non contestata,* ut & Regulariter omnibus aliis in causis, præterquam in exceptione loci notoriè non tuti; quam Doctores ab hac Regula generali excipiunt, *Imola d. cap. Cum ordinem & d. cap. accedens Felin. d. cap. Cum ordinem numer. 8. vers. contrarium firmat doctè Innocent. cap. 2. num. 3. de dilationibus per l. non videtur ff. de judic.* Pro negativa sunt etiam plurimæ, æque efficaces juris rationes, nixæ manifestis auctoritatibus.

Primò vasallus & Exemptus ratione fori specialis parificantur. *Bald. Butrio. DD.* 10 *d. cap. cum ordinem ubi Felin. num. 7. & 8. post pr. ut dictum est supra lib. pr. quæst. 45. numer. quinto.* Vasallus autem citatus in causa feudali coram ordinario, comparere non tenetur. *Felin. d. numer. 8. Innocent. cap. Cæterum numero primo, vers. Fallit*

hæ

hæc Regula de judic. ubi dicitur l. si quis non habere locum in feudo Bald. de investitura in maritum facta nu. 1. Ergo nec Exemptus.

Secundò, idem statuitur in Clerico citato coram judice Sæculari, & pariformiter 11
in Exempto, ut est apud Speculatorem his verbis: Sed pone quod judex Sæcularis ci- „
tat Clericum, ignorans eum esse Clericum, Clericus verò non venit, ideoque judex „
contra eum procedit, videtur quod tenet ejus processus, dic contra arg. *ca. ac si Clerici* 21
de judiciis, cap. *si diligenti de foro competent.* Imò debet revocari de facto, quod de facto „
fecit &c. Idem est si ordinarius ignoranter procedat & excommunicet Exemptum „
nolentem venire, nam quod Clericus non debet coram Sæculari comparere, vel Ex- „
emptus coram ordinario, jus commune est, nec est tale priviligium, quod teneatur al- „
legare coram judice, ita ille &c. Quod de Clerico dictum est, confirmatur sententia „
Felini & Decii censentis condemnationem expensarum ob retardatam exceptionem
ne quidem subsistere. *d. cap. cum ordinem nu.* 14. *in fine Decius cons.* 241. *part.* 2. tamen
ut est videre ex glossa marginali apud eundem Felinum, plurimi huic opinioni con-
tradicunt.

Tertiò, Vocatus ad Synodum si est notoriè Exemptus, non tenetur comparere 12
ad allegandum exceptionem. *Innocent. cap ex part. 1. in fine gloss. magna de verb. sig.*

Quartò, citatio Exemptorum est notorie injusta, quia adversatur eorum privile-
giis. *tex. d. cap. cum ordinem in fin. ubi DD.* notorie autem injusta citatio non arctat
citatum, *glo. cap. placuit* 15. *quæst.* 4. qua ratione Bartholom. Fumus *in aurea armilla*
verb. Exemptio nu. 1. *in fine*, *Vantius de Nullit. sent. tit. de Nullit. ex defectu citat. nu.* 28 15
censuit, si Prædicatores vocentur in jus coram ordinario, quod non teneantur com-
parere nec allegare privilegium, ex quo illud sit notorium, cujus ignorantiam offi-
cialis in longo & magno usu nulla probabilitate prætexere potest, quemadmodum
de ordine Præmonstratensi in eadem facti contingentia respondit Clariss. præcep-
tor meus Wamesius *cons.* 65. *nu* 2. *to.* 1.

Quinto, citatus notoriè ultra unam dietam, non tenetur comparere ad hoc alle- 14
gandum. *Geoffr. Host. & DD. cap. olim de except.*

Sextò, ejusdem sententiæ est Abbas & post eum Bartholomæus Fumus de ordini- 15
bus Exemptis dicendo, ut sequitur. Nota quod si Fratres Prædicatores citentur ab „
ordinario, non tenentur comparere, etiam ad allegandum privilegium suum, quia „
jam notoriè sunt Exempti, & dudum tolerati in privilegio Exemptionis, ideò citati „
non tenentur comparere etiam ad allegandum eorum privilegium, & hoc nota, quia „
multi judices decipiuntur, *Abbas cap. cum ordinem n.* 6. *de rescript. Bartho. Fumus verb.*
Exemptio n. 1. *in fine & verb. privilegium nu.* 7. *Angel. in summa verb. Exemptus n.* 3.
vide supra n. 13.

Septimò, in eadem est sententia Nellus à Sancto Geminiano, dum dicit, quod quan- 16
do judex citat ipso jure Exemptum à sua jurisdictione, quod Exemptus non teneatur

comparere, etiam si de Exemptione, sive, an sit de jurisdictione dubitetur. *not. Bald. l. generaliter C. de Epis. & Clericis. Nellus tract. de Bannis Rubr. de his qui possunt Bannire par. 2. primi temporis n. 2. vol. tract.* 10. licet Baldo dicat adversari Cynum Joan. And. ad Specul. *tit. de sentent. §. juxta vers. Item nota.*

17 Octavò, scholaris citatus à prætore seu à non suo judice, non tenetur comparere ad proponendum declinatoriam, quippè quod sit notorium ipsum esse privilegiatum. *Dec. d. cap. cum ordinem per glo. ibidem. Rebuff. de privil. schol. privil. 154. n. 2. ubi idem dicit de Clericis primæ censuræ per cap. convenior. 23. quæst. 6. cap. placuit 15 q. 4. Oldra. cons. 83. an Episcopus.* Et etiam in Mendicantibus obtinere *Abbas ca. si duobus de appellat.* Ergo ab identitate idem etiam videtur respondendum in Exemptis

18 Nonò, quando citatus, nec est, nec esse potest judex, citatus non arctatur ad comparendum, uti post Innocentium valde eleganter distinguit & docet Panormitanus *cap. 2. n. 16. de dilat.* idipsumque alio loco confirmat, inquiens, quod citatus non tenetur comparere ad allegandum privilegium suum, si notorium est judicem non habere jurisdictionem, vel habere elidibilem in causa. *Abb. cap. si duobus per glos. ibidem n. 9. de appellat. ubi Apostilla glo. Clem. Pastoralis §. Pisana de re judic. & in cap. veniens de accusat. latè glos. c. si Episcopus 3. quæst. 2. Caldens. cons. 102. de foro compet. Laufr. in ca. quoniam §. citationes nu. 6. & in add. de probat. Abb. c. super literis n. 9. cum addit de Rescript.* unde (inquit idem Abb.) Clericus citatus à laico, sive compareat, sive non, processus contra eum velut ab incompetente non subsistit. *Abb. d. c. 2. n. 16. cum add. de dilat.*

19 Confirmatur, quia licet processus factus ab habente jurisdictionem exceptione elidibilem subsistit, si non excipiatur, ut dictum est supra in rationibus partis affirmativæ *vers. tertiò.* Fallit tamen ista regula, si exceptio notoriè competeret, tum enim non esset opus eam proponere. *Cardin. post Lapum Clem. 2. col. 5. ubi etiam Imol. col. 1 ut latè pendent. & in Clem. Pastoralis §. Pisana de Re judic. in c. ex parte de appellat. Fel. d. c. cum ordinem n. 8. col. 7. Fel. d. c. si duobus nu. 13.*

20 Decimò, Exempti nequeunt jurisdictionem ordinarii prorogare, nec expressè, nec tacitè, indistinctè enim sententia in eos lata, velut incompetente vitio nullitatis subiicitur. *Abb. c. 1. n. 10. de Re jud. & latè cap. significasti n. 9. & seq. de foro compet. Franc. scienti n. 4. cum add. de Reg. juris in 6. Dicemus de hoc articulo latius infra c. seq.*

21 Undecimò, Citans aliquem suæ jurisdictioni non subjectum, aut licet subjectus sit, si sit causa ab ejusdem judicis cognitione seu jurisdictione exempta, ejusmodi citatus comparere non tenetur, *arg. cap. tuam de ord. cog. cap. Decernimus de judic. c. contingit. de arbitr. Innocent. d. ca. 2. nn. 3. de dilat.*

22 Pro solutione, distinguendum est, utrum Exemptio notoriè competat, an vero de illa dubium esse possit, unde eliciuntur conclusiones sequentes.

23 Prima conclusio, Exemptionem notoriam, non opus est in judicio allegare. Ratio

est

est, quia quando notoriè constat aliquem esse privilegiatum, tunc is non tenetur suum privilegium allegare. *Dec. & DD. d. cap. cum ordinem glo. in cap. super literis de Rescript. Rebuff. de privil. schol. privil. 154. n. 2. in fine, videatur succinctè & doctè Mynsing. li. 6. obser. 7. per tot. ubi paucis hæc omnia distinguit.* Et ita in Camera Imperiali refertur judicatum pro Comite de Hohenlo contra Marchionem de Baden anno 1585. teste Mindano *lib. 1. de process. imperii cap 34. art. 1.*

Dixi notoriam, ut comprehendam duas notorii species juris & facti, juris inquam, quod est insertum corpori juris, ob idque privilegium commune nuncupatur, ac in omnibus ad instar juris communis judicatur. *Fel. d. cap. cum ordinem n. 20. vers. ultimo. Castrens. l. hares absens in pr. n. 3. ff. de jud. Gammarus tract. de extensionib. n. 164 & seqq. DD. ca. 1. de constit. Anton. de Butrio tract. de notorio art. 1. n. 12. Menoch. de arbitr. judic. cas. 166. n. 5.* 24

Facti vero, quod esse diffinitur publica & famosa vox proveniens ex evidentia rei, quæ nulla tergiversatione celari potest. *latè Anton. de Butrio d. tract. de notorio art. 2. n. 2. & seqq.* Licet autem opinio quorundam, notorium non eximat ab onere proponendi. *Barth. l. 1. n. 10. ff. de except. per glo. in Clem. appellanti ab verb. alias causas ubi, DD. de appellat.* 25

Acproinde quod Exemptio facti notoria in vim declinatoriæ opponi debeat, tamen censura sanior & justior est æstimantium, necessarium non esse proponere notorium, quando materia subjecta talis est, quæ sufficiat si notificata sit, seu quod de ea notoriè constet. *Imola Clem. appellanti coll. 3. ubi tempora de appellat. Fel. d. cap. cum ordinem n. 12.* ac ideo quod Exemptio notoria facti, propositione opus non habeat. *Innocent. cap. ex parte in Christo de verb. sig. Fel. d. cap. cum ordinem n. 12. vers. considera modo, Imol. d. Clem. appellanti.* 26

Ratio, quia hoc in casu versamur in notorio facti permanentis, quod judex suo ex officio supplere potest. *Castrens. l. unica n. 5. vers. secundo fallit. C. ut quæ desunt advocatis partium, judex supplcat.* 27

Hinc, post alios censuit Batholus Bannitum qui ex forma statuti in judicio esse non potest, judicis officio quamvis tacente, repelli posse. *Ja. de Aret. l. unica C. ut quæ desunt, ubi Barth. n. 5.* 28

Et quod adfert Butrio, judicem de consuetudine notoria non allegata sese informare posse. *Ant. de Butrio in rep. c. fin. de const. Castrens. d. l. unica in addit. ad nu. 2. verb. consuetudine in fine. Bouert. sing. verb. consuetudo. Colerus de Processibus executivis ubi id discutit. par. 1. cap. 3. n. 54. & seqq.* 29

Quod ipsum hoc in casu maximè procedit, quippè quod in eis quæ respiciunt publicam utilitatem, licet radicentur etiam in facto partis, tamen judex ex officio ea supplere debeat. *Barth. & DD. l. 4. §. hoc judicium. ff. de damno infecto & in d. l. unica n. 3* 30

Quod autem in Exemptionibus versatur publicus favor & publica utilitas quandoque

doque Religionis, ut exempti quietius eidem & contemplationi vacent, quandoque etiam Pontificis seu Principis qui exemit, quaodoque alia atque alia pro re nata & occasione Exemptionum concessarum, suprà libro primò quæstione prima, aliisque in locis dictum est.

31 Porrò, hoc in articulo diligenter animadvertendum est, quænam Exemptio notoria dici debeat, hoc enim in puncto Doctores in materia notorii satis dissident, asserentibus nonnullis duo ad hoc requiri, nempe quod universus populus vel major pars testis esse possit, deinde quod populus sit magnus. *Anton. de Butrio tract. de notorio art. 2. n. 13.* Nos istud licet cum Menochio judicis arbitrio relinquamus. *De arbitr. jud. casu 166. n. 7.* censemus tamen Exemptionem esse notoriam, quæ talis est, quam omnes aut sciunt, aut saltem verisimiliter scire possint, ita quod nemo ignorantiam, nisi quæ supina sit, prætexere possit, sicut à Bartholo inter alia exempla adfertur de eo qui ignorat, quis se in Civitate pro Episcopo gerat. *Barth. l. scriptus n. 2. vers. dicas quod verum, ff. de Religios. & sump. funer. late & doctè. Navarr. in ca. cum contingat in causa undecima per tot. de Rescript. tom. 3.*

32 Quæ quidem qualitas notoria, præsumitur nota esse judici, maximè cum notorium tale est, in quo difficile caderet ignorantia (inquit Fel.) quæ non esset supina vel crassa. *Fel. d. cap. cum ordinem n. 14. in fine, vide Barth. d. l. scriptus ubi apposite.*

Secunda conclusio. Exemptio quæ non est notoria, necessariò est in judicio allegan-
33 da, *l. ex quacunque ubi glo. marg ff. si quis in jus voc. non ierit*, In confirmationem cujus sunt omnia argumenta opinionis affirmativæ.

34 Declaratur hæc conclusio, quod licet Exemptio debeat allegari, si tamen non allegetur, nihilominus sententia tanquam ab incompetente judice erit nulla. Ratio est quia Exempti, neque tacitè, neque expresse, alienam jurisdictionem prorogare possunt, ut dixi suprà *vers. decimo n. 20.*

35 Tertia conclusio, licet sententia contra Exemptum lata non subsistat quo ad principale, subsistit tamen quo ad caput contumaciæ punitivum, & quo ad condemnationem expensarum ob non propositam tempestive privilegii exceptionem, *Franc. cap. scienti nu. 5. de Reg jur. in 6. & d. l. ex quacunque ubi DD. Navarr. d. causa 11.*

36 Ratio est, quia malitiosè differens allegare suam exceptionem, debet condemnari
37 in expensis, *ea. exceptionem ubi DD. de except.* Ita etiam in Clerico obtinuit, qui permisit se trahi in jus coram judice Sæculari, & post sententiam privilegium clericale fori opposuit, ipse enim venit in expensis condemnandus. *Ægid Bellam. Decis. 226. Steph. Aufrer. de potestat. secul. super Eccles. Reg. 2. n. 33. Imbert. inst. Forens. lib. 4. cap. 6. in glo. verb. exceptio, Boer, ad consuet. Bituric. tit. des juges §. 21. Cassadorus Decis. 3. n. 5. de appellat.*

38 Quod tamen limitandum est, ex sententia Abbatis, & aliorum, nisi notoriè constat de Exemptione, seu quod citans non sit judex, tunc enim non valeret etiam pro-

cessus

cessus contumaciæ punitivus, *Abbas cap.2.n.16.vers.aut.citans non est judex de dilat. per glo.cap.si Episcopus 3.quæst.2.& in cap.veniens de accusat & probatur in cap.si duobus de appell. Everardi cons.32.n.3.ubi id latius probat.*

Ratio est, quia hoc casu judex præsumptione ducta à notorio, scit verisimiliter, aut 39
scire debet, se jurisdictionem non habere. *doctè Navarr.d.cap.cum contingat causa 11. per tot.de rescript.* Quam enim ignorantiam prætexere potest Episcopus seu ejus officialis in tam magno & longo rerum usu? certe nullam, quemadmodum olim in Præmonstratensibus respondit præceptor meus Dominus Jo. Wamesius *cons.65. n.2.tom.1.Fel.d.c.cum ordinem n.13.in fine*, traditumque est, incertam scientiam undecunque illa proveniat, autoritati Pontificis reverenter deferre debere. *Wamesius cap. si duobus in fine de appellat.* sententia autem judicis de sua jurisdictione dubitantis seu scions aut scire debentis se jurisdictionem non habere, non subsistit, nequidem in pœnam contumaciæ partis non comparentis. *Castrens.d.l.ex quacunque n.3 sub finem ff.si quis in jus vocatus non ierit, per l.quæro. ff.de eo qui pro tutore. Navarr.d.causa 11.* Estque translatitium, quod sententia lata contra notorium facti, sit ipso jure nulla, *Abbas cap.cum ad quorundam de excess.Prælat.latè Fel.in Repert. verb.sententia contra notorium fol.116.col.2.*

Quarta conclusio, si Exemptio sit specialis, nempe quod judicari seu excommu- 40
nicari quis non possit ab ordinario, tunc licet Exemptio non sit notoria, tamen sententia excommunicationis per eum lata subsister. *Francus d.cap.scienti n.4.vers.si autem Exemptio esset specialis.* Ratio est, quia Exemptione speciali, sententia excommunicationis quæ est contumaciæ punitiva, non potest subsistere, secus verò si Exemptio esset tantum generalis & non notoria, tum enim valeret. *Franc.ubi supra.*

Quinta conclusio. Et quidem juxta præcedentes conclusiones intelligendus est 41
Rebuffus *d.privil.54.* Dicens, quod scholast: cus debeat comparere ad allegandum privilegium; ex quo (inquit) ex sententia Jasonis *d.l. ex quacunque col.7.* licet privilegium tale sit notorium, non est tamen notorium esse scholarem: nam præallegatæ nostræ conclusiones fundantur in notorio perfecto, talè quod ipse non præsupponit. Prout quoque non refragantur autoritates supra adductæ in contrarium, refelluntur enim per distinctionem notorii, quam initio diximus conciliatricem antinomiarum, statque pro his conclusionibus subtiliter Baldus *l.generaliter col.2.C.de Episc.& Cler.* Dum distinguit; an Exemptio sit certa, an verò dubia, Item an competat Exemptio ipso jure, an verò ope exceptionis, etenim licet ope exceptionis, si modò tamen ea sit notoria, non erit opus eam in judicio allegare, ut supra latè probatum est, Licèt Rebuffus & plerique tutius asserant allegare propter difficultatem notorii, quod facilime obfuscatur, quibus ego ea in parte assentior, abundans enim cautela nocere non potest. *l.qua dubitationis ubi Dec. ff.de Reg.juris.*

QUÆSTIO VII.

Exemptus à jurisdictione, an eam prorogare possit?

SUMMARIUM.

1. *Magis creditur lecturis quam conciliis.*
2. *Exempti renunciare non possunt privilegio.*
3. *Quia interest superioris.*
4. *Prorogare non possunt.*
5. *Alioquin sententia nulla est.*
6. *Fallit si de Exemptione fuit cognitum.*
8. *Competentia Decretum non sanat nullitatem.*
9. *Competentia non prodest, quando pars non potest prorogare.*
10. *Ampliatur ad forum pœnitentiale.*
11. *Ampliatur ad excommunicationem.*
12. 13. *Item ad absolutionem ab excommunicatione.*
15. *Ampliatur ad quosuis actus.*
17. *Exceptio exẽptionis semper opponi potest.*
18. *Jason qualiter intelligendus in hac materia.*
20. *Per Exemptionem acquiritur omnimoda liberatio.*
21. *Exempti plus subiiciuntur Papæ, quam Clerici ordinario.*
22. *Exempti ab ordinario qui tamen alteri subjecti sunt, an sui ordinarii jurisdictionem prorogare possint?*

1 ALiani in consiliis, aliam in lecturis, Doctoribus adhibendam esse fidem passim proditum est. *Jason cons. 151. col. 3. vol. 4. Stracosa de mercatura tit. de sponsionibus §. Quæro igitur n. 6. Alciat. de Præsumpt. Reg. 1. præs. 51. nu. 4.* licet Boerius ineptè contrarium censuisse videatur *Dec. 155. n. 24.* Idque quia in consiliis studio & affectione causæ veritas facile circumvenitur, cum nihil sit tam rectum, quin male narrando possit depravarier, at vero in lecturis mens magis æmula est justitiæ & veritatis, quod ideo præmisi, quia Federicus de Senis *cons. 14.* studio causa, respondit Exemptum renunciare posse, seu tacitè, seu expressè suæ Exemptioni, prorogando sive sese subiiciendo jurisdictioni sui ordinarii, cujus opinio velut juri contraria merito à reliquis rejecta est, quod fiet manifestum conclusione & rationibus sequentibus.

2 Prima conclusio. Exempti privilegio suo renunciare non possunt. *cap. cum tempore ubi Abb. n. 2. de arbitr. c. 1. nu. 19. de re judic. Francus c. scienti nu. 4. de Reg. jur. in 6. Abb. c. si de terra nu. 5. de privileg. late ca. licet n. 35. cum addit. c. significasti n. 9. 10, 11. de foro compet. Alciat. l. non plures in fin. c. de sacros. Eccles. Fumus verb. Exemptio num. 8. & verb. Privilegium nu. 9. Fusè & doctè Castrens. cons. 431. par. 1. per tot. latissimè Albericus l. nemo videtur fraudare. ff. de Reg. jur. & Gaill. lib. 1. obs. 40. per tot.*

3 Ratio est, quia in Exemptione versatur favor ædum Exempti, sed etiam superioris, qui exemit, cujus interest ejusmodi Exemptionem sartam tectam conservari,

Ideoque

Ideoque Exemptus isti favori renunciare non potest. *DD. l. si quis in conscribendo. ubi Alciat. C. de pact. Abb. d. cap. cum tempore n. 2. ubi etiam Apost. in verb. libertatis. Felinus c. cum accessissent de const. tut. Jason d. l. si quis in conscribendo. Gaill. lib. 1. obs. 40 per tot. ubi vide* ne quidem cum juramento. *arg. cap. si diligenti ubi DD. de foro comp.* id enim inventum est in favorem Exemptorum, & odium ordinariorum, qui Exemptis infesti sunt. *dixi supra lib. 1. quæst. 1.* & proinde illi renunciari non possit, *Innocen. d. cap. si. diligenti. Abb. cap. significasti n. 8. eod. tit.*

Secunda conclusio, consequenter exemptus jurisdictionem alterius tacitè, vel ex- 4
pressè prorogare non potest, *Abb. d. c. licet. n. 35. Bald. cons. 246. vol. 2. cons. 275. vol. 3. Alex cons. 13. col. 4. vers. fortificare vol. 1. latè. Decis. capell. Tholos. q. 425. Celsus ad Lanfr. in ca. quoniam contra § confessiones n. 10. vers. talis confessio de probat. Gaill. d. observ. 40. n. 3. & seq. Fel. c. cum accessissent. n. 28. hanc regulam limito de constit.* Ampliatur primò, id verum esse, etiamsi princeps seu Pontifex nihil sibi reservasset, de qua reservatione satis diximus supra *vers. eod. libro q. 5. tertio*, eo enim non obstante, Exempti nec expressa renunciatione, nec tacita prorogatione alienum judicem sortiri poterunt. *Fel. in repertorio vers. Exemptus potest jurisdictionem in ver. adde tum quod & si fol. 53.*

Ampliatur secundò, adeo ut processus & sententia secuta contra Exemptum, nul- 5
lius sit roboris & momenti. *Caldeus cons. 12. de judic. Abbas d. c. n. 19. de Rejudic. Fel. in c. significasti n. 4. vers. demum de foro compet. ubi etiam Abb. & Socin. & d. cap. cum tempore. Gaill. d. obs. 40.*

Quod tamen restringendum est, nisi Exemptio fuerit allegata, qua non obstante 6
sententia sit secuta, eo enim casu subsistet in præjudicum Exempti, sed non in præjudicium superioris cui præjudicari non potest. *Fel. d. c. 1. significasti n. 4. vers. demum. & Abb. d. c. 1. n. 9. vers. secus puto, si Exemptus produxisset. Fel. & DD. c. ad audientiam de præscript. c. dilectus d. capell. Monach. Fel. in repert. verb. sententia lata contra Exemptum fol. 116. col. 3. in fin. & in c. cum accessissent nu. 28. vers. hanc regulam limita de constit.*

Utrum vero Exemptus hoc casu possit evitare executionem sententiæ, seu eam irri- 7
tare ex capite & persona superioris, sicuti in præscriptione diximus supra *q. 35. d. 1.* alio in loco commodius tractabitur.

Ampliatur tertiò conclusione procedere, etiamsi judex se pronunciavisset compe- 8
tentè, nec ab ea fuisset appellatum; licet enim pro fundanda jurisdictione perutile judicetur ut judex se declaret competentem, ex quo post tale decretum non sit amplius de incompetentia inquirendũ. *Innoc. & Fel. c. super literis de Rescript. latè. Vantius de nullit. proces. Rubr. quib. modis sent. nulla reparentur n. 8. & dictũ est supra q. 6. n. 6.* maximè cum judex aliqualem jurisdictionem habet, licet exceptione sit elidibilis, ut dixi supra loco jam allegato, adeo quod sententia revocatoria prioris sententiæ sit valida, licet de appellatione interposita, aut Apostolis non constet, cum judex antea se decrevit competentem. *Molin in repert. verb. appel. vers. appel. si est deserta vel ab instio nulla v. q. prac. n. 6.*

licet

licet & Decisio Rotæ videatur adversari. *Rot Decis.12.n.2.in fin.de appellat.in novis*, tamen hoc in casu Decretum competentiæ nihil proderit, ut sententia vires & effectum aliquem sortiatur.

9 Ratio est, quia Decretum competentiæ nihil prodest, quando judex talis est, in quem pars expressè consentire seu prorogare non posset. *Felinus in Rubr de foro competent.nu.3.vers.intellige.Abb.cap.Pastoralis nu.14.vers.ego melius judicio meo & nu.15.de except. Imol.cap.sciscitatus col.5.de rescript.* vel quando judex jurisdictionem nullam habet. *Franc.cap.statutum §.in nullo nu.5.de rescript.in 6.* licet Carocius contra censuerit *sing.166.*

10 Ampliatur 4. juxta sententiam Abbatis & aliorum ad forum pœnitentiale, non enim confiteri possunt Diœcesano, *Abb.d.cap.significasti de foro compet.nu.12.vers. & quod notat Hostiensis &c.ubi dicit,quod Exempti,etiam voluntarii non possunt confiteri ordinario loci.* Ratio est, quia jurisdictio pœnitentialis prorogari non potest. *Abb.c.cum contingat n.29.vers. & advertendum de foro compet.& rep.cap.si quis contra nu.50.vers. aut quæritur eod.tit vide Francum cap.si Episcopus n.6.de pœnit.in 6.*

11 Ampliatur 5. ad excommunicationem quæ lata in Exemptos, non subsistit ipso jure,etiamsi excommunicans sit in quasi possessione excommunicandi. *Abb.cap.cum dilectus nu.3.& seqq.de Relig.dom.Bald.in Margarita ad Innocent.vers.excommunicatio lata fol.13.cap.1.11.quæst.3.latè Borgasius tract.de irregular.& dispens.par.6. Regula 8. fol.351. Abb cap.grave n.3.de offic.ordin.Greg.Sayrus in Summa Theol.Moralis part.1. lib.1.cap.16.per tot.signanter n.17.ubi latè.*

12 Ampliatur 6.ut etiam subiicere se ordinario pro absolutione ab excommunicatione. *Abb.d.cap.significasti n.11.vers.his tamen non obstantibus, pulchrè Fumus verb.exemptio nu.9.Fel.cap.Pastoralis §.præterea nu 10.de offic.ordin.Abb.d.cap.grave nu.4.Fel. in Repert.vers.Exemptus excommunicatus fol.53.& vers.excommunicatus si est Exemptus fol.49.Ang.§.Exemptus n.6.* Idque quamvis absolutio non esset reservata. *glo.c. cum ex eo ubi DD.de sent.excom.* atque ita censet Fel. Fumus & alii. *Fel.d.n.10. & Fumus d.nu.9.* contra Laudens.qui censet, l. absolutio non sit reservata, quod Episcopus
13 absolvere poterit. *in Clem.1.§.sui de Rel.dom.& Clem.1.de consang.& affinit.& Sarab. Clem.1.§.prædictis n.5.de relig.domib.qui indistincte censet,absolvi posse,* quod tamen restringendum est, nisi potestas absolvendi ei à Pontifice delegaretur, seu auctoritate sibi à sancta Sede delegata. Etenim Regulariter cum Episcopo quicquam commendatur seu delegatur quod exemptos contingit, non censetur jurisdictio ejus ordinaria ex-
14 citari, tantum ut munus sibi commissum auctoritate Apostolica exequatur. *Abbas d. c.significasti nu.12.sub finem. vers.Rigor tamen de foro compet.* Qua de re suo loquar capite, cùm inquiram, utrum commissa ordinario Exemptorum causa, jurisdictio censeatur excitata, an verò delegata, *infra quæst.14.*

15 Ampliatur septimò, ad quoscumque alios actus tam judiciales quàm extrajudiciales,

ciales. Ratio quia per Exemptionem efficitur quis non subditus & velut quasi extraneus. *Abb. d. cap. significasti nu. 11. verb. his tamen non obstantibus.*

Quemadmodum enim se habet vasallus respectu ordinarii seu alterius Domini, 16
Clericus respectu judicis Laici vel alterius non sui, Episcopi subditi Suffraganeo, respectu Archiepiscopi. Ita etiam per Analogiam & longe magis Exempti respectu ordinariorum: hi enim ad instar illorum jurisdictionem non suam prorogare non possunt, præterquam in casibus à jure nominatim expressis. *Abbas d. cap. significasti n. 12. de foro compet. Felin. Butr. quos allegavi supra lib. 1. quæst. 45.* Non sine ratione adieci, præterquam in casibus expressis, sunt enim casus quamplurimi, quibus ordinaria jurisdictio viget in Exemptos, quos in proprium caput reservabo *Infra cap. 45.*

Ampliatur octavò, ut proinde exceptio declinatoria Exemptionis non modò antè 17
& post litem contestatam, sed etiam semper & quandocumque opponi possit. *Guid. quæst. 275. nu. 4. vide infra quæst. 10. per tot.*

Tertia conclusio, quo fit ut sententia Jasonis, quam refert Navarrus, reddatur du- 18
bia, quod licet Exemptus submittere se nequeat extraneo superiori, quod tamen ordinario suo sese potest submittere, quia res (inquit) de facili redit ad suam naturam, hocque pacto fit reditio ad jus commune, quod est favorabile. *Jason si unus §. pactus ne peteret n. 9. ff. de pact. Navarrus cons. 13. n. 4. de privilegis ubi idem probat. Fel. in repert. verb. Exemptus ab ordinario fol. 63. & in ca. cum accessissent n. 6. vers. ad idem quod not. de constitut.* Idque probat argumento & ratione ducta à Clerico, qui licet non possit 19
consentire in alium judicem sine consensu Episcopi, *cap. significasti ubi Abb. & DD. de foro compet.* tamen Clericus, qui jure aliquo speciali est subjectus Prælato alicui inferioti, poterit sine licentia istius Prælati inferioris consentire in proprium suum Episcopum, ex quo reditur hoc modo ad jus commune. *Jas. d. §. pactus nu. 9. & Fel. Repert. d. verb. Clericus qui est subditus fol. 20. col. 1. d. cap. cum accessissent n. 6. vers. ad idem quod notat de constit. Feder. de Senis cons. 14. late Apost. ad Abbat. cap. veniens n. 22. in verb. pactum de præscript.* Hæc inquam opinio Felini videtur dubia. Cum enim per Exem- 20
ptionem acquiratur omnimoda liberatio à jurisdictione ordinarii, cum effectu specialis reservationis, uti superius notatum est. *eod. lib. quæst. 5. nu. 9. 10. 11. 12. & seq.* fit ut Exempti prorogatione tacita vel expressa redire non possunt in potestatem ordinarii, nisi accedat licentia Papæ ex mentis, cujus interest Exemptionem conservari. *ex tex. d. c. cum tempore ubi DD. & probatum est supra concl. 1. vers. Ratio.* Nec urget ratio à simili, quæ objicitur à Clerico ad Exemptum, violatur enim istud argumentum hoc pacto: Exemptus consentire non potest in judicem alienum sine licentia Papæ superioris, Episcopus est judex alienus Exempti, ergo Exemptus non potest in eum consentire sine licentia Papæ qui est Diœcesanus Exemptorum. *Abbas d. c. significasti n. 11. vers. his tamen non obstantibus per tot.*

Adhæc Exempti longè majore vinculo subiiciuntur Papæ, quàm Clerici suo Epi- 21
scopo

scopo, ut proinde argumentum illud Felini, Federici & sequacium de Clericis ad Exemptos à majoritate rationis non subsistat. *Abb. d. n. 11. & 12. Præsesin loco à majori & minori v. d. quæst. 5. nn. 10. & seq.* Postremò opinionem hanc valdè solerter refellit Panormitanus & adversantia argumenta elevat, suamque & rationibus & auctoritatibus stabilit & confirmat. *l. cap. significasti. n. 10. 11. 12.*

Conclusio quarta, opinio Abbatis certa est, in Exemptis Papæ immediatè subjectis quorum ipse sibi jurisdictionem reservavit auctoritatibus tam ibidem allegatis, quàm supra quæstione quinta. *vers. tertiò jurisdictio in Exemptos est per principem num. 12.*

22 At verò in Exemptis ab ordinario, qui tamen subjecti alicui alteri Prælato superiori, dicendum est, eos posse jurisdictionem sui ordinari prorogare, tum quod hoc pacto fiat reditio ad jus commune quod est favorabile. *Fel. in Repert. verb. Exemptus ab ordinario vers. secus & verb. Exemptus ab ordinario. vers. adde quod de alio Exempto fol. 53, verb. Clericus qui est subditus fol. 20. & in cap. P. & Gm. 13. de offic. deleg.*

23 Tum quod ejusmodi Exempti ab ordinario, & subjecti alteri cuidam Prælato superiori, non habeantur pro reservatis sanctæ Sedi, de quibus præcipuè tractamus hoc opere *v. supra d. quæst. 5. numer. 9. 10. 11. 12. 13. & seq.* Tum quod longè interest an Exempti mediatè aut immediate subjecti sint sanctæ Sedi. Tum quod Jason & Navarrus intelligendus sit de Exemptis ab ordinario, qui subjecti sunt cuidam Prælato superiori, quales posse jurisdictionem ordinarii prorogare concedimus, & hoc pacto antinomias & contrariantes auctoritates conciliari posse opinamur. Tum quod immediatè exempti sunt, reservati S. Sedi, cum clausula irritante & aliis clausulis prægnantibus, cujusmodi non possunt tacitè vel expressè prorogare, *dixi supra eod. lib. quæst. 5. num. 12. 13. & seqq.*

QVÆSTIO VIII.

Remissio Exempti ad suum judicem cujus fiat expensis?

SVMMARIVM.

1. *Patri, Abbati Episcopo, Domino competit utilis vendicatio.*
2. *Inde orta vendicatio seu repetitio exempti.*
3. *Leodii praxi id receptum.*
4. *Remissio fit expensis Exempti.*
5. *Ad expensas tenetur, qui actum postulat.*
6. *Clericus remittitur ad suum forum suo sumptu.*
7. *Restringendum in Exemptione non notoria.*

8. Ordi-

8. *Ordinarii jurisdictio præsumitur per totam Diœcesim.*
9. *Secus si Exemptio foret notoria.*
10. *Energia clausulæ* salvo quod justitia administretur.
11. *Laicus supplet negligentiam Ecclesiastici.*
12. *Eximens Exemptum, an incidat in edictum ff. ne quis eum qui in jus vocatus est, &c.*

QUemadmodum patri jus competit vendicandi seu repetendi filium, Abbati Monachum, Episcopo Clericum, Domino subditum, colonum civem, eadem proportione & Analogia de qua suo loco meminimus *supra qu.45.n.5. & quæst.1.n.12* Orta est potestas repetendi Exemptum coram ordinatio in jus vocatum, *arg.glo.d.l.1. §. si quis ita petit. ff. de rei vendic. c. Abbatis 18.q.2. Abb. cons.88.n.2. par.1. Mynsing. c. super nobis nu.2. de testibus c. dilectus ubi de appellat. ubi Abb.nu.4. Bertachin. tract. de Episcopo part.3. quarti libri n.1. & 2.glo.cap. si judex de sent.excom.in 6. Abb.cap. licet n.15. de Regularib.* Id quod apud Leodienses in praxi receptum est, vocato enim Exempto in jus coram ordinario, solet Bedellus capituli cui Exemptus immediatè subest, coram ordinario comparere, exemptumque vendicare sive repetere, ac eum velut in libertatem asserere, cujus autem expensis ejusmodi repetitio remissiove fieri debeat, an Exempti, an vero illius qui Exemptum coram ordinario competente in jus vocavit, paucis hic est inquirendum. 1 2 3

Concludendum, quod expensis Exempti qui remissionem postulat, *Aufrer repetit. Clem.1. quæst.2.n.25. de officio ordinarii fol.106.* 4

Ratio est, Regulariter is tenetur expensas suppeditare qui actum fieri desiderat, quemadmodum Felinus & Peckius docuerunt varioque Exemptorum genere demonstrarunt. *Fel.cap.1.n.8. usque ad finem de libell.oblat. Peck. de jure sistendi cap.37. num.1. & seqq. Vincent. Carocius tract. de oblationibus part 2. quæst.9.* Confirmatur, quia si Clericus postulet se remitti ad judicem, id fieri debebit illius expensis. *latè Boer. Decis.303. per tot. Aufrer. de potest. Secularis super Eccles. personis Reg.3.num.17. vers. Addo Menochium de arbitr. judicum lib.2. cent.3. casu 228. num.8 Bald. Alvarottus & DD. ca.1. § si judex, de pace tenenda. Salic. & Bald. l.eos C. de appellat. capell. Tholos. quæst.10. & 274. ubi Aufrer.* Ergo argumento à proportione ad Cleticos de quo supra diximus *lib.1 qu.45.n5.* idem statuendum venit in Exemptis. 5 6

Restringenda tamen est ista conclusio in casu Exemptionis non notoriæ, qua exemptus comparere tenetur ad declinandum judicium ordinarii, de qua abunde supra locuti sumus, *eod.lib.1.cap.6.n.1. usque ad n.10.* 7

Cum enim ordinarii jurisdictio fundata sit juris præsumptione in omnia loca & personas totius Diœcesis. *cap. cum Episcopus de offic. ord. in 6. c. cum contingat de foro compet. Gaill. lib.2. obs.62. n.9. dixi li.1.c.8.n.2.* fit ut ejusmodi Exemptus adversus vocantem eum in jus comparere teneatur ad remissionem postulandam, qui cum propter præsumptam ignorantiam Exemptionis justam Exemptum evocandi seu litigandi causam habuerit, in expensis condemnari non debet, sed totius 8

tius remissionis hujus actus seu declinatoriæ objectio Exempti expensis explicari debet. *arg.cap.finem de dolo & contum.ubi DD.l.eum quem ff.de judiciis.*

At verò secus, si Exemptio foret notoria notorietate, quam alibi descripsimus, *d.*
9 *quæst.6.nu.23.24. & seqq.eod.lib.* tum enim quia citans ejusmodi Exemptum scit aut scire debet *vide supra d.quæst.6.n.24. & 31.cum seq.* eum non esse conveniendo coram ordinario, ratione temeritatis seu objectæ declinatoriæ condemnari debet, eum enim (inquit Ulpianus) quem temerè adversarium suum in jus vocasse constiterit, viatica litisque sumptus adversario suo reddere oportebit. *tex.l.eum quem temere ff.de judiciis d.cap.finem ubi DD.*

10 Illud paucis videndum, num quid operetur vulgaris illa cautula, quam ordinarius decreto suo remissorio adiicere solet, scilicet Remittimus salvo quod justitia administretur, certe superfluam eam non esse hinc animadvertimus, quod alter alterius
11 judicis negligentiam supplere debeat, nempe Laicus judex negligentiam judicis Ecclesiastici. *Auferius de potest.Seculari super Ecclestast.personis Reg.4.n.48.* ordinarius negligentiam parium curiæ seu Domini Feudi. *Curtius de Feudis part.ultima n.14. Menoch.de Retinend.possess.Remed.3.quæst.52.n.354. & 414.DD.cap.caterum de judicius*, & consequenter per Analogiam quam alibi *supra lib.1.cap.45.n.5.* induximus negligentiam Exemptorum. *Auferius in Repert. Clem.1.9.10.n.3.vers.unde in principali de officio ordinarii.* In cujus confirmationem sunt quæ in hac materia attulimus, cùm accessus ad Papam est difficilis, ad quæ compendii gratia lectorem remittimus. *vide infra lib.4.cap.50.51.n.4. & 9.1.n.8. & seq.*

12 Postremò paucis hic incidit inquirendum, num eximens Exemptum in jus coram ordinario vocatum incidat in edictum, *nequis eum qui in jus vocatus est vi eximat.* Ego tali casu puto cum Offilio locum huic edicto non esse, ex quo persona quæ in jus vocari non potuit, exempta est. *tex.l.1.ff. Offilius ff.ne quis eum.* Cùm enim uterque male faciebat & qui eximit, & qui Exemptum coram ordinario in jus vocat, deteriore tamen loco est vocans Exemptum coram vetito examine, qui petitoris partes sustinet. Eademque æquitas est in quovis qui alibi quam quò debuerat in jus vocabatur. *tex.l.nam cum inter quæ ubi glo.verb.* qui alio ac ut explicatius scripsit Paulus, dicendum est, non videri vi eximi eum, cui sit jus ibi conveniri. *d.l.nam cum ubi glo.verb. non conveniri adde Peck.de jure sistendi c.33.*

QVÆSTIO IX.

Exemptus an condemnandus in expensis ob non propositam Exceptionem sui Privilegii?

Libuit proponere hanc quæstionem articulatim, in qua tamen nolo hoc loco fusius inhærere, ex quo velut appendix ejus Decisio descendat ex quæstione

quam

quam hoc eodem libro tractavimus sexto loco, dum quæsivimus, utrum Exemptus teneatur ad allegandum suum privilegium, concluſimusque tertia concluſione, condemnandum in expensis adjectis, tamen tam eodem loco, quàm per discursum totius quæstionis nonnullis distinctionibus, quas hoc in loco, ne quod actum est agam, non fuit visum repetere, sufficiat appellare Imbertum, concludentem condemnandum, nisi judici ex actis de Exemptione conster, aut in citatorio qualitas Exemptionis exprimeretur, alioqui (inquit) quantumlibet aliunde notum esset, & litigantibus & judici comparere tenetur. *Imbert. inst. forens. lib. 1. cap. 26. glo. in verb. Cautius.* cujus decisio pendet ex dicta quæstione sexta, ad quam fit remissio.

QUÆSTIO X.

Exemptionis exceptio, an opponi possit in vim declinatoriæ post litem contestatam?

HÆc Quæstio affinis est materiæ, quam superius tractavi in sexta quæstione, ubi de prorogatione jurisdictionis disputatum est, quibus hoc in loco tantum addo, quod licet declinatoria exceptio regulariter opponi non possit post litem contestatem, *l. fin. C. de except. l. peremptorias cum ibi not. C. senten. rescin. non posse.* Nihilominus tamen exceptio Exemptionis quandocunque opponi poterit. *Guido quæst. 275. n. 4. & 5 per l. qui futurum ff. de pact. l. commissoriæ. ff. de pact. inter emp. & ven.* Exceptiones enim reddentes judicium retro nullum, semper opponi possunt. *l. licet ubi DD. C. de procurat. Marant de ord. jud. par. 6. memb. 9. n. 9.* Idque secundùm intelligentiam eorum, quæ dicta quæstione sexta scripsi, quæ hic velim haberi pro repetitis.

QUÆSTIO XI.

Judicum Exemptorum jurisdictio an possit prorogari per non Exemptos?

SUMMARIUM.

1. *Judices Exemptorum prorogari ab aliis non possunt.*
2. *Delegati prorogari non possunt.*
3. *Judices Exemptorum æquiparantur delegatis.*

DUbitationem facit, quod ejusmodi judices jurisdictionem habeant, certum autem est, quod prorogatio jurisdictionis fieri possit de persona in perso-

nam, nempè ut jurisdictio limitata inter certas personas, consensu partium extendi possit ad alias personas non subjectas *l.1. & 2.ff.de judic.l.si convenerit ff.de jurisdict.* 2 *om.Jud. Marant.de ord.jud.part 4.dist.12.num.3.* Nihilominus tamen placuit magis eorum jurisdictionem prorogari non posse, atque ita arresto Galliæ judicatum fertur 1530. Augusti nona, statque in hac sententia insignis pragmaticus Jo. Imbertius tali „ sermone. Hi Exemptorum judices cum ad certas causas certisque dentur personis, „ non eorum potest jurisdictio ad alias causas personasque prorogari, nec principis „ quidem interveniente rescripto. Ita ille *instit.li.2. c.6.in glo. verb.soluta.* nec urget ratio loco dubitationis adducta, nam ea obtinet in judice habente jurisdictionem jure ordinario communi, secus vero, si jure aliquo speciali sicut delegato aut judicibus Exemptorum relatum est. *Abb.c. excommunicatis n.6.& 7.de offic.legati Marant.d. dist.12. n.4.*

2 Præterea ejusmodi judices habent naturam delegatorum, quorum jurisdictionem certum est prorogari non posse *c.P. & G.ubi DD.de offic.deleg.Marant.ubi supra n.14.* 3 quia territorium non habent, ideoque etiamsi ordinarii essent, tamen delegatis in jure æquiparatur. *Bal.s.inter Dominum de alienatione feudi. Imber.inst. Forens li.1.c.27.glo.1.*

QUÆSTIO XII.

An Ordinarius oppositâ Exemptione cognoscat, an sibi jurisdictio competat?

SUMMARIUM.

1. *Judex regulariter cognoscit de sua jurisdictione.*
2.3.4. *Fallit si agatur de illius proprietate.*
5. *Dominus non cognoscit an sibi competat jurisdictio in Vasallum.*
6. *Ordinarius extrajudicialiter tantum se informat de Exemptione.*
7. *Alioquin Exemptus poterit appellare.*

1 TAngenda etiam hæc Quæstio non infrequens, licet enim regulariter judicis sit cognoscere & decernere, utrum sibi jurisdictio competat. *l.2.ubi DD.ff. si quis in jus vocat.non jerit l.in præscriptione C.si contra jus. Abb.Fel.& DD.ca. super litteris de Rescript.* in hac tamen Exemptionum materia singulare est ut ordinario de jurisdictione sua cognoscere non liceat, velut nominatim id decidernnt Abbas, Felinus & alii *cap.super literis n.10.vers.quartus casus n.24.vers.fallit.4.de Rescript.* his „ verbis, quartus casus cum agitur non solum de nudo exercitio jurisdictionis, ut quia citatus dicit se Exemptum, & judex negat, multa enim sunt commoda subjectionis, ideo judex est suspectus in hac cognitione, &c. In eadem est sententia Innocentius quem reliqui sequuntur, *c.venerabili ubi Abb.n.3.& 4.de consil. Item in ca.*

ex par-

ex parte de verb.sig. Dominic.& DD.d.ca.super literis, & ca.cum persona de privil.in 6. ca ad audientiam ubi glo. Abb. Franc. de appellat. Ang.d.l.2.in 1.& 2. Ratio prima est, quia per Exemptionem agitur de totali fundamento jurisdictionis & proprietate illius, idque cum honore & commodo ordinarii, quo casu ordinarius cognoscere nequit, an sibi jurisdictio competat. *Fel.d.c.super literis n.23.vers.fallit.3.usque ad finem.* 2

Ratio secunda, quia quando agitur non solum de nudo exercitio jurisdictionis, sed etiam de proprietate subjectionis, judex cognoscere non potest. *Fel.d.ca.super literis n.24. Abb.d.cap.ad audientiam ubi glo.de appellat.* 3

Ratio tertia à simili, quando enim excipitur, quod locus non est de jurisdictione citantis, tum judex cujus ea in re vertitur utilitas, cognoscere non potest. *Butrio d.c. super literis. Fel.ibidem num.27. Abb. Innocent. Angel.ubi supra.* Porrò valet in jure argumentum à locis ad personas. *Præses in locis legalibus loco à loco ad personas.* 4

Ratio quarta ab argumento Vasallorum ad exemptos, quod valere frequenter suprà probavimus. Non enim cognoscere potest Dominus utrum sibi jurisdictio competat in Vasallum. *vide Curtium de feudis parte 7.quæst.7.n.27.* Nihil obstat cap. *cum persona de privilegiis in 6.* ubi glossa ordinaria in verbo ordinariis, ex diametro videtur huic conclusioni adversari. Quia teste Felino communis nostra conclusio est in contrarium. *d.c.super literis n.24.vers.sed tenendo quod glo.cap.statutum §.1.in verb. copia de rescri pt.in 6. Innocent.ca.ex parte 1.de verb.sig. Abb.Butr. Dom. Ang.ubi supra.* 5

Nec enim ut vult pars sanior Doctorum in casu d.cap.*cum persona*, judex ubi cognitionem usurpat ut judex, sed ut extrajudicialiter tantum se informet. *Abb.d.c.venerabili n.3.& 4.& in cap.ad audientiam n.8.& seq.de appellat. Fel.d.ca.super litteeris n.24. Franc.d.ca.cum persona § si autem n.2.* Hoc modo intelligendus est Angel. quod allegato privilegio Exemptionis is cognoscere debeat, non qui declinatur, sed qui tanquam superior adiri potest. *Angel.d.l.2.in 1.& 2.fall.ff.si quis in ius vocat. non ierit,* quod ipsum etiam doctè voluit Innocent. *d.cap.ex parte n.3. per tot.* 6

Dum post longam hujus articuli explicationem ita subnectit, utrum autem exemptus sit vel non, vel utrum privilegium sit verum vel falsum, vel aliquid aliud quod tangat principalem causam, de his cognoscere non debet, quia esset judex in causa sua, quod esse non debet, ita ille. Unde fit dubia opinio Franci d.ca. *cum persona* & aliorum quorundam, putantium, quod cum judex se non constituit partem principalem, sed si controvertatur tantum inter partes de illius jurisdictione, quod tunc de illa cognoscere & pronunciare possit. Etenim etiam eo in casu ut censet Innocentius, vigent quoque antedictæ rationes, adeo quidem, quod judicialis istius indago remittenda sit ad superiorem, ut sequenti quæstiuncula concludemus, aut si ulterius procedatur, ex parte Exempti veniat appellandum. *Doctè Innocent. d.cap.venerabili ubi Abb.de censib.& d.cap.ex parte de verb.signif.* 7

QUÆ-

QUÆSTIO XIII.

Cujus sit de Quæstione Exemptionis cognoscere?

SUMMARIUM.

1. *Pontificis est cognoscere de Exemptione.*
2. *Inferior cognoscit incidenter.*
3. *Verba quis interpretetur.*
4. *Ordinarius retardare potest executionem.*
5. *Expectanda altera jussio.*
6. *Ordinarius an cognoscat de Exemptione exceptionis.*

1 OStendimus præcedente libro affatim, solius esse Pontificis sive Principis plenè eximere, cujus proinde solius dicimus de suo Exemptionis privilegio judicare. *tex.cap.cum venissent ubi glo.in verb.judicari & DD.de judiciis tex.ca.1.de lege Conradi. Bald.in prælud feud.n.18. Gaill.lib.1.obs.1.num.7. Castrens.l.hi qui n.6. C.de appellat. Barthol. Fumus in Summa verb.interpretatione n.4. Anton.Milis in Repert.verb. judex inferior non cognoscit fol.213.l.& ideò ff.de legibus*, quod tamen non adeò regulare & generale est, quin admittat quasdam exceptiones sive fallentias, quas omnes hac distinctione comprehendam. Aut dubium est de intellectu privilegii, seu de intentione Pontificis sive Principis, eo casu nemo alius adiri potest sive cognoscere quàm Princeps.*glo.d.cap.venissent cum ubi.Innocent.Oldra.cons.230.Innocent.cap.cum speciali de appellat.* ejus enim est interpretari, cujus & condere, idque etiamsi juxta Abbatem intellectus esset clarus, nam non est inferioris declarare leges seu privilegia ut faciant jus quo ad omnes. *C.fin.l.de legibus Innocent.d.cap.cum speciali Abb.d.cap. cum venissent numer.3.vers.& puto hoc etiam*: aut quæritur de potestate Pontificis seu Principis privilegium concedentis, eo casu quoque inferior cognoscere non potest, sed solus Princeps, *ca.primum de translatione prælator.Innocent.ca.ex parte 1.de verb. signif.cap.ipsi sunt ca.nemo & cap.seq.9.q.3. Abb.d.n.3.vers.idem putat.Dominus Anto.*

2 Aut quæritur, nunquid inferior possit cognoscere incidenter in præjudicium partium, non directè super mente privilegii, sed v.g.an privilegiatus sit capax, seu an privilegium sit surreptitium, eo casu relatum est posse, *pulchrè Bald. in prælu.feud.n. 18.& d.cap.1. de lege Conradi. Gaill.d.obs.1.n.13.* tum enim magis tractatur de privilegiato, quàm de privilegio. *arg.cap.1.& 2.de confir.utili vel inutili. cap super litteris de Rescript.cap.1.de litis contest.in 6. Abb.d.n 3.vers.aut quæritur.*

3 Aut verò dubitatio tantum versatur circa verba privilegii, quo casu si sensus sit clarus, poterit inferior cognoscere in præjudicium partium, ea enim est judici potestas data, ut interpretari possit legem scriptam in præjudicium partium. *Innocent. d.cap.*

d.cap.cum speciali.Unica C.de Professorib. qui in urbe const.lib.12.cap inter alia de sent. excommunic. Abb.d.n.3.vers.aut dubitatio, longè magis poterit interpretari legem non scriptam, si verò sensus seu casus sit dubitabilis, tunc si princeps facilè possit adiri, illius erit interpretatio. *Fel.d.cap.cum venissent in pr.d.cap.inter alia l.ex facto in princ.ff. de vulgari & pupill. Fumus d.verb.interpretatio nu.4.* sin minus, decidi poterit per interpretationem aliquam si fieri possit naturali & verisimili, quæ tamen verbis expressiorem ratione aliqua si privilegii consonet, vel etiam per aliquod simile. Ejusmodi enim interpretationes per similia nedum judicibus, sed etiam Doctoribus concessæ sunt, *per tex.l.ex facto ff. de vulg. & pup.l.non possunt ff.de legib. Anchar.c.2.de Magist. Cyn.l.non dubium c.de legibus Abbas d. n.3.vers.alias data instantia. Innoc.d.cap.cum speciali.*

Paucis distinctiones has confirmant Anton.de Milis, Fumus, Abbas & Doctores suprà allegati. Quibus addo, quod infectio etiam de nullitate seu validitate exemptionum cognoscere possit, non ut diffiniat, sed ut retardet tantum aut differat illarum executionem, donec superiori rescripserit, interim expectando secundam jussionem. *Butr. & DD.cap.tua de ord.cognit. Abb.cap.de cætero in 2.not. de Rejudic.glo.c.1. ubi Innocent.de offic.ordin. Borgasius tract.de Irregularit. & dispens.part.2.tit.qua dispensatio dicatur indiscreta fol.26 col.2.*

Non enim facilè obediendum est iniquis falsisve literis emanantibus à Cancellaria Pontificali aut Cæsarea, nisi altera jussione intimata, *Barth.l.prohibitum C. de jure fisci.lib.10. Ang.cons.219.l.3.C.si contra ius l.nec damnosa C.de precibus.* Imò possent resisti si facerent impressionem *l.defensionis C.de jure fisci li.10.* Denique an ordinarius de exceptione exemptionis, quæ in causa coram eo vertente coram eo etiam proponitur, possit cognoscere, distinguit & cum mica hac salis resolvit Philippus Francus *cap.1.n.4.vers.sed ubi non esset notorium de pœnis in 6.* Ut cum dubia est Exemptio & de causa agitur mensæ ejus proponi, tunc ordinarius cognoscere non possit, secus verò si causa concernat Ecclesiam, vel mensam ipsius Ecclesiæ.

QUÆSTIO XIV.

Commissa ordinario causâ Exempti, an illius jurisdictio censeatur excitata vel delegata?

SUMMARIUM.

1. *Ordinaria & delegata potestas potest concurrere in eodem.*
2. 5. *Ad quem tunc appelletur.*
3. *Quibus formulis cognoscatur utra jurisdictio sit concessa.*
4. *Judex procedens una via, cum deberet alia, vitiat acta & sententiam.*
6. *Ab Episcopo visitante tanquam Apostolica se-*

ca sedis delegato ad quem appellatur.

7. *Utra jurisdictione in dubio processum fuisse præsumatur.*

1 HÆc Quæstio scitu dignissima est, tum ad judicii telam sententiamque ordinandam, tum etiam ad appellationem interponendam, cum enim sententia omnium ordinaria & delegata potestas possit in eadem persona concurrere, periculum est, si habitâ seu excitatâ ordinariâ jurisdictione sub delegato procedatur aut è contra, ne processus omnis vitietur. *Abb. Fel. & DD. ca. ex officii de præscr. c. licet & cap. pen. ubi DD. de offic. ord. latè Fel. in Repert. verb. ordinarius potest esse, & ordinarius efficitur delegatus, latè Menoch. lib. 2. præsumpt. 16. & 17. n. 23. & seqq.* aut appellandum à sententia ordinarii delegati ad Metropolitanum qui hoc respectu inferior est. *DD. Rubr ff. de officio ejus cui mand. juris Gaill. d. Obs. 17. n. 5.* ne ad Metropolitanum causa non devolvatur, ex quo tali casu ad Pontificem appellari opportuisset. *Abbas cap. ad abolendam n. 16. de hæreticis, Fel. d. cap. cum ex officii num. 24. & in suo repert. d. verb.*
3 *ordinarius. Abbas d. cap. cum ex officii, num. 25. Item addit ad Abb. ad d. ca abolendam num. 16.* Porrò ad agnoscendum utra jurisdictio concessa censeatur, magis pendet ex cognitione formularum quam ex jure, dicunt enim sequentibus similibusve formulis jurisdictionem ordinariam solere excitari, mandamus tibi ut justitiam facias, Item committimus; tum enim quia committitur ordinario causa quæ ad ejus jurisdictionem spectabat, ejus jurisdictio non censetur delegata, sed excitata, id est (inquit Innocent.) videtur ei suasisse executionem sui officii. *Innoc. d. c. licet vers. & est ratio, Abbas ibidem num 3. cum addit.* vocaturque ejusmodi commissio jussus seu excitatio jurisdictionis, non verò delegatio. *tex. Auth. ut nulli judicem §. & hoc verò jubemus, Barth. & DD. l. more ff. de jurisd. om. jud. Marant. de ord. judic. par. 4. dist. 5. n. 72.* Cæterum si dicatur, vice nostra, auctoritate nostra, auctoritate Apostolica, aut pomantur clausulæ æquipollentes quæ fusius à Felino & Doctoribus referuntur. *d. cap. licet n. 2. & seq. ubi Abb. n. 5. & Innoc. Mathesil. notab. 90.* tum censebitur ordinarii jurisdictio fieri delegata, prout quoque quotiescumque per commissionem jurisdictio ordinarii alteratur, diminuitur vel augetur, qua de re videatur Felinus, capitibus supra allegatis & DD. His præmissis dum quæritur, utrum commissâ ordinario causâ Exempti, illius jurisdictio excitetur an verò fiat delegata, invenio pugnantes sententias. Hostiensis censuit pro jurisdictione ordinatia seu jurisdictionem ordinariam excitari. *in c. ad abolendam de hæreticis.* Cujus tamen opinio à cæteris meritò reprobatur. *glo. not. d. c. ad Abol. in verbo de leg. in fine ubi Jo Andr. & Abb. n. 15. Abb. ca. grave n. 5. de off. ord. Abb. c. significasti n. 12. vers. sicut semper de foro compet. dixi supra qu. 7. vers. ampliat. 6. in fine.* Ratio est, quia cum ordinario rescribitur seu committatur aliquid quod non pertinet ad ejus ordinariam cognitionem seu jurisdictionem, tum censetur esse delegatus. *Barth. & DD. l. more majorum ff. de Jurisdict. om. iud. latè*

Menoch.

Menoch de præscript.li.2. præs.16.n.25.& seq. Abb.d.c.licet.n.3.' Abb.c.significasti n.12. vers.si aut semper in fine de foro compet. ubi dicitur, quod Papa censetur semper delegare, quando dat ordinario potestatem contra Exemptos, ideoque censuerunt omnes, quod si Papa mandet Episcopo ut inquirat de hæresi contra Exemptos, quod id facturus sit non potestate ordinaria sed delegata. *Fel.d.c.licet nu.1.glo.d.c.ad. abolendam ubi Abb.nu.16.* quod ipsum inter cæteros doctè & breviter distinguit Barthol. *d.l.more n.8.* hoc sermone: Aut in concessione exprimitur, quod hoc faciat auctoritate concedentis, & tunc non videtur concedere ordinariam, si verò hoc non exprimitur, tunc aut committitur unum negotium vel plura particularia, & non videtur concedi ordinaria jurisdictio, aut committitur universitas negotiorum, ex tunc in dubio videtur concedi ordinaria jurisdictio. Ita ille. Porrò non urget auctoritas & ratio Hostiensis, quia communis Doctorum opinio est in oppositio, cujus rationes satis refellit Abbas, quas nolo brevitatis causa hic referre. *d.n.16. cap.ad abolendam.*

Sunt autem ut initio scripsi, scitu hæc necessaria ad relam judiciariam, quippè quod si judex una via procedat, cùm aliam eligere seu aliâ procedere debuisset, processus ex nullitate corruet, *Menoch.d. præs.17. Vant.de nullitat.ex defectu jurisdict.ord.n.170. & seq. Fel.ubi supra in repert.* Similiter quo ad appellationem interponendam, ut initio pluribus auctoritatibus probatum est, quod tamen non videtur placuisse Alphonso Villadiego. *In speculo usitatorum fol.35 n.31.* nitenti auctoritate sacræ congregationis, declaratione (inquit) 484. (illius refert ejusmodi verba.) Si in visitatione appellari contigerit ab Episcopo suffraganeo, etiam tanquam sedis Apost. delegato, prout statuit sacrum Conc. Trid. debet appellari ad Metropolitanum &c. Ratio inquit est, quia quæ suffraganeus in visitatione facit jure ordinario, facit licet auctoritate Apostolica, sit factus delegatus, addit. Ideo dixit Hostiensis ca.2.de offic. ord. & in summa de offic. ord. §. sunt autem quædam, quod quando committitur Episcopis id quod pertinebat ad ejus officium, id fit ut magis teneatur, ca. *quis nesciat* dist.15. Ita ille, Porrò qua jurisdictione usus præsumatur qui secundùm ordinariam & secundùm delegatam cognoscere & diffinire causam potuit, tradit alibi latè Menoch. *lib.2.præsum.17. per to.* Paucis cum ex actis constat, qua jurisdictione usus sit, res est satis in confesso. *Abb.ca.cum ex officii nu.32.de præscript. ubi Felin.nu.eod.vers. limita primo.* At verò si possint acta & sententia utraque jurisdictione sustineri, tum ordinaria usus præsumetur. *Felin.ubi supra num.34.* quod fallit, nisi delegatio facta sit à Principe vel summo Pontifice, nam tunc præsumitur processisse tanquam delegatus. *Fel.d.c.cum ex officii n.31.vers.bene facit.* quia delegatus principis dignior est ordinario. *DD.in Rubr.de offic.ejus,* ideoque appellatio devoluitur ad principem. *Fel.ubi supra n.24.* si autem acta secundùm jurisdictionem ordinariam sustineri non possint, secundùm delegatam autem possint, tum receptior opinio est quod processerit secundùm delegatam. *Abb.d.c. cum ex officii n.31. Fel.n.1. Parisius n.33.* Ratio, quia quilibet præsumetur amplecti eam viam

viam, per quam actus suus non vitietur. *l.3.ff.de test.milit.l.quoties 2.de Reb.dub.latè Menoch.lib.6.præs.8. Alc.de præsumpt. Reg.3.præs.35.nu 3.& seqq.* qua de re fusissime Joannes Baptista Perusinus gener Bartholi *in tractatu de arbitris lib.12.cap 8. & seq. Ocean. vol.3.fol.128.*

QVÆSTIO XV.

Exemptus an privilegio gaudeat, antequam illius habeat notitiam?

SUMMARIUM.

1. *Francus, Abbas & Menochius doctè distinguunt.*
2. *Ignorantia judiciis condemnantis Exemptum, non validat sententiam.*
3. *Clausula irritans afficit ignorantes.*

1 ARticulum hunc supra incidenter tractavimus *lib.1.quæst.7.n.6.* quibus annecti poterunt sequentes auctoritates. *Ant.de Milis in Repert.verb.gratia per quam, fol.177. Rot.dec.12.circa med.de præbend.in antiq. Anam.in add.cap.ad abolendam de hæreticis. Anchar.post Lapum Clement.1.de appell.ubi Calder.not.2.latissime Abb.cap.2. n.7.cum Apost.de constit.ubi vide Rom.cons.207.vide distinctionem Franci cap.1.§.ex parte n.3.& seq.de concess.præbend.in 6. Menoch de Arbit.judic.casu 185.n.30.usque ad n. 40.ubi latè.* Aliud est ignorantia judicis excommunicantis exemptum, qui non facit
2 valere excommunicationem ideo quod ignoret eum esse exemptum. *Spec.de citatione §.Item de citatione n.20.vers.sed.nunquid idem erit.* Ratio est, quia per exemptiones eripitur quis ipso facto à jurisdictione. *Abb.cap.cum dilectus n.3.de relig.domibus.* Qua de re videas quæ distinctius supra attuli lib 1.quæst.7. vers.infertur 1.num.6.
3 pleraque enim hac in materia ex mente concedentis dependent, ad quam ut ibi & sæpius diximus, semper est collimandum. *vide infra lib.3.quæst.7.n.1.* Ratio secunda, quia exemptiones regulariter annexam habent clausulam irritantem quæ afficit ignorantes, *v.infra lib.3.quæst.12.n.11.*

QVÆSTIO XVI.

Quid si pendente lite coram ordinario concedatur Exemptio?

SUMMARIUM.

1. *Declinatoria noviter orta opponi potest.*
2. *Jus revocandi domum noviter ortum, opponi potest.*
3. *arbiter factus Sacerdos, compelli non potest.*

4. 8. Lai-

4.8. *Laicus post delictum factus Clericus, non punietur à Laico.*
5.9. *Opinio negativa verior.*
7. *Privilegium superveniens non eximit.*
11. *Privilegium in præjudicium litis pendentis non valet.*
12. *Nisi constet de avocatione.*
13. *Item nisi sit speciale super illa lite*
14. *Item nisi motu proprio.*
17. *Exemptio concessa lite pendente, an revocari possit per viam attentati.*

PRo parte affirmativa quæstionis videlicet pro Exemptione, videntur militare sequentes rationes.

Prima exceptio declinatoria noviter orta, opponi potest post litem contestatam. *ca. insinuando de officio deleg. Abb. ca. unico num. 5. de oblig. ad ratiocinia & diximus supra quæst. 10.* 1

Secunda, si jus revocandi domum incepit competere post litem contestatam, eo tempore in vim declinatoriæ opponi poterit. *Innoc. Jo. And. & DD. ca. fin. ubi Boer. q. 7. de foro compet. Jason. l. ita demum. C. de procurat. l. qui autem ubi glo. ff. si quis caut.* 2

Tertia, si pendente arbitrio, arbiter fiat sacerdos, non poterit compelli propter privilegium superveniens ut arbitretur, *l. non distinguemus §. sacerdotio ff. de arbitr.* 3

Quarta, Laicus post delictum factus Clericus, non punietur à judice Laico sed ab Ecclesiastico; quemadmodum etiam Barbatia adfert de Cardinalibus qui ratione delicti ante Cardinalatum commissi gaudent privilegio Cardinalium. *Barth. tract. de jurisd. n. 8. Barbatia tract. de Cardinalibus quæst. 11. primæ partis. Petr. de jure fisc. qu. 14. n. 4. Bald. l. affinitatis C. communia de success. Bernach. tract. de Episcopo in quinta parte 4. libri n. 50. Papon. aux Arrest. tit. des privileges Arrest. 6.* 4

Quinta, hujus sententiæ videtur Jacobus Cuiacius *lib. 13. obs. 11.* hac ratione, quod privilegium superveniens perimat instantiam cœptam.

Pro contraria vero sententia quæ & verior est & quam omnes sequuntur, sunt hæ rationes. Prima Ulpianis his verbis. Cum quædam puella apud competentem judicem litem susceperit, deinde condemnata est, posteaque ad viri matrimonium alterius jurisdictioni subjecti pervenerit, quærebatur an prioris judicis sententia exequi posset? dixi posse, quia antea fuerat sententia data, sed etsi post susceptam cognitionem antè sententiam hoc evenerit, idem putarem, sententiaque à priore judice rectè feretur, quod generaliter in omnibus hujuscemodi casibus observandum est. *l. cum quædam puella, ubi DD. ff. de jurisdictione jud.* 5

Idem alio loco respondit, quod si quis posteaquam in jus vocatus Miles vel anteriùs fori esse ceperit, in ea causa est, quod jus revocandi domum non habebit quasi præventus *l. si quis postea ff. de judiciis*, quod ipsum Canonica dispositione confirmatur. Nam communiter traditum est, quod privilegium fori superveniens non eximat à jurisdictione judicis qui prævenit, *tex. ca. proposuisti ubi communes de foro competen.* 6 7

pet.not.Spec.par.1.de judice delegato §.excipi vers.quid si convenient n.15. Quemadmodum nec Laicus pendente judicio Clericus factus, eximitur à jurisdictione Laici, qui
8 prævenit. late Abb.cap.unico n.4.& 5.de oblig.ad ratiocinia & cap.proposuisti ubi DD.de foro compet. Barth.l.1.n.3.per tot.cum Apost.de pœnis.Bertach.d.tract.de Episc. in quinta parte quarti libri quæst.27.n.46.& seq. DD.d.l.cum quædam puella & d.l.si quis postea Brixiensis in venerabilibus quæst.32.vol.tract.17.vid.latiss.Farinaceum in Pract.Crim.lib. 1.q.8.n.104.& seq.ubi distinguit.

9 Secunda, ita inter cæteros nominatim censuerunt Goffr. Jo.Andr.& Francus c.1.in pr.n.6.de privileg.in 6.& in ca.unico ubi Anton. de oblig.ad ratiocinia. His verbis:
„ Quid autem si privilegium impetretur super exemptione post citationem factam
„ per ordinarium? Refert hic Jo And.&c. tenuisse quod tale privilegium non juvet
„ impetrantem.arg.l.ubi cœptum,ff.de judic.pro quo facit cap.fin.ut lite pend. quod
„ maximè procedit, quando citatio fuisset talis, quæ induceret litispendentiam secun-
„ dùm formam Clem.2.ut lite pendent, Ita Francus.

10 Confirmatur ex Peckio censente, quod arestum Laici subsistat, etiamsi is ex post-facto fiat Clericus, qui idcirco non habet jus revocandi domum, quia oportet spectare tempus aresti facti, Peck.de jure sistendi cap.14.n.3.

11 Confirmatur 2. quia privilegium concessum in præjudicium litis pendentis, illius non facta mentione, nullius est momenti. Abb.cons.98.n.1.par.1.c.fin.ut lite pendent. Clem.2.eod.tit.c.ex parte ubi Abb.d.privil, dixique supra hoc libro q.3. Bellam.conclus. 744.Fel.c.1.n.14.vers.fallit 6.& c.super literis n.12.de Rescript. Quod ipsum latius confirmari posset ex Mindano Tract.de continent. causæ cap.5.n.6.fol.73.

12 Limitatur primò hæc conclusio, nisi ex tenore privilegii appareat quod Papa voluerit ad seipsum causam avocare: Goffr.Jo.And.Franc.d.c.1.n.6.de privileg.in 6.

13 Limitatur secundò, nisi ptivilegium seu exemptio specialiter fuisset concessa supes illa lite, seu nisi privilegium faceret mentionem citationis seu litispendentiæ. Bald.d. cap.1.de privileg.in 6.ubi. Franc.DD.c.fin ut.lite pend. & in l.si quis quenquam ff.si quis caut.jud.sisti non obtemp.pulchrè Jason.l.si quis quenquam n.3.ff.si quis cautionibus judicio.Bellam.Decis.102.Lancelotus de Attentatis loco jam citando.

14 Limitatur tertiò, nisi exemptio esset concessa motu proprio, nam tunc traheretur ad litem cæptam seu pendentem. Clem.si Roma de prabend.DD.d.l.qui autem Apost.ad Abb.cap.cum dilectus de jure patr. Celsus. Hugo tract.de clausulis nu.61.vers.adde tamen, Barth.d.l.1.n.3.ubi Apost.ff.de pœnis glo.not. d.l.si quis ubi DD. & Jas.d.n.3.& 4.vide infrà eod.li q.19.n.5.& 6.late Lancellotus de Attentatis par.2.c.4. limit.20.n.18.& seq. fol.158.Sicut de laico dicitur, qui motu superioris ad clericatum assumptus est. Apost. ad Barth.d.l.1.n.3.ff.de pœnis & in d.c.unico cum add.de oblig.ad ratiocinia. Bertach.d. q.2.quæ limitatio tamen non placuit Felino & nonnullis aliis, in ca.causam qu.2.de testibus & latè in repert.vers.privilegium lite pendente fol.100.col.3.in fin.Jas.d.l.si quis

Staphi-

Staphileus de gratiis & expectativis. Rubr. de vi & effectu clausularum § subsequenter n. 20. *& seq. vol. tract. 14. fol. 27.* quia privilegium lite pendente concessum, etiam motu proprio nocere non potest causæ pendenti neque parti adversæ, *latè Fel. in Repert.* 15 *d. vers. privilegium lite pendente & Staphil. ubi supra. Villadiego tract. de legato q. 14. prima partis n. 15. & seqq. Rebuff. in Praxi benef. par. tit. de non tollend. jus quæ sit glo. 6. nu. 9.* id quod eò magis procederet, si illud fuisset procuratum sive postulatum. *Fel. c. fin. n. 25. vers. secundò de foro compet. per l. & qui data ff. ex quib. caus. major & not. per eundem Felin ca. fin. de testib. Apost. ad Barth. d. l. 1. ff. de pœnis. Bertach. ubi supra.*

Porrò quod dixi exemptionem no viter concessam non impedire litispendentiam & 16 jurisdictionis præventionem, id non aliter intelligendum est, quam si lis verè pendeat, aut jurisdictio vere præventa sit *juxta Clem. 2. ut lite pend.* Nam si nulla seu inutilis fuerit litispendentia ut in contumace & aliis in casibus responsum est, Exemptio vires & robur sortiretur. *Fel. d. c. proposuisti n. 2. vers. limita istum tex. de foro compet. & cap. ex tenore de Rescript. not. Franc. d. c. 1. n. 6. Mindanus d. c. 5. per tot.*

An autem ejusmodi exemptio seu privilegium pendente lite impetratum revocari 17 possit per viam attentati quærit Ægidius, respondetq; quod non, sed procedi poterit ordinaria via in causa ex quo verisimile non sit, quod in præjudicium partis princeps voluerit aliquid concedere, cui etiam assentitur Jo. Staphileus, *Ægidius conclus. 102. incip. si possessio beneficii, Staphil. de gratiis & expect. Rubr. de vi & effectu clausularum § consequenter n. 23. per tex. ubi glo. & Innoc. c. fin ut lite pendente, vid. Lancelottum de Attentatis d. c. 4. limit. 20. n. 22. & seqq.* Non obstat primum argumentum de exceptione declinatoria, quia illud verum est in declinatoria, quæ quidem competebat antè contestationem, sed nesciebatur competere, secus vero si postea cœpit competere, ut inquit Peck. de Jure sist. c. 14. n. 5. Nec etiam secundum, quia tunc non est tam revocatio domum, quàm jus differendi in aliud tempus. *Ant. Abb. Imo. c. fin. de dilat. Fel. d. c. fin. n. 15. vers. competit hoc jus de foro compet.* Est enim revocatio domum exceptio dilatoria, quæ opponi debet ante litem contestatam. *Innoc. Fel. & DD. d. c. fin. de foro compet.* Item nec tertium & quartum, tum quod ibi casus sit diversus, unde oriuntur diversa jura *l. in plagis § in clivo ff. ad l. aquil. præses loco à separatis*, tum quod nulla ibi fuerit litispendentia, unde non mirum, si ex mutatione status personæ, sequatur etiam mutatio illius qualitatis. *d. l. si qui autem l. pen ff. si ex noxali causa*, qualitas enim superveniens mutare solet effectum antea introductum. *Gemin. ca. præsul. 2. qu. 4. ubi Archid. Barbatia d. qu. Basil. 14. n. 6. & latissime Abbas d. cap. unico de oblig. ad ratio c.* ubi cæteris curiosius inquirit quid juris de Laico, qui post contractum aut delictum factus est Clericus.

QVÆ-

QUÆSTIO XVII.

Exemptio si pendente litè revocetur, an lis ad ordinarium revertetur.

SUMMARIUM.

1. *Scholaris si post litem motam deserat Academiam, lis reverteiur ad ejus ordinarium.*
2. *Ubi acceptum est judicium, ibi finiri debet.*

1 DUbitavisse videtur Imbertius, dum dicit, quod Scholaris si post litem motam deserat Academiam, quod lis ad ordinarium judicem veniat remittenda. *inst. lib. 1. cap. 27. glo. 1.* & legatus causam cœptam finire non potest egressus provinciam. *Flamin. de Resig. benef. par. 1. lib. 1. cap. 11. n. 4.* Frequenter autem supra inculcavimus validum sumi argumentum à Scholaribus ad Exemptos, velut & à Vasallis Clericis ejusmodique aliis, qui speciales habent judices, id quod Felinus cum aliis à me supra rioribus in locis allegatis frequenter arguit *supra lib. 1. quæst. 45.*

2 Contrarium tamen concludendum est, quia ubi acceptum est semel judicium, ibi finē sumere debet. *l. ubi ff. de judiciis*, etiamsi casus superveniat à quo incipere non posset. *cap. factum legitime de Reg. jur. in 6.* sufficit enim habilitas tempore inchoatæ litis, licet postfacto contingat inhabilitas, id quod plurifariam exemplificat Francus *cap. statutum in pr. per tot. de Rescript. in 6. & latè & doctè Flaminius tract. de Resignat benef. part. 1. lib. 1. qu. 11. per tot.* Imbertius nihil nos movet, nam ibi loquitur de translatione jurisdictionis in ordinarium per viam avocationis

QUÆSTIO XVIII.

Instantia cœpta contra Exemptum, an transeat in illius hæredem non Exemptum?

SUMMARIUM.

1. 2. *Instantia cœpta & rescriptum transit in successorem.*
3. *Subsistente causa privilegii in vita defuncti, transit ad illius hæredem.*
4. *Quando debeat attendi principium & non finis.*
5. *Citari debet hæres ad resumendum.*
6. *Alioquin sententia esset nulla.*

1 QUod lis inchoata contra Exemptum transeat in illius hæredem non Exemptum, probari satis potest iis auctoritatibus, quæ superius allatæ sunt *eod. lib. quæst. 16. num. 5. & seqq.* Quibus addo pro regula, quod non modò instantia causæ

causæ transeat in hæredem *l.eam ex contractibus ubi DD.ff.de judiciis l.si cum hominem ubi Barth.& DD.ff.de fideiussor. Abb.Fel.& DD.cap.quia V.de judic. Milis in Repert. verb.judex ordinarius vel ejus delegatus qui competens erat & vers seq.fol.211.* Sed & re- 2
scriptum impetratum contra defunctum, transire debet etiam in illius successorem. *Anton.Milis in repert.verb rescriptum licèt regulariter & verb.Rescriptum impetratum contra unum & verb.instantia per tot. Leonellius tract.de surreptione rescript.quæst.18.art. 15.l.cum quasi ff.de fidei comm.l.bert. Abb d.c.quia V.n.1.2.5.ubi latè.* Cum enim causa
privilegii in vita defuncti subsistat, privilegium illius causæ in defuncti persona con- 3
ceptum ad illius hæredem patiter transire debet. *l.cum quasi ff.de fidei commiss.libert. Loritus in l.ejus qui n.37.ff.si cert.petat.* in qualibet enim dispositione semper spectari solet initium, quemadmodum Flaminius plurifariam comprobavit *de resignat. benef. par 1.li.1.qu.11.per tot.signanter n.6.& 7.* quippè quod ubi acceptum est semel judicium, ibi finem accipere debeat, etiamsi casus supervèniat, à quo incipere non possit. *cap. factum de Reg.juris in 6.l.in ambiguis pro dote §.non est novum ff.eodem dixi supra c. 27.n.2.eod.li.*

Accedit, quod cum resumpt'o habeat necessariam dependentiam à præterita ob- 4
ligatione instantiæ, qua exemptus fuit obligatus, & in quam successit ejus hæres non Exemptus, debet attendi principium & non finis, *l.damni §.sabini ff. de damno infecto l.3.§ scio §.precedenti ff.de minoribus, pul hèPrases in locis legalibus loco à virtute finis, verbo alii autem dicunt quod &c. ubi latius.*

Itaque defuncto exempto citari debebit ejus hæres ad causam resumendam, seu ut 5
inquit doctè Rebuffus *in l.boves ff. de verb.sig.& in l.verbum reddenti ff.eodem*, ad re-sumendum armamenta causæ seu tementa, id est remamentia causæ scilicet, ut cau-sam resumat in eo statu in quo remansit, alioquin enim omissa hac resumptione (quam tamen hæres etiam ultro subire potest) *Massuerus in praxi tit.de contumacia* 6
n.16. sententia vitio nullitatis subiaceret. *Castrens.l.Paulus 1.ff.quæ sententiæ sine apell. rescindant. Anton.de Tremolis in addit. ad praxim Uberti de Bonacurso tit. de impedim. execut.& caus.nullit in glo.verb.& contra minorem, vers.& licet jure cautum sit. Barth. l.Lucius ff.ad Trebell.l.si is Romæ ff.de judiciis.*

QUÆSTIO XIX.

Instantia cœpta coram ordinario contra subjectum, an transeat in illius hæredem exemptum?

SUMMARIUM.

1. *In conversis idem judicium.*
2. *Judex defuncti est judex hæredis.*
4. *Exempti comparantur extraneis.*
5. *Exemptio immediata aut motu proprio con-*

concessa.
6. Quid si concessa sit ad postulationem.
7. Instantia Laici an transeat in Clericum.
8. Exempti habent speciales judices.
9. Instantia non transit in monasterium.
10. Mutatâ personâ mutatur actio.
11. Adventitiâ & novâ acquisitione bona sumunt naturam privilegiatorum.
12. Instantia finiri dicitur, confisatis bonis.

1 A ratione casus conversiva præcedentis quæstionis videtur quoque concludendum, instantiam coram ordinario cæptam transire in exemptum, in conversis enim idem est judicium & eadem disciplina, *præses in locis legalibus loco à ratione casus conversiva & loco à contrariis*, ut proinde judex ordinariis competens defuncti cen-
2 seatur etiam exempti universalis ejus successoris *l.1. C. si pendent. appellat. mors intervenerit, ubi Matheslanus. Anton. Mills in repert. verb. judex ordinarius vel ejus delegatus qui competens & verb. judex delegatus contra unum. tex. l. si is qui Romæ ff. de judiciis dixi quæst. præced. n. 1. & seq. late. Gaill. li. 1. obs. 37. n. 5.*

Quæ regula maximè procedit in Exemptis ab ordinario, qui tamen alicui alteri
3 Prælato superiori subjecti sunt, cujus speciei exemptos supra notavimus cum Jasone & Navarro jurisdictionem sui ordinarii expressè vel tacitè prorogare posse, *eod. li. qu. 7. n. 8 22. & seqq.* Cum enim exemptos extraneis comparari frequenter dixerimus *v.*
4 *glo. cap. 1. in verb. nunquid ergo, ubi comparat. Angelum exempto & in c. auctoritate, verb. non Exemptos de privil. in 6. præses in loco à proportione sub medium c. grave ubi DD. de offic. ord. & dixi eod. li. q. 1. n. 6.* Haud dubie quin dispositio Jaboleni de continuanda instantia defuncti in hæredem extraneum in eis sit locum habitura in hæc verba, si is qui Romæ judicium acceperat decesserit, hæres ejus quamvis domicilium
" trans mare habeat, Romæ tamen defendi debet, quia succedit in ejus locum à quo
" hæres relictus est. *d. l. si is qui*, quippè quod ejusmodi exempti jurisdictionem ordinarii
" prorogare possint specie prorogationis quam DD. vocant de persona ad personam, item prorogationis necessaria & legali, de qua infra suo loco *l.1. & 2. ff. de judiciis l. si convenerit ff. de jurisd. om. jud. Marant. de ord. judic. par. 4 dist. 4. n. 3. v. infra q. 29. n. 7.* nempè cum non subditi patiuntur causam suam cognosci à judice alieno. *Marant. d. n.* 3. Confirmatur, quia exemptus instantiâ nondum inchoatâ convenitur in foro de-
5 functi, *dixi infra li. 4. q. 46. n. 1. & seq.* ergo longè magis si sit incœpta cum defuncto, debebit in eum continuari, si eum id de quo minus videtur inesse, inest ergò & id de quo magis. *præses loco à minori.* Verùm cum communis regula Vlpiano teste sit periculosa, raroque fiat ut non subvertatur. *l. omnis diffinitio ff. de Reg. juris.* hinc limitanda videtur hæc conclusion ea specie exemptionũ, quæ est immediatè sanctæ Sedi reservata, aut motu proprio Pontificis concessa, in causis enim ejusmodi personarum jurisdictio ordinarii censetur improrogabilis & omnimoda jurisdictione Pontificis reservatione privata. *dixi late eod. li. q. n. 9. 10. & seqq. & quæst. 16. n. 12. 13. & seq.* Quod ipsum Jason, *in l. cum quadã n. 9. ubi Castr. ff. de jurisd. om. jud.* explicatum reliquit his verbis.

Præ-

Præventus si moriatur & succedat alius, de alieno foro tenetur prosequi litem coram judice prævenerre, limita nisi mutatio fori fieret ex privilegio Principis concesso motu proprio, tex.l. *idem Vlp.in fin ff.de excus.tut.* ubi Barth. *in l.1 ff.de pœnis.* glo.DD.l. *qui autem ff.si quis cautionib.* unde si Princeps concedat privilegium motu proprio, quod quis non teneatur defendere nisi coram tali judice, proderit etiam quoad judicium coram quo erat præventus secundùm Castrensem *l.si quis in judicio ff.si quis cautionibus.* Ita ille, Qua in re obiter notaverim ex Rebuffo & aliis quos citat *de Privilegiis Scholarium privil.*178. quod privilegia generaliter concessa, præsumantur data non ad postulationem, sed motu proprio, quia non est verisimile, imò impossibile inquit, quod omnes supplicassent. Idque potissimum quando sit mentio meritorum. *Rebuff. de privileg.*178. limitatur secundò notabiliter secundùm Castrensem *in d.l.si quis in judicio n.2. ff.si quis cautionib.*

Quamvis Exemptio concessa sit ad postulationem particularis, si tamen specialiter eximat ab eodem judice, coram quo orta est prævention, non tenebitur coram eo (inquit) respondere, *adde supra eod.lib.quæst.6.n.14.& seq.* Ratio est, quia Exemptio à speciali judice habet vim reservationis de qua satis est dictum supra *d.quæst.5.nu.9. & seqq.* 6

Quælimitatio multis potest auctoritatibus confirmari, inprimis militant rationes opinantium instantiam cœptam contra Laicum, non transire in Clericum hæredem, sed eam velut mortuam contra Clericum coram suo judice à novo esse inchoandam, quemadmodum post alios tenet Marant. *de ord.jud.par.5.n.13. Abb. Fel. & DD.cap.quia V. de judic. Boer.dec.60.n.32. Covarr.pract.quæst.c.8.v. Mynsing.cent.1.obs.* 86. licet Gaill. afferat contrariam opinionem veriorem & in Camera observari *lib.1. obs.37.n.9.in fine.* 7

Secundò, Exempti habent proprios & speciales judices, *supra eod.lib.ca.5.n.9.& seq.* non secus quam scholares, vasalli, Clerici, Fiscus. *Rebuff. de privilegiis schol.privileg.* 153. *v. supra eod.lib.quæst.6.n.19.& Curtium de Feudis part.7.* Barth. & DD. *l.si constante § si bona.ubi text.in verb.expirabit judicium, ff.Sol.Matr.* Barth. *l.si eum hominem n.1. in fine ff.de fidejuss. Franciſc. Lucanus tract.de fisco par.1.n.70,86.& seq.* in quos instantia alibi cæpta transire non solet, quia habent proprios judices, ergo argumentum sumendo ab eorum proportione quod valere frequenter scriptum est, idem judicandum est in exemptis. 8

Tertio confert quod Rebuffus scribit *d.tract.privileg.53.numer.3.* in hæc verba. *l. ubi cœptum ff. de judic.* non habet locum in scholaribus, & etiamsi lis non sit contestata cum scholari, sed inter alios poterit etiam post litem contestatam petere causam ad conservatorem remitti, ut pluribus arrestis fuit confirmatum.

Quartò, instantia cœpta contra aliquem ante professionem religionis per quam 9

ficte moritur. *l. Deo nobis C. de Episc. & Cleric. late Peck. de testam. coniugum lib. 3. cap. 10 n. 5. vers. quid autem fol. 182.* non transit in Monasterium. *Bald. cap. in præsentia col. 4. de probat.* Ergo arguendo à fictione ad veritatem, instantia cœpta contra verè mortuum transire non debet in Exemptum. Quia tantum operari debet casus verus in casu vero, quantum fictus in casu ficto. *Præses loco vi fictionis & Peck. d. n. 5.*

01 Quintò mutatâ personâ mutatur actio, & expirat judicium *cap. 1. ubi Franc. & DD de jure part. in 6. DD. d. l. si constante §. si bona, dixi infra quæst. 20. n. 3. Roland. Valle tract. de Invento part. 2. q. 17. n. 7. & per tot.* quia adventitia & nova acquisitione bona 11 sumunt naturam privilegiatorum, *c. quia circa de privileg. Clem. 1. de decimis l. fiscus ff. de jure fisci. Abb. cap. porrò n. 1. vers. secundò potest de privilegiis,* & finiri dicitur instantia 12 causæ civilis confiscatis bonis, quia talis instantia non transit in fiscum. *Marian. Socin. ad cap. cum venerabilis art. 10. n. 32. vers. 13.* quia tali casu fiscus censetur esse hæres seu successor anomalus, secus vero si hæres instituereretur, tum enim transiret in fiscum instantia. *Castr. d. §. si. bona n. fin. fol. Matr. Rol. à Valle tract. de inventario part. 2. quæst. 11. n. 7. & 8.*

QVÆSTIO XX.

Inventarium coram quo conficiendum.

SUMMARIUM.

1. *De jure, auctoritate iudicis opus est in inventario.*
2. *Subditus, si Exempto succedat, inventarium fiet auctoritate judicis ordinarii.*
3. *Hæreditas adita non repræsentat defunctũ*
4. *Mutatione personæ mutatur privilegium.*
5. *Laicus si succedat Clerico, inventarium fiet coram judice Laico.*
6. *Clericus creditor citatur in confessione inventarii coram Laico.*
7. *Dispositio Instit. Plenissime loquitur.*
8. *In actibus voluntariæ jurisdictionis cessant exceptiones.*
9. *Exemptus si succedat subdito, inventariũ fieri debebit coram ordinario.*
10. *Quid si hæreditas nondum sit adita.*

1 Consuetudine invaluit ut in confectione inventarii requiratur judicis auctoritas, quæ de jure opus non erat opinione plurimorum ut interveniret. *Castrens. l. fin. §. si autem dubius C. de jure deliber. Monticola tract. de inventario qu. 7. n. 12. fol. 64. Roland. à Valle eod. tract. par. 3. qu. incip. præsentia judicis fol. 111.* unde quæritur, cujus 2 judicis auctoritate illud fieri debeat. Dicendum primò, si subditus seu non exemptus succedat exempto, quod inventarium bonorum fieri debeat auctoritate ordinarii 3 judicis. Ratio est, quia postquam hæreditas exempti est adita, non repræsentat amplius personam defuncti sed personam hæredis, *l. 1. §. scevola ff. si quis testament. liber*

esse

esse juss. l. hæreditas in invitis ff. de acq. rer. Dom. Chassan. ad consuet. Burgund. Rubr. 8. §. 13. Ideoque mutatione personæ mutatum est privilegium status & conditio rei. *l. per* 4
procuratorem ubi Barth. & DD. ff. de acq. hæredit. quemadmodum de jure Ecclesiæ dicitur, quod si transit in privatum, perdit privilegium & officitur præscriptibile. Item in imponendis collectis mutatâ personâ mutatur status rei, inspiciturque qualitas novi possessoris ac alia plurima in argumentum allata à Petro de Perusio in suo tractatu de mutatione status Ecclesiarum & Ecclesiasticarum personarum. Item in hanc disputationem trahi posset, utrum privatus succedens privilegiato, utatur privilegio cui non insisto, *vide DD. in l. fiscus cum in privati ff. de jure fisci. d. l. per procuratorem ubi DD. Baldus de præscript. in 5. partis princip. par. 1. quæst. 1. & seq.*

Secunda ratio, quia si Laicus succedat Clerico, inventarium fiet auctoritate judicis 5
Laici, *Guido q. 261. Imbert. in stit Forens. li. 1. c. 24. glo. ver. videtur fol. 106. Aufrer. de potest. Secular super Ecclesiast. person. Reg. 4. n. 3. vers. adde quod.* Nam mutatione personæ, bona quæ erant affecta privilegio Clericali, desierunt esse Ecclesiastica, & conditionem hæredis Laici sequuntur. *Barth. d. l. per Procuratorem. Roland. à Valle tract. de inventario par 2. q. 17. per tot.* Confirmatur, quia si Clericus creditor in confectione inventarii debitoris Laici citetur coram judice Laico, tenebitur comparere. *Apostil-* 6
la ad Bald. c. vasallus n 1. in verb. intelligi de investitura, in maritum facta. Anto. in l. non tantum §. senatusconsulto ff de fideicom. libert. l. 1. §. hæc stipulatio ubi Ang. ff. si cui plus quam per l. Falcid.

Tertia, quia dispositio Justiniani plenissime loquitur, omnesque comprehendit. 7
§. sancimus §. pen. Auth. de hæred. & Falcid. Vitalis tract. de clausulis vers. nil novari inventarii 17. n. 26. fol. 177. tenuimus autem lege aut dispositione generali comprehendi exemptos. *lib. 1. cap. 5. n. 7. & 10.* 8

Quarta, quia in actibus voluntariæ jurisdictionis ut est inventarii confectio, cessant jura exemptionum. *Molin. ad consuet. Paris. tit. 1. §. 42. n. 11. & late supra li. 1. c. 46. vers. pro affirmativa.* citationes enim in confectione inventarii vim tantum habent monitionis seu denunciationis extrajudicialis. *DD. l. consentaneum & Auth. qui semel C. quomodo & quando judex, Monticola tract. de inventario q. 7. n. 19. & 20.*

Dico secundò, si Exemptus succedat non exempto, inventarium quoque faciendum coram ordinario. Ratio est, quia illum esse voluntariæ jurisdictionis diximus 10
supra. Si vero inventarium revocaretur in caulam & contentiosam jurisdictionem, tum ordinarius se intermiscere non poterit, sed exemptioni & declinatoriæ erit locus, *Molin. ad consuet. Paris. tit. 1. §. 42 n. 11. & seqq. Monticola d. quæst. 7. n. 20. l. omnes ubi Bald. & Salic. C. de Epis. & Cler. DD. d. c. si diligenti.* Angelus & Corneus tamen tutius censent in materia clericorum, si hac in re Ecclesiasticus judex adeatur. *Ang. d. l. 1. §. hac stipulatio ff. si enim plus quam per l. Falcid. Corneus ad l. fin. §. sin autem dubius verb. cæterorumque C. de jure deliberandi, Monticola d. quæst. 7.* quod ego etiam in materia

tertia exemptorum censuerim, tum ex analogia de qua hactenus frequenter egimus, tum quod bona conditionem personæ exemptæ ad quam jure successionis devoluta sunt sequantur, qua de re aliquid infra notavimus *lib.4.quæst.72.n.3.*

11 Quid vero si hæreditas non sit adita, quæ tamdiu personam defuncti repræsentat, ut inquit Gaill. *lib.2.obs.130.n.10. Guido d.quæst.261.* uberioris est disquisitionis

QUÆSTIO XXI.

Finita Exemptione an conveniri quis possit coram ordinario de gestis tempore exemptionis?

SUMMARIVM.

1. *Scholares & mercatores retinent privilegium finito tempore.*
2. *Ratio legis est pro lege.*
3. 4. *Coram quo conveniuntur exempti de gestis ante exemptionem.*

1 VIdetur respondendum negative, idque arguendo à scholaribus qui privilegium fori retinent finito studio in negotiis tempore studii gestis, Item à Mercatoribus aliisve similibus personis. *Castrensis l. unica C. ubi de Ratiociniis per tot.* Idque ex identitate de qua diximus alibi *lib.1.cap.45.*

Nec videtur opus hic aliqua lege. Ratio enim legis in simili pro lege habetur,
2 *l.scire oportet §. sufficit ff. de excusat. tutor. l. cum ratio de bon. damnat. docte præses in loco legali. loco à cessante lege post med.* Unde (inquit Aristoteles) quærere legem ubi adest ratio, nihil aliud est quàm infirmitas intellectus. *Arist. relatus per Curt. Jun. cons. 58. n. 6. cons. 138. n. 2. cons. 74. n. 29. præses loco ab identit. rationis. Roland. tract. de Inventario par. 3. q. omittendum n. 5. & seq. fol. 102. Ang. cons. 367. Tho. Grammatic. cons. 29. n. 41.* Præterea
3 idem in Clerico responsum est, qui deposito Clericatu de antea gestis non conveniebatur coram Sæculari sed Ecclesiastico judice, cui rei gestæ tempore subiiciebatur. *Berlachin. tract. de Episcopo part. 5. n. 50. Bald. l. affinitatis C. communia de successionib. Abb. c. unico de obligatis ad ratiocinia vide supra eodem libro quæstione 16. sub finem.* Quæ tamen an in præjudicium jurisdictionis ordinariæ quæ est valde favorabilis *li.1.c.4.n.19.* sustineri possint in Exemptis, non absque ratione disputari potest, mutatione enim personæ & qualitate ejus mutatur & actio, *vide supra eod.q.20.n.4.* Quid autem è
4 contra coram quo conveniantur exempti, de eo quod fecerunt aut contraxerunt ante exemptionem, colligi potest ex traditis variis in locis per Doctores *not. Barth. Auth. apud quem oporteat. Monach. conventi. Cyn. Auth. cassa C. de Episc. & Cler Auth. ingress. C. de Sacros. Barth. l. non solum §. sunt autem ff. de excusat. tut. & in l. pen. ff. si ex noxali causa & in l.1. ff. de ponis.*

QVÆ-

QUÆSTIO XXII.

Exempti agentes coram ordinario, an teneantur ad aliquas cautiones.

SUMMARIUM.

1. *Statuta judiciorum alia ordinaria, alia decisoria.*
2. *Cautiones respiciunt ordinatoria.*
3. *Exempti subiiciuntur ordinatoriis.*
4. *Cavere est onus.*
5. *Extranei arrestari possunt, & cavere coguntur.*
6. *Ordinaria non exequitur sententiam latam in exemptos.*
7. *Non exequitur sententiam latam incidentur in causa dotis inter Laicos.*
8. *In decisivis observanda consuetudo loci, delicti, contractus aut rei.*
9. *Quæ cautiones respiciant decisoria.*
10. *Cautio judicio sisti præstita coram judice incompetenti non valet.*

LEges consuetudines & statuta judiciorum alia esse ordinatoria, alia decisoria, longe lateque apud diversos scriptum est. *Rochus de Curte tract. de consuet. qu. 10. n. 665. & seqq. & quæst. 6. n. 757. usque ad finem. Stephan. Aufrer de potestate Saculari super Eccles. person. reg. 2. n. 40.* Cautiones & satisdationes judiciales de quibus præsens quæstio, concernunt ordinativa judicii teste Aufretio *n. 40. Jo. Faber. §. sed hodie vers. item quæ hic*, ad quas proinde exempti non adstringuntur, *Jo. Gottus ad arrest. parlam qu. 49.* nisi ex lege, stylo seu consuetudine usitata fori ordinarii eæ præstari consueverint. Ratio est, tum quia concessa ordinario facultate cognoscendi de causis exemptionum, censetur secundùm ritum, morem & ordinationem sui fori. *glo. c. Clericus ubi DD. de foro compet. DD. c. Ecclesiast. Maria de constit. Aufrer. d. n. 40. Rebuffus ad ord. reg. in præmio glo. 1. n. 68. Rochus d. quæst. 10. n. 668.* 1 2

Tum quia ordinatoria judicii non tam respicere videntur personam quàm causam ejus cognitioni subjectam. *Abb. d. cap. quod Clericus col. 14. Rochus d. qu. 10. n. 669.* Tum quod sicut natus in loco ratione originis subiicitur legibus loci. *l. origine. C de municip. & origin. lib. 10. Raphael Comensis. cons. 130. incip. P. Clericus. Roch. d. n. 669.* sic causa per delegationem nata in foro ordinarii, subiici debet ejus legi & ordinationi, *Roch. d. n. 669.* Confirmatur 1. quia adstringi ad cautionem censetur esse onus, & cedere in gravamen. *l. cum non facile l. nisi in verb. cautionis onus. ff. si cui plus quam pro l. Falcid. Castrens. l. omnes §. præterea n. 2. C. de Episc. & Clericis.* Ut proinde exempti specialiter compelli ad eam non possint, nisi ita de more, stylo & lege fori ordinarii statutum sit aut consuetum, alioquin enim exemptio inducta in favorem converteretur in gravamen atque læsionem *dixi infra l. 4. q. 58. n. 6.* quippè quod insolitis aut superfluis cautionibus onerari nemo debeat *l. 3. ff. ut in possess. legat. vel. fidei commiss.* 3 4

Con-

Confirmatur 2. quia Exempti extraneorum jure censeantur. *supra eod. lib. quæst. 19. n. 4. DD. cap. grave de offic. ord. infra lib. 4. quæst. 55.*

5 A quibus cum cautio judicatum solvi, ne judicia reddantur elusoria, postulari consueverit. *Castrensis Authent. generaliter n. 1. C. de Epis. & Clericis*, idipsum in Exemptis

6 eadem proportione sustineri posse videtur *Castr. d. n. 1.* Quippè quod ordinarius sententiam in exemptum latam executioni demandare non possit. *Innoc. c. significasti de officio deleg. Angel. l. finali C. de judiciis DD. c. cum Episcopus de offic. ord. in 6.* nec enim hic par est ratio antecedentis, hoc est causæ cognitionis & consequentis scilicet executionis, quo in casu argumentum à concessione antecedentis ad concessionem consequentis & è contra non procedit. *Præses in locis legalibus loco à conces. antecedent.*

7 In simili traditum est ordinarium cognoscentem de causa dotis inter Laicos, sententiam suam executioni mandare non posse in bonis Laicorum, ex quo ea sint à sua jurisdictione exempta. *Ang. d. l. fin. Innoc. d. c. significasti Jo. Andr. c. 1. de homicid. in 6. Præses d. loco à conces. anteced. post princip.* unde ea proportione de qua hactenus frequenter meminimus *li. 1. ca. 45.* idem argumentum videtur in hac exemptionum materia. Porrò quod initio diximus de ordinatoriis, contra in decisivis venit observandum,

8 Siquidem in decisivis observanda est consuetudo contractus rei, aut loci delicti de quo disceptatur. *Auffrer. d. n. 40. Rebuff. d. nu. 69. Rochus d. quæst. 16. nu. 768. Præses in locis loco à contractibus ad delicta in princip.* Qua sub specie sunt cautiones damni

9 infecti, præstandorum legatorum novi operis solvendi adveniente die. *Jo. Faber d. §. sed hac hodie n. 8. in fin.* ad quos proinde Exempti ab ordinario cogi non possunt, quæ omnia ex Rocho Fabro & Doctoribus antea allegatis varia exemplorum specie exornantur atque comprobantur, adeo quidem, ut si cautiones de judicio sisti coram

10 ordinario præstiterint, viribus non subsistant, cautio enim coram judice incompetenti præstita non subsistit. *Alexand. post Baldum l. 2. §. si quis, ff. qui satisdare cogantur. Abb. cap. 1. in addit. ad n. 3. de fidejussoribus*, quia tanquam accessoria vitiatur. *Barth. l. cum lex ff. de fidejuss.* ita in Clerico cavente coram Laico concludit Jacob Ant. Matta *de jurisd. & sæcul. par. 4. cent. 2. casu 160. Gratus cons. 15. num. 30. par. 1. arg. l. cum principalis, ff. de Reg. juris l. sed. si §. non solum ff. ad Maced. l. fidejussor obligari §. fidejussor, ff. de fidejussoribus.*

QUÆSTIO XXIII.

Qualiter in judicio probari debeat Exemptio.

DE probatione Exemptionis actum est supra *li. 1. 98.* proinde non opus est hic actũ agere; satis sit obiter insinuare, quali possessionem exemptionis non liberare

à pro-

à probatione privilegii seu exemptionis. *Franc. cap. cum persone §. si verò num. 1. vers. & sic de privileg. in 6. Castr. l. si solennibus num. 3. C. de fide instr. Innoc. cap. recepimus de privilegiis.* Idque ut sentit Innoc. *d. cap. recepimus*, nisi possessio exemptionis quæsita sit ex clausula seu titulo ad Judicium perceptæ libertatis.

QUÆSTIO XXIV.

Exemplaria Exemptionum qualiter authenticentur.

DE modo exhibendi in judcio Exemptiones, formam præbet nobis constitutio Bonifaciana *in cap. cum personæ de privileg. in 6.* de qua satis locuti sumus libro primo qu. 8. de exemplatione vero sic habet Fumus. Exemplaria (inquit) sic authenticantur, si Judex diligenter inspiciat, & tunc plures notarii subscribant, quod Judex sic fecit & invenit integra, unus etiam Notarius sufficit auctoritate judicis: ita ille *in Aurea Armilla verb. Privilegium numer. 15. Abb. cap. si instrumenta ubi DD. de fide instr.* fieri autem potest ejusmodi exemplatio coram ordinario, nam istud est voluntariæ jurisdictionis, ad quam exemplationes non extenduntur, ut probatum est *supra lib. 1. cap. 46. vers. pro affirmativa.*

De innovatione autem nihil attinet hoc loci dicere, siquidem licet in concessione exemptionis de jure non sit opus citatione partis, ex quo privilegium non sit vactus judicialis, *Jason. l. Gallus §. & quod si tantum num. 141. de liberis & posth. & latè dixi lib. 1. quæst. 12.* In innovatione tamen privilegii, aliud visum est, velut tractavi jam allegata quæstione duodecima.

QUÆSTIO XXV.

Pendente lite super exemptione, an quis adversus Ordinarium in possessione manutenendus?

UTique, licet enim quis possideat contra jus commune, non ideò tamen in sua possessione turbandus est. *Geminian. cap. cum personæ de privileg. in 6. ubi Franc. in §. si verò num. 1.* prout quoque lite pendente super concessione aut validitate privilegii possessor usu suæ possessionis interdici non potest. *Abb. cap. 1. ut lite pendente*, Idque, ut inquit Gemin. & Fumus, dummodo adsit aliqua probatio, etiam si non foret sufficiens per quam possidentis intentio justificetur. *Gemm. ubi supra. Fumus verb. Exemptio nu. 6. Angel. in Summa verb. Exemptus nu. 4.* Quæ tamen tum demum vera sunt, quando possessio allegatur titulata ex privilegio, secus vero si præscriptione, privilegium enim hoc in casu favorabile est &

præscriptio odiosa, ideoque ordinarius potest uti sua jurisdictione contra eum qui contendit se exemptum per præscriptionem pendente lite, donec de præscriptione plenè probaverit, non verò contra eum, qui dicit se Exemptum ex privilegio, aut ex privilegio & præscriptione simul, etiam pendente appellatione à sententia lata in præjudicium exemptionis, quia appellatio neminem privare possessione sua potest. *late Franc. d. §. si verò nn. 2. & 3. ubi etiam Anchor. & DD. Ang. Fumus ubi supra, & dictum est supra lib. 1. quæst. 6. Gaill. lib. 1. obs. 144. num. 10.*

QUÆSTIO XXVI.

Libellus seu articuli in causa Exemptionis quales esse debeant

SVMMARIVM.

1. *Articulari quomodo debeat amissio.*
2. *Præscriptio qualiter deduci debeat.*
3. *Exemptio ab omni Jurisdictione præscribi non potest.*
4. *Libellus est reiciendus, in quo Episcopus petit jus ab Ecclesia quam libellus exemptam.*

EXemptionem acquiri tantum dupliciter, privilegio scilicet & præscriptione, ex eis quæ hactenus dicta sunt, sit satis manifestum. In libellanda exemptione de qua ex tenore privilegii constat, nihil hic est singulariter animadvertendum.

1 At verò si agatur de exemptione seu privilegio amisso, quia hactenus, *lib. 1. qu. 7.* diximus, ad earum probatoriam substantiam requiri scripturam nisi dicatur amissa, tria hoc casu amissionis erunt articulanda, primò tenor instrumenti, 2. publicum seu authenticum fuisse, 3. illud esse amissum, nec enim alterum horum sufficeret. *Molina de Justitia & jure tom. 2. disput. 448. fol. 870. Abbas cap. Cum olim de Privilegiis. Felin cap. sicut col. 6. de re. judica. Alex. cons. 196. vol. 2. Barth. & DD. l. sicut iniquum C. de fide instr. & Auth. si quis in aliquo C. de edendo*, licet sufficiant ad hoc conjunctim probandum, duo testes, quamvis actus amissus majorem solemnitatem postulabat. *Molina ubi supra.*

At verò, in articulanda præscriptione exemptionis, necesse juxta Parisium de-
2 ducere possessionem continuam, pacificam cum bona fide, per tempus legitimum. *latissimè. Paris. cons. 65. vol. 4. per tot. DD. cap. 1. de præscript. in 6. latè Balbus de præscript. in 5. parte principali quæst. 11. & 12.* Præterea, oportet ponere aliquem alium jurisdictionem præscripsisse, alioquin enim teste Rota ejusmodi articuli de exemptione à jurisdictione ordinarii eriam à tanto tempore, quod non extet memoria, impertinentes essent, nec admittendi, nisi in eis detur Prælato qui hujusmodi Jurisdictionem præscripserit. *Rota de præscript. decis. In novis. Felin. cap. Cùm non licet*

teat. n. 9. vers. circa allegantem ubi etiam, Abb. & DD. de præscript. dixi supra d. quæst. 6. Io. Andr. cap. veniens de privileg. in 6.

Ratio est, quia Exemptio ab omni jurisdictione præscribi non potest, ne dentur acephali sicut locustæ sine rege, sine capite, sed benè à jurisdictione unius superioris respectu alterius. *cap. cum persona §. si autem ubi Franc. & DD. de privileg. in 6. Baldus ubi supra & latè supra ad quæst. 6.* de quo non est periculum in exemptione orta ex privilegio, quo exempti confestim ipso jure recidunt in immediatam papæ potestatem, nisi aliter ex tenore privilegii cautum videatur. Postremò, notandum, quod si Episcopus petat aliquod jus Episcopale ab Ecclesia, quam libello asserit exemptam, talis libellus veniet reiciendus, nisi adiiciat causam aliquam degendi fundatam etiam contra Ecclesiam exemptam, puta præscriptionem, aut ejusmodi aliquam aliam. *Innocent. cap. dilecti filii vers. sed si de libelli oblat. Spec. de libellor. oblat. §. juxta propositionem. num. 22.* 1 2 3 4

QUÆSTIO XXVII.

Privilegium exemptionis an totum, an verò illius pars controversa tantum edi debeat.

SUMMARIUM.

1. *In testamentis, statutis, inventariis an editio totius aut partis fieri debeat.*
2. *Inspectio totius, Copia vero tantum per partes datur.*
3. *Quia copia totius, adferre posset cavillationes.*
4. *Exemplatio fit expensis exempti.*

EDitio totius, an verò partis fieri debeat in testamento, statutis, inventario, & similibus, disputatur variis in locis per Doctores. *l. Argentarius §. edi. ff. de edendo Bald. l. fi. C. de precib. Imper. offer. Barth. l. 1. ff. de novi oper. nunt. Hostiens. in Summa de fide. instr. §. an instrumentum vers. si verò, Spec. tit. de instrum. §. videndum rest. at. vers. Quid si producitur, Fel. cap. 1. nu. 26. & seqq. de probat. Anchar. cap. cum persona ubi DD de privileg. in 6.* 1

In hac materia sic solet distingui, ut inspectio totius privilegii illiusque plenaria lectio concedi debeat; at vero copia de eis tantum articulis, de quibus & controversia. *text. ubi gloss. & DD. d. cap. Cum persona in verb. integraliter. Fel. d. cap. 1. num. 20. de probar.* 2

Ratio est, quia ex copia & descriptione totius possent excogitari lites, quod ita facile non fiet ex descriptione solius articuli controversi. *glo. in d. verb. integraliter ubi Anchar. & DD.* Additur & aliud speciale hoc in loco, quod ejusmodi copia & exemplatio fieri debeat expensis exempti ad quem spectat sua jura producere, ne privilegium suum perire possit. *Franc. d. c. Cū persona in pr. n. 4 Fel. c. n. 8. de libelli oblat.* 3 4

Alioquin enim, communiter aliis in causis aliter obtinuit, nisi tamen consuetudine fori aliud disponatur. *gloss. Clem. causam verb. porrecto de elect. & in Clement. 2. verb. obtatos d. appellat. & ibi DD. Franc. de num. 4.*

QUÆSTIO XXVIII.

Exceptio exemptionis proposita in vim peremptoriæ, an statim, an vero post litis contestationem reservanda.

QUæstionem hanc movet Panormitanus, seamque resolvit hoc pacto: Quid (inquit) si Episcopus petat jus Episcopale, quia Ecclesia sita & in sua Diœcesi, & reus dicat libellum non admittendum, quia statim est paratus Ecclesiam probare exemptam, dicunt Innocent. & Hostiens. libellum admittendum non obstante tali exceptione, ut fiat litis contestatio, & probatio exemptionis differtur in principali, ita Abb. *cap fin. num. 8. de libelli oblat.* Quæ tamen conclusio fallit, si exemptio notoriè competeret, cum enim notoriè constat de non jure agenis, judex non debet pati causam venire in judicium, tum ut malitiis hominum eatur obviam, tum ut omnis circuitus & procastinatio evitetur. *Abb. cap. ex parte B. nu. 13. de foro compet. Jo. Andr. ca. 1. de litis contest. in 6. & d. cap. fin. num. 8.*

QUÆSTIO XXIX.

Exemptus agendo coram ordinario, an coram eodem reconveniri possit.

SUMMARIUM.

1. *Clericus reconveniri potest coram Judice Laico.*
2. *Bartholi & Baldi opinio secura.*
3. *Quibus in causis Clericus reconvenire non possit.*
4. *Vasallus reconvenire potest.*
5. *Item Exempti.*
6. *Exemptus eligendo Judicem pro se, non debet eundem designari contra se.*
7. *Exempti prorogant necessaria prorogatione.*
8. *Reconventio permittitur coram delegato ad unam causam.*
9. *Reconventio venit consecutive ad causam conventionis.*
10. *Quando privilegiatus eligit judicem pro se. debet eundem pati contra se.*
11. *Fallit in actionibus de delicto.*
12. *Fallit secundo si exemptus non elegisset Judicem.*
13. *Fallit tertiò, si judex datus sit motu proprio, aut communi consensu.*
14. *Item nisi Exemptus in fraudem egisset.*
15. *Item nisi reconventio sit in causa, de qua judex judicare non possit.*

16. Contra-

16 *Curator ad litem an dari possit per ordinarium Exempto coram se litiganti*

CLericum reconveniri posse coram judice Laico communiore Doctorum calculo receptum est. *Barth.auth.& consequenter col. fin. C.de sent.late. Ang.§.idem Juris* 1 *num.43.instit. de except.glo.cap.1.de mutui petit. Bald.l.2.§.sed si.agant.ff. de Judicijs, decis.Neapol.173.Spec.de reconventione §.nunc dicamus vers sed pone Clericus. Marant. de ord.judic.part.4. distinct. 6.num.44. Mynsing.cent.2.obs.67.vers. primus.* Repugnante Abbate *in cap.at si Clerici de judicijs*, cujus proinde opinio in judicando non immeritò reiicitur, quippè quod ei unanimiter adversentur permulti alii, ac præsertim Bartholus & Baldus, qui cum plerumque inter se dissentiant, placuit ut quo- 2 ties inter se conveniunt, in eandemque descendunt sententiam, quod judex illam sequi & securè amplecti possit. *Tiraquell.de retract.consang.ad finem n.90.fol.208. de retract.convent.§.4.glo.6.n.12.fol.317.*

Quæ tamen conclusio has patitur constrictiones, nempè nisi reconventio fieret 3 de causa spirituali, item criminali infamante, postremò nisi Laicus sit causa cui conveniatur ut occasionem habeat reconveniendi, aut nisi conventus coram judice illum declinet, alium ve judicem reclamet, tum enim non erit, inquiunt, potestas reconveniendi. *Spec. Bald.& DD. supra Marant d. num.44.& 19.*

Præterea, concludendum est, reconventioni locum esse inter Vasallos contenden- 4 tes cum paribus Curiæ, etiam ratione debiti civilis aut personalis. *glos.cap.1.de controversia feudi in verb.faciendum in fine ubi Bald.Soci.cap.ex transmissa nu.24. de foro compet. Jo.Wamesius cons.71.num.5.Bald.de prohibita alienatione feudi per.Fredericum §.præterea nu.12.& seq.& de controversia feudi apud pares terminanda n.6.* Quod tamen non volvit admittere *Minsingerus lib.4.obser.40.per tot.*

Idem quoque inter pauperes, quibus ex statuto dati sunt certi & speciales judices *Bald.n.5.* prout quoque coram judicibus Marcatorum, Scholarium, generaliterque coram quibuscunque judicibus particularibus ad certa negotia vel personas deputatis per legem, privilegium, aut statutum, *Marant.d.dist. 6.num.19.*

Ut proinde identitate juris idem videatur respondendum in exemptis, versatur 5 enim hinc inde identitas & similitudo eadem rationis. Doctè *Fel.in cap.Cum ordinē n. 7. vers.modò & nu.8.in pr.Butrio cap.super literis col.25.vers.& per hoc patet de rescript. Abb.cap.significasti num.12.vers.videmus vers. Item omnes rationes de foro compet. & dixi supra lib.1.quæst.45.num.5.* Ratio est, quia Exemptus eligendo judicem pro 6 se, non debet dedignari eundem judicem contra se, *arg.l. cum Pap. C. de sentent. & interloc.*

Secundò, licet Exemptus prorogare non possit voluntariè, necessaria tamen & 7 legali prorogatione quæ fit per modum reconventionis, potest de Clericis, Vasallis & aliis jam dictum est. *Marant.d.dist.6.num.21.vers.quædam.*

Tertiò, reconventio conceditur coram delegato ad unam causam *Abb. & DD.* 8

cap. 1. de mutui petitionibus. Barth. de Auth. & consequenter Bald. l. neque in fin. C. de compensat. Marant. ubi supra nu. 11. & 20. quia Judicem quem elegisti patere. d. l. cum Pap. & tot. tit. quod quisque Juris. Loriotus in apicibus juris tit. de privilegii impetrati retortione.

9 Quarta, quia causa reconventionalis venit consecutivè & accessoriè ad causam conventionis. l. si idem cum eodem § quod si mutuæ ff. de jurisd. om. jud. d. auth. & consequenter. Marant. ubi supra nu. 21. vers. secundò. Jurisdictio enim se extendit ad connexa, annexa & dependentia. Leonell. tract. de surrept. rescript. q. 18. a. 7. & 8. ut & communio seu continentia causæ cum exempto, quæ exemptionem parit, v. supra li. 1. c. 26.

10 Quintò, quando persona privilegiata elegit aliquem judicem pro se, debet eundem habere, & pati contra se, non obstante illius privilegio, quando natura causæ id patitur. l. est receptum ubi glo. & DD. ff. de Iurisdict. om. jud. Marant. de ord. Iudic. d. dist. 6. num. 23. vers. primo casu, & arg. ab eis quæ de Clerico dicta sunt. Abb. cap. 1. nu. 27. de mutui petit. Restringendum autem istud est cum agitur de causa civili, v. g. testamenti, contractus, vel de dominio alicujus rei, secus verò si agatur de actione injuriarum furti, aut ex maleficio, nam nullus privilegiatus agens injuriarum potest reconveniri coram alio non suo judice. l. 2. § sed agant ff. de judiciis. Bald. d. tit. de controvers. feudi apud pares num. 5. sub finem Aug. d. §. Idem juris num. 43. vers. sed Baldus qua de re vide plane Capell. Tholos. Dec. 95. cum addit.

12 Restringendum secundò, nisi conventus declinet jurisdictionem judicis coram quo convenitur, petatque se ad alium judicem remitti, ex quo enim ille judex secundus non fuit electus per exemptum agentem, sed per Reum conventum, non poterit coram illo reconventionem intentare. Ratio est, quia isto in casu cessat ratio d. l. cum Pap. de qua antè scripsi quæ fundatur in lege naturali, quod tibi vis fieri, & quod quisque juris in alium statuit. DD. ubi supra Marant. d. dist. 6. num. 19. vers. si. verò Scholares. Abbas cap. 1. col. fin. de mutui petit. Bald. Auth. habita col. 8. vers. 5. quæritur C. ne filius pro patre.

13 Restringendum tertiò, nisi Judex fuisset electus communi partium consensu, item nisi Judex fuisset datus motu proprio Principis. Iason. l. 3. col. fin. ff. Quod quisque juris. Marant. ubi supra num. 11. in fine. tunc enim cessat retortio. Rom. cons. 327. Mynsing. cent. 3. obser. 4. in fine.

14 Restringendum quartò, nisi exemptus in fraudem conventus hoc non peteret. Ang. l. 2. § sed si agat ff. de Indic. dixi late. infra libr. 4. quæst. 7.

15 Restringendum quintò, nisi reconventio fiat in causa de qua judex conventionis judicare non posset, tum enim reconvenire non liceret, vide Franc. cap. Dispendia §. rem. num. 4. de rescript. in 6. latè Mindanus tract. de continent causæ cap. 6. per tot. signanter num. 35.

16 Illud non incommodè hic quæri posset, quid si Exempto coram ordinario reconvento dandus sit curator ad litem, à quo is decernetur? Paucis, cum Barthol. censemus ab ordinario judice, qui de causa cognoscat, ejusmodi curatorem

ad li-

ad litem dari posse. *Barth. l. fin. §. 1. C. de administr. tut. ubi id extollit. & in l. 1. num. 5. ff. de tutorib. & curator. dat. ab his per cap. fin. de Jud. in 6.* licet videatur dubitare Caroc. *in sing. 74.* sed sine fundamento, cui enim jurisdictio data est, ea omnia quoque concessa esse videntur, sine quibus jurisdictio explicari non potest, *l. 2. ubi DD ff. de jurisd. omnium jud.* Quæ ratio, an generaliter vigeat etiam in exemptis, in quos Pontifex sibi specialiter jurisdictionem reservavit, qui nec tacitè nec expressè ordinarii jurisdictionem prorogare possunt, maturioris est inquisitionis. *vide cap. prudentiam §. sexto ubi DD. de offic. deleg. ubi Abb. cap. quod translationem de offic leg. Jason. d. l. 2. Præsesin locis legalibus loco à concessione antecedentis vers. 3. limitatur. v. infra lib. 4. cap.* 33. pendebit hujus decisio etiam ex iis quæ antea notavimus, dum de prorogatione judicis ordinarii quædam attulimus, quæ hic brevitatis causa habeantur pro repetitis *vide supra eod. lib. cap. 7.*

QVÆSTIO XXX.

Exempti agendo coram ordinario, an teneantur servare ordinationes & statuta ejus judicii?

SUMMARIUM.

1. *Statuta ordinatoria judicii ligant exemptos, secus decisoria.*
2. *Delegatus non tenetur se Conformare ordinario.*

TEtigi idipsum Quæstione 22. hujus libri, cui addo latè tradita per Rocchum de Curte *in suo tractatu de consuetudine quæst. 16. num. 757. usque ad num. 785. Petrus Ravennas eod. tract. num. 155.* Quæ confirmantur ab analogia fori Clericorum & Laicorum, à qua argumentum in hac materia duci posse frequenter supra diximus. Siquidem sicut causa Clerici agentis in foro Sæculari terminari debet secundùm jus civile vel municipale, ac appellatio non ad Ecclesiasticum sed Laicum superiorem interponi nec esse est. *Petr. Brixiensis in Repert. verb. Clericus. Ang. cons. 193. glos. cap. quod Clericus de foro compet. Archid. 2. quæst. 6. cap. nonita,* ita quoque causa Exempti absentis coram ordinario ventilari debet juxta consuetudines & statuta fori ordinarii, quemadmodum in materia simili in appellatione interponenda notavimus *infra quæst. 42.* Quod verum esse in statutis ordinariis judicii diximus supra *d. quæst. 22.*

At verò in decisoriis minimè, quippè quod consuetudines & statuta respicientia decisoria litium non ligent extraneos. *Alciat. de præsump. reg. 3. præsumpt. 29. num. 7.* & proinde nec Exemptos, quos extraneorum jure censeri notum est, *text. cap. grave ubi Abb. Felin. & DD. de offic. ordin.* quod supra variis in locis latè probatum est.

Illud

Illud obiter non est prætereundum, quod ordinarius cui Pontifex rescribit per verba facientia eum delegatum, non tenetur servare formam statutorum loci cui præest, licet secus, inquit notanter Baldus & Felinus, quando excitatur ejus jurisdictio ordinaria. *Bald. cap. licet in fine ubi id explanat. de foro ordinarii. Fel. cap. cum dilecta num. 12. vers. & scias de rescript.*

QUÆSTIO XXXI.

Confessio exempti coram ordinario an ei præjudicet.

SUMMARIUM.

1. *Confessio facta coram incompetente, non probat plenè.*
2. 3. *Confessio si sit solennis, præjudicat exemptis.*
4. *Nobilitas non potest Domino intervertere possessionem.*
5. *Exemptus potest se tueri ex capite Papæ.*
6. *Acta gesta coram incompetente non probant.*
7. *Pater veniens ad defensionem filii, potest ejus confessionem revocare.*

1 QUæstio ista duplex est; prior, an confitenti præjudicet, posterior, an superiori.

Quoad prius, licèt confessio judicialis notoriis juribus pleniſſimè probet, si tamen ea emanaverit coram judice incompetente, ejusmodi confessio non faciet plenam probationem. *Fel. cap. at si Clerici, num. 5. de judic. Steph. Aufrer. de potestate Sacul. super Eccles. personis reg. 3. num. 16. Bellam. conclus. 449. Innocen. cap. per inquisitionem de elect. Anton. de Mils in aureo repertorio verb. confessio facta coram judice competente fol. 81.* quod verum esse ferunt quidam, cum judex coram quo emanavit confessio, planè est incompetens, *additio ad Castrens. in l. Magistratibus num. 3. ad verb. competenti in fine ff. de jurisd. om. judic.*

2 Quod posterius, si emanet coram ordinario incompetente, dicendum uti in priore membro, si vero coram competente, puta cujus jurisdictio excitata aux delegata fuerit, tum confessio præjudicabit quidem plenè Exempto confitenti, Ecclesiæque exemptæ cujus rector est, sed non Papæ seu superiori subjectionem possidenti. *text. ubi Abb. cap. dilectus num. 4. & 18. vers. nam vides de Capellis Monachor. & num. 4. cum. Apost.* tum quia confessio Rectoris præjudicat Ecclesiæ si sit solennis, habeatque assistentiam juris communis; *vide Fel. cap. quoniam num. 11. de præscr. ubi latè distinguit & alios allegat. Carocius de juramento litis decisorio quæst. 40. principali fol. 293. vide Bellam. concil. 695. ubi latè de confessione Prælati, late Redoanus tract. de rebus Eccles. non alienandis quæst. 51. cap. 21. num. 10. & quæst. 56. ca. 1. n. 13. & 17. & 2.*

Tum

Tum quia subditus nequit Domino possessionem subjectionis suæ intervertere, præstando alteri obedientiam, quamdiu Dominus est in possessione. *Innoc. c.cum venisset de restit.in integr.c.olim. 3. de rest.spoliat.cap.venerabili de sensib.* Ideoque potest exemptus si non ex proprio capite, tamen ex persona & capite Domini seu superioris ejusmodi præjudicialem confessionem irritare, *scripsi supra li.1.c.35.not.Fel.c.ad dicis n.25. de præscript.* 5

Quæ de confessione dicta sunt, obtinent etiam in quovis actorum vel sententiarum genere, quæ facta coram incompetenti, non probant coram competenti, at vero è contra probationem inducunt, *vide Franc.cap.fin.n.2.de except.in 6.late Castr.cons. infrà citato.* 6

Quod autem dixi, confessionem factam in præjudicium exemptionis irritari posse ex capite & persona superioris, id fit ad instar patriæ vel Dominicæ potestatis, pater enim aut Dominus veniens ad defensionem filii vel servi, confessionem ab eis emissam revocare potest, *l.2.ubi DD.ff.si ex noxali causa.* Id quod latius argumentando in hac exemptionum specie probavit appositè Castrensis. *cons.431.n.5.par.1.fol.223.* probavimusque crebrò aptissimè duci argumentum ab ejusmodi generibus potestatum ad hanc exemptionum materiam *par.1.cap.1.& 45.* Quippè ex jure patriæ Dominicæ alteriusve ejuscemodi potestatis derivatas fuisse exemptiones latè supra notatum est *d.lib.1. c.1. nu.12.* 7

QUÆSTIO XXXII.

Exemptus litigans coram ordinario, an jurare possit secundùm suam intentionem & non illius cui juratur ?

SUMMARIUM.

1. *Jurare potest secundùm conscientiam, qui contra juris ordinem ab incompetente judice cogitur.*
2. *An idem obtineat in testibus.*
3. *An ejusmodi juramenta subsistant saltem in in vim pacti.*
4. *Testis deponens falsum in judicio, non tamen in forma judicii, non committit crimen falsi, neque de falso puniri potest.*

REgulare est apud Casuistas, quod is qui iniquè interrogatur, possit justè respondere quod nescit, intelligendo non eo modo se scire, quo illud dicere teneatur. *Navarrus in ca.inter verba 11.qu.13.conclus.6.& in Manuali ca.12.num. 88.& in repetit.c.humana aures 22.qu.5.per tot. Adrian.in 4.de confess.dubio 10.col.3.& in quodlib.11.litera C. Angel.de Perusio l.ideo §.si tibi ff.de cond.ob.turp.caus. Anania ca. qui cum jure 50.fin.de furt.* In exemplum est quod de S.Francisco adfertur, qui rogatus 1

gatus quo iviſſet quidam homicida, reſpondit manus per manicas immittens, non tranſiviſſe illac, unde fit occaſio hujus quæſtionis, an exemptus ab ordinario ſuo in competente interrogatus, tali ſecundùm ſuam mentem & non alterius intentione reſpondere poſſit. Certè, qui jubetur reſpondere ſeu jurare à judice competente, ſervato juris ordine, citra periurum non aliter jurare poteſt, quàm ſecudùm mentem & intentionem ejus cui juramentum præſtat, *c. quacunque art. 22. q 5. S. Thomas 2. 2. q. 89. art. 7. ad 4. Navarr. in Manuali c. 12. n. 8. verſ. nono.* Verùm, ſi judex exigens juramentum non fuerit competens, vel eſto quod ſit competens, interrogat tamen contra juris ordinem, ſeu non in forma judicii. *Tindarus tract. de teſtibus lib. 2. c. 1. nu. 7. glo. Athletas §. fin. ff. de falſis. Card. Toletus de inſtruct. Sacerdotis lib. 5. cap. 58. per tot. Navarrus in Manuali d. cap. 12. n. 88.* vel eſt alius homo privatus, qui per metum aut importunitatem juramentum extorquet, tunc jurare licebit id quod ſecundùm jurantis mentem eſt verùm, falſum autem ſecundùm mentem alterius cui juramentum præſtat. *cap. humanæ aures 22. quæſt. 5. ubi latè Navar. in Manuali d. verſ. nono. Item cap. 13. nu 88. verſ. Rogatus autem cap. 25. n. 43. verſ. porrò qui non tenetur. Ferrar. Cautela 3. Caroc. de juram. litis deciſor. quæſtione 13. quæſtione 4. nu. 2. fol. 206. vide. Alex. in l. ſervus nu. 1. ff. de iurejurand. Caroc. in d. tractatu q. 2. quæſtionis nonæ nu. 8. ver. mutat.* ubi
2 dicit, quod huic doctrinæ adverſetur quoad forum contentioſum. Decian. *in tract. crim. cap. 12. num. 23. tom. 2.* & quod ita pejeranti minor fides adhibeatur. Idipſum Navarrus citatis locis excendit ad teſtes dicens, quod teſtes qui ad teſtificadum non coguntur, ſe excuſare debeant, quorum excuſationem ſi judex non admittat, appellari debere: ſi verò appellatione non obſtante timeant judicis ſævitiam ſeu executionem, eos poſſe deponere ſe nihil ſcire intelligendo intra ſe, quod dicere teneantur, *Navarr. d. num. 43.* In confirmationem prædictorum eſt, quod advert Ferrati *cautela 3.* poteſtatem qui juravit ſervare ſtatuta die feſtivo in honorem Dei contraveniendo non eſſe perjurum. *Caroc. d. n. 2.* Accedit, quod juramentum ejuſmodi judiciale
3 ne quidem ſubſiſtat in vim pacti. *Alex. l. ſervus, n. 1. ff. de jurejur. Caroc. de Juram. litis deciſorio q. 40. principali fol. 293. in fine.* Inſuper fact quod traditur apud Tindarum *tract. de teſtib. li. 2. c. 1, nu. 7. per glo. in l. Athletas §. fin. ff. de falſis.* teſtem deponentem fal-
4 ſum in judicio, non tamen in forma judicii, non committere crimen falſii, neque de falſo puniri poſſe.

QUÆSTIO XXXIII.

Exempti an teſtes eſſe poſſint coram ordinario.

EDictum de teſtibus eſt permiſſorium, omnes enim teſtes eſſe poſſunt, qui lege aut conſtitutione non prohibentur, *d. l. §. 1. ff. de teſtib. Nellus à S. Geminia. tract. de*

de testibus num.1. Cum itaque testimonii dictio exemptis prohibita esse nō inveniatur, meritò eos ad testimonium admittemus, nisi tamen exempti quòque Clerici sint, nam tunc iisdem casibus poterunt testes esse, prohibebuntutque quibus & Clerici, quia qualitas illa potentior præponderat & est magis attendenda, *arg.l.quæritur ff.de statu hom.latissimè Farinaceus tract.de testibus lib.2.tit.6.q.61.n.8.& seqq.ca.cum nuntius ubi Abb.Fel.Mynsing.& DD.de testib.ca.insuper eodem tit.* Itaque animavertendi sunt casus, quibus id Clericis seu in prophana coram Laico judice, seu in criminali permittatur, quos Farinacius & Doctores jam allegati studiosissimè prosequuntur.

QUÆSTIO XXXIV.

Exempti an ab ordinario cogi possint ad testimonium.

SUMMARIUM.

1. *Clerici, Canonici, monachi, à quibus ad testificandum compellantur.*
2. *Forenses & Exempti parificantur.*
3. *Testimonium Exempti coram ordinario ultrò præstitum subsistit.*
4. *Omissio licentiæ est levis solemnitas.*

CLericus in testem coram judice Sæculari productus, citari ad deponendum debet non autoritate judicis Sæcularis, coram quo lis vertitur, sed Ecclesiastici, à quo cogetur ut testimonium coram se dicat, quod postea ad Sæcularem judicem remittet, aut coram Sæculari deponet, sed tamen cum licentia superioris seu Ecclesiastici judicis. *Abb.Fel.Mynsing.& DD.c.cum nuntius de testibus Gaill. lib.1.obs.108.nu.16. Farinacius latè tract.de testib.lib.2.tit.6.qu.61.nu.90.& seq.& nu.97.glo.ca.fin.14.qu.2.ubi dicit, quod coram Episcopo, aut ab eo deputato, c.statuendum.2. qu.6.Spec.de test. § sequitur vers.quid de Presbytero. Brixiensis in repert.verb. Clericus Guido sing.67.& plenè dec.65.* Id quod etiam militat in Monachis Canonicis Regularibus, conversis, aliisque sub obedientia viventibus, qui simili auctoritate deponere, seu ad testimonium cogi non possunt, nisi autoritate proprii superioris. *Farinac.ubi supra nu.134.Mynsing.& DD.d.c.cum nuntius. Spec.de test. § 1.num.36.DD.cap.1.de juram.calum.* Id quod sancitum est ad conservandum (inquit Felinus) honorem Clericorum, ne Laicus seu alienus judex videatur in eos autorisare. *Fel.d. cap.cum Nuntius n.3.vers.quia prohibitio c.quanquam.* Quod ipsum non sine evidenti ratione extendendum est ad exemptos, quippè quod in hac materia fori, Clerici & Exempti à pari procedant *supra li.1.q.45.* unde identitas hæc rationis pro lege habenda est. *l.scire oportet, § sufficit. ff.de excusat.tut.* quærere enim legem quando habemus rationem, nihil aliud est, inquit Rolandus à Valle, quam infirmitas intellectus. *tract.de inventario par.3.quæst.omittendum num.5.fol.102.doctè latèque Carocius sing.263.* Ac ita de Benedictinis scripsimus supra *lib.1.quæst.17. n.8.* Confirmatur, quia Exemptus & extraneus

traneus seu forensis æquiparantur. *cap. grave ubi Abb. & Fel. de officio ordin.* at quia certum est, forensem ab alieno judice cogi non posse, sed requirendum esse illius judicem ut eum examinet. *text. in l. judices cum Auth. apud eloquentissimum C. de fide instrum. Feder. Schenz. tract. de testibus num. 10.* Idque per litteras requisitoriales quas Myngerus appellat mutui compassus *in cap. cum causam num. 3. de testibus.*

3 Restringenda hæc conclusio, ut licet Exemptus ab ordinario cogi non possit, ultrò tamen si examinetur, tenet & valida est depositio. *Abb. d. cap. cum nuntius n. 3. vers. sed nunquid. Farinaceus ubi supra num. 84.* Ratio, quia multa parte non opponente subsistunt, quæ in judicium revocata impedirentur. *Gaill. lib. 2. obs. 47. num. 9. & seqq. ubi latè explicat.* Deinde, omissio licentiæ est levis solemnitas, quæ omissa non vitiat actum. *Farinac. ubi supra nu. 134. Abb. d. ca. cum Nuntius nu. 4. Guido q. 517.*

4 Quo in casu si sponte se in testem offerat, erit locus doctrinæ quam supra tradidimus, *quæst. 32. in fine eod. lib.* debere scilicet deponere non secundùm propriam ejus intentionem seu intelligentiam, sed judicis cui juramentum præstitum est; id quod variis Navarri autoritatibus probatum est.

QUÆSTIO XXXV.

Exemptus deponens falsum coram ordinario, an ab eo puniri possit?

SUMMARIVM.

1. *Clericus falsum deponens coram Laico, relegandus est ut puniatur ad suum judicem.*
2. *Exemptus falsum deponens coram ordinario, punitur ab eodem.*
3. *Forensis punitur ab eodem judice, coram quo falsum deposuit.*
4. *Juramentum litis decisorium an exempto deferri possit coram ordinario.*

1 CLericum falsum deponentem coram Laico, non posse ab eo puniri, sed relegandum esse ad suum judicem communiore Doctorum calculo receptum est. *Fel. cap. verum numer. 5. vers. contra Clericum ubi Abbas de foro competenti, ubi prolixissima Apostilla quid si coram delegato. Hostiens. cap. 2. de foro compet. Covarr. pract. q. c. 18. nu. 8. DD. ff. de crimine falsi, vide Mynsing. lib. 6. obser. 72. ubi late & eleg.*

2 Aliter tamen in Exemptis dispositum videtur, idque per autoritatem Ananiæ qui
» sic loquitur. Salicet. in l. nullum, C. de testibus, vers. quæro an hæc lex dicit, quod
» indubitanter credat, quod si Clericus testificetur coram judice Ecclesiastico, illa lex
» habet locum, etiamsi Clericus esset Exemptus, quia tunc perdit privilegium exemp-
» tionis per illam legem, pro quo etiam allego notata in l. 1. ff. si quis in jus vocatus non
» ierit. Sed si testificatur coram judice civili dicit secus. ita Anania cap. 1. de falsis, ubi

etiam

etiam idem Anania disputat de Archiepiscopo Exempto, qui falsum deponit coram aliquo Ecclesiastico judice, an ab eo punietur non obstante exemptione. *Fel.d.c.verum n.5.vers.contra Clericum, facit tex.l.1.ff.si quis jus vocatus. Stephan.Aufrer.repetit. Clem.1.quæst.4.n.9.de offic.ord. Jo.Francisci de Ripa cap.determinus quæst.17.de judic.*

Confirmatur primò, quia Forensis puniri potest à judice non suo, si coram eo falsum deposuerit. *Thesaur.Ped.dec.266.nu.3.9.& seqq.Spec.de teste §.11. nu.45. Covarr. pract.quæst.cap.18.nu.8.* Ergo ab Analogia idem in exemptis *supra lib.1.quæst.45.n.5.* Confirmatur secundò, quia deponendo falsum infertur injuria judici, potest autem judex injuriam sibi judicialiter illatam vendicare, quemadmodum post cæteros compendiosè & doctè cum quadam distinctione tradidit Gallius *lib.1. obs.39. per tot.latè & distinctè Marsilius l.1.§.præterea n.34.& seq.ff.ad l. Corneliam de siccar.* Quæ tamen conclusio ex tenore privilegiorum restringenda est. Quemadmodum ex notatis infra colligitur *eod.lib.quæst.45.num.117.* Ubi liquet exemptos Diœcesis Leodiensis coram Officiali delinquentes, etiamsi id contingat in exercitio officii, ab eo puniri non posse, non poterit tamen delegatus, aut confirmator, qui de crimine per exemptum commisso cognoscit, ordinario cognoscenti inter exemptos casu permisso de causa civili inhibere, velut apud Hyppolit.de Marsiliis *sing.490.post.numerum 2. Archid.cap.persona 11.quæst.1.* notatum est. 3

Illud hic incidenter quæri potest, an Exempto coram ordinatio suo incompetente litiganti juramentum litis decisivum deferri possit. Paucis respondendum est, non posse. *Carocius tract.de juramento litis decisivo quæst.25. princip.nu.2.& q.32. vers. quartus casus.* Ratio est, quia exempto competit declinatoria fori ordinarii, qui proinde coram eo jurare non tenetur. *Jason. l.tutor.§.fin.per illum textum notab.ult.ff.de jurejur.* Unde inquit Carocius *d.quæst.32.* Clerici coram judice Sæculari jurare non coguntur, nec milites S.Stephani nec similes exempti, nisi coram judicibus specialiter deputatis. 4

QUÆSTIO XXXVI.

An Exempti possint judicialiter intervenire pro suis hominibus seu subditis.

SUMMARIUM.

1. *De interventionis ethymo & elegantia.*
2. *Si Exemptorum principaliter non interfit, non poterunt intervenire.*
3. *Aliena liti nemo intervenit.*
4. *Secus si principaliter interesset.*
5. *Dominis competunt interdicta & actiones pro turbationibus & injuriis subditis illatis.*
6. *Idem*

6. *Idem nomine civis, Clerici, Monachi, Vasalli.*
7. *Interventio admittitur in causa appellationis.*
8. *Abhærere appellationi alterius permittitur.*
9. *De interventione quæ fit animo novandi.*

1 PRæmittendum, interventionis ethymon esse quasi venire, dum aliquid fit, à qua apud jureconsultos orta interveniendi locutio, dum suscitatâ seu pendente causâ alius ad defensionem sese parti vel causæ adjungit. *Marcellus in l. sepe vers. nam & si libertus meus me interveniente ubi glo. ff. de re judic.* Quod Budæus latinitatis assertor, alia verborum circumvolutione dicit vindicem se causæ offerre, eventumque judicii præstiturum, penitus in causam descendere, vèl sese submittere liti, ut suæ se opponere, agnoscere litem ut suam, Litem suam facere, ejusque eventum recipere ac præstare. *Budæus in Forensibus.* Itaque quæstioni huic respondendum est cum distinctione.

2 Aut Exempti agunt, defendunt, seu interveniunt pro subditis, præcipuè & principaliter ad utilitatem & commodum subditorum, ita ut jus ex actione seu interventione instituta quæratur tantummodo subditis, & tunc non possunt. *tex. auctoritate § inhibemus ubi glo. Franc Anchar. & DD. de privil. in 6. Abb. c. licet causam n. 13. & Fel. n. 12. de probat. pulchrè Innoc. c. dilectis filiis n. 2. de appellat. ubi Franc. 4. Rota, decis. 13. de judic. in novis Bald. c. 1. § injuria nu. 5. de pace juram. Firm.*

3 Ratio est, quia ejusmodi lis non concernit Dominos sed tantum subditos, nemo autem alienæ litis idoneus defensor est sine mandato seu satisdatione. *tex. § si verò inst. de satisdat. l. qui proprio § qui alium ff. de procurat. l. in eo quod plus § 1. ff. de Reg. juris.* Exemplum, si furtum sit factum subditis, aut injuria in contumeliam tantum subditorum, imputent enim sibi subditi, quod res negligenter custodierint, aut injuriam juridicè non vindicaverint. *glo. d. § inhibemus.*

4 Aut exempti intervenire volunt pro subditis, eò quod ipsorum interest, etsi non principaliter, tamen in consequentiam, & aliquo modo sicut status & conservatio Ecclesiarum tangit Episcopum, aut si contra subditos de Exemptione seu subjectione disceptetur, aut collecta eis indicatur, cultura agrorum turbetur, aut in contumeliam Dominorum injuria inferatur, tunc rectè pro subditis agunt & in judicio intervenire possunt. *Doctè Faber. l. cum aliquid C. ubi causa fiscales.* Ratio est, quia factum subditorum quando tangit Dominum, ipse Dominus turbari, injuria affici & spoliari videtur, *tex. l. vim facit ff. de vi & vi arm.* Et ideò et competit actio de dolo vel utile
5 interdictum, uti possidetis vel recuperandæ. *glo. d. § inhibemus. Innocent. d. cap. dilectis ubi Abb. n. 6. Anchar. Clem. 1. n. 3. 6. & 11. de resci.* Aut etiam actio injuriarum *§ servis autem inst. de injuriis, l. item apud § pen. & fin. ff. eod. Bart. l. 1. § item ait, n. 1. eod.*

6 Quod ipsum receptum est in Clerico, Monacho, Cive, Vasallo, quorum nomine Episcopus, Abbas, Civitas, Dominus injuriam experiri possunt. *Apost. ad d. § item*

ait

ait, Franc. d. cap. dilectis num. 5. ubi Innoc. n. 2. Bald. d. §. injurian. 2. Quæ distinctio non modò locum sibi vendicat in prima instantia, verum etiam in causis appellationum, quilibet enim pro suo interesse appellare potest. tex. ca. cum super de re judic. & l. sæpe ff. eod. Gaill. lib. 1. obs. 122. ac appellationi per alium interpositæ adhærere, d. cap. dilectis ubi Innocent. num. 2. Franc. num. 5. Spec. de appellat. §. 1. num. 15. DD. d. l. sæpe & d. cap. cum super Guid. q. 464. Gaill. lib. 1. obs. 125. & obser. 70. num. 1. & 4. 7 8

Postremo de interventione, quæ fit animo novandi seu mutandi judicium, videatur doctè Castrensis id doctè examinans, in l. solutionem nu. 2. & 3. ff. de solut. & ego infra qu. seq. num. 12. & seqq. 9

QUÆSTIO XXXVII.

Intervenieus, an causam ad suum forum trahere possit.

SUMMARIUM.

1. *Intervenire oportet coram judice prævento.*
2. 6. *Clericus defendens, an trahit causam ad suum forum.*
3. *Interveniens non potest declinare judicem ex sua persona, secus ex persona conventi.*
4. *Fiscus intervenientis, trahit causam ad suum forum.*
5. *Argumentatio valet ab habentibus speciales judices, ad exemptos.*
7. *Procurator in rem suam utitur propriis exceptionibus.*
8. *Interveniens recusat judicem.*
9. *Censuales exemptorum non sunt exempti.*
10. *Quid de famulis, Mercenariis, Colonis.*
11. *Interventio duplex.*
12. *Altera per quam adsistitur tantum liti, altera vero qua litigans à judicio liberatur, & in intervenientem transfunditur.*
15. *Priori, sententia ferenda est in partem originalem principalem limita ut n. 23.*
16. *Posteriori sententia ferenda est in ipsum intervenientem.*
17. 18. *Per interventionem prioris speciei, cauon retrahitur ad forum intervenientis, secus per secundam.*
19. *Cautela ut fidejussor exempti exemptione gaudeat.*
20. *Posteriori interventione quis fit Dominus litis.*
21. *Cautela est ut protestatio omittatur non admittendæ interventionis.* (tenda.
14. 22. *Interventio necessario ne sit admit-*
23. *Curialis habens interesse ad causam, appellans à sententia in partibus, causam ad curiam trahere potest.*

IN hoc articulo videntur pugnantes sententiæ, & quidem pro negativa expressi 1 textus, qui enim intervenit ad defendendum, non potest allegare privilegium

sui judicis, sed debet defendere coram judice prævento. *tex.l. venditor ff.de judicium ex. l. 1.C.ubi in rem actio.*

2 Secundò, Clericus cui lis est denunciata ad defensionem accedens, trahere non potest causam ad forum suum, sed debet defendere & stare sub judice Laico, qui præventus fuit. *Bald. & DD.d.l. venditor, Abb.cap.ult.de empt.& vendit.cap.quoniam frequenter §. in aliis nu.28. ut lite non contestata. Anchar.cap.ea quæst.17. de reg.jur.in 6. Covarr.pract. quæst.cap.8.num.3. Aufrer.ad Capell. Tholos.Decis.360. Rebuff.de dilat. art.4.glo.unica nu.1. Caballin. de evict.§.3.num.11. Fachineus lib.2.Controv.cap.37.ubi dicit esse communem.* Idem videtur statuendum in Exemptis propter Analogiam de qua hactenus frequenter meminimus.

3 Tertiò, quia interveniens non potest ex persona sua forum declinare. *latè Gaill. lib.1.obs.71.num.2.& seq.* Undè licet Camera rationaria sit judex competens in causis concernentibus bona Principis, si tamen procurator Principis conveniretur ad garandisandum, debebit assistere liti coram judice quo Reus vocatus est, *Thesaurus Ped.dec.213.ubi id ita concludit.*

4 Pro affirmativa autem non desunt plurimæ auctoritates, & quidem imprimis fiscus superveniens ad defensionem alterius, causam trahit ad suum judicem quem habet specialem, ex quo ab aliis judicibus est exemptus. *l. ad fiscum C.ubi causæ fiscales l.3.ubi glo. & DD.C. de jure fisci lib.10. Castrens.d.l. venditor latè Capicius Decis.197. Rebuff.de dilat.art.4.glo.unic.num.9.l.1.& 2.C.si adverf. fiscum Caballin.d.§.3.quæst.3. num.124.* Idem videtur censendum in Exemptis, quippè quod habeant etiam speciales suos judices.

5 Procedit enim argumentum ab habentibus judices speciales ad Exemptos, ut de Vasallis Clericis, Scholaribus, aliisque ejusmodi dictum est supra *lib.1.quæst.45.n.5.*

Secundò, quod de Clerico argumentum est allatum, non est planè expeditum,

6 sunt enim non pauci qui existimant Clericum denunciatum ut assistat causæ, retrahere posse causam ad suum judicem Ecclesiasticum, *glo.cap.nullus Clericum 11.qu.1. Spec.de 1.& 2.decreto §.restat.vers.quid si Dominus n.24. Imol.in l.non solum §.quod vulgo ff.de usucap. Jo.de Platea d.l.3.c.de jure fisci lib.10. Aret.§.actionum nu.19.inst.de act. & latissimè in rub.inst.de except.num.17. Jo.de Arnovo sing.69.& d.l. venditor, dicens quod ita servetur de consuetudine. Jo.Faber.§.fin.nu.7. inst.de satisdat.*

7 Tertiò, interveniens venit tanquam procurator in rem suam & pro suo interesse, cujusmodi potest beneficium seu privilegium aut exceptiones ex sua persona competentes allegare. *l.Procurator ad exhibendum §.1.ubi glo.& add.Marg.Barth. & DD.ff.rem ratam.haberi l.idemque §.generaliter ff.mandati.latissimè Barth. disputatione secunda.*

8 Quartò, interveniens potest quandocunque ex persona sua judicem recusare tanquam suspectum, aliasque exceptiones dilatorias opponere. *Angel.si quis liber-*

tatem

tatem n.2. de petit. hæred. Abb.cap. Cum super nu.2. de offic.deleg. Afflict.decis.235. in fine. Vant. de nullit.sent.tit. quis possit dicere de nullitate nu.20.

Pro solutione præmittendum primò, censuales exemptorum aliosque homines 9
eorum proprios non esse exemptos, nec Papam eos habere pro exemptis. Franc.d. cap.auctoritate §.inhibemus de privileg.in 6.

Quid autem de familiaribus exemptorum, famulis, mercenariis, adscriptitiis 10
Colonis tradunt alibi Doctores, & dictum est à me supra. Franc.cap.licet de privilegiis in 6.num.2. & 3.glo.cap.penult.eod.in decretalib.in Clem.1. de relig.& vener.sanct. Jason.l.servianus nu.1.C.de testam.milit.in l.servi electione §.habeo n. 8. & 9.ff. de leg.1.in l.1.ff.de constit.Imber.inst.Foren.lib.1.cap.28.glo.ver.ministeriales vide supra lib.1.cap.30 dixi infra lib.4.quæst.38.

Præmitto secundò, dupliciter sumi interventionem, quantum adhanc quæstionem 11
attinet, primò quando tertius adest adsistitque causæ, ad eam una cum principali instruendam defendendamve, quod fit, quando utriusque interest tam litigantis scilicet, quam tertii: tum enim tertius ille si vult, potest adsistere causæ, eamque instruere. 12
l.Principaliorem ubi Bald.& DD.C.de liberali causa. Innocent.cap. Cum super num.3. & 6.ubi Butrio & Abbas num.29. Felin.nu.16.de re judicata. Barth.l. si pro lusorio §.1.nu.1.ff.de appell. Gaill.lib.1.in obser.70.nu.19.vers.2. Vide Castrens.l. solutionum num.1. & 2. & 3. ff.de solut.ubi succinctè & doctè Mindanus tract. de continentia causæ cap.8.num.17.ubi id explicatur fol.153.

Secundò, quando tertius remoto litigatore intervenit, ac omnem causam animo 13
novandi in se succepit, quod fit, cùm causa principaliter concernit intervenientem, dicitur autem ad eum principaliter pertinere, cujus primo omnium maximè interest, quæ interventio necessariò admitti debet. l.sæpe de rejud. l.ita tamen §.nunc videmus, ff.Judic.solvi. 70.Wamesc.cons.155,nu.9.to.1.vide infra nu.21. Secundariò vero ad eum, 14
qui per quandam consequentiam lædi posset. Bald.d. l.Principaliorem in pr.l.Titia.ff. sol.matr.d.l.sæpe Barth.si pro lusorio Gaill.d.obs.70.num.15.& obs.126. num.2.DD.d. cap.cum super. Inter utramque speciem hæc differentia est, quod priori sententia 15
diffinitiva sit ferenda non in tertium intervenientem, sed in partem principalem. Innocent.d.cap.Cum super num.3.& 6.ubi Anton.de Butrio num.20.Abb.n.8.de re judic. Bald.auth. hodie nu.6.C.de appellat. Gaill.lib.1. obs.122. num.8. Posteriore verò, quando tertius principaliter intervenit pro suo interesse & causam prosequitur, verba 16
sententiæ dirigenda sunt in illum tertium, & pronunciandum secundùm formam petitionis. DD.ubi supra & Butrio num.20. Gaill.d. num.8.

His præmissis, respondetur ad quæstionem cum distinctione, aut enim exemp- 17
tus adsistit tantum litigatori, defenditque eum hoc pacto judicio interveniedo, quod in persona alterius substantiatur, eo casu intervenire debebit & defendere non coram privilegiario suo judice, sed coram ordinario seu prævento, & ita procedit

cedit lex venditor de judiciis. *Abb.d.cap. fin.de empt. & vendit. Affflict. decis.* 277. *Natt. Cons.*324. *Costalius d.l.venditor ubi ita distinguit.*

18 Aut verò judicium substantiatur & radicatur in persona exempti intervenientis secundo quo diximus modo, tunc is in persona sua declinare poterit & causam revocare ad suum forum. *Angel.d.n.*17. *Aufrer.ad Capel. Theolos.decis.*360. *vers.secus ubi Laicus. Caballinus d.*§.3.*num.*121. *Joan. Faber.d.*§.*fin.num.*7. *Institut.de satisdat. Socin. Jun.cons.*66.*num.*5.*part.*1.*ubi dicit, quod si Colonus nominet suum Dominum, quod actor sequi debeat Judicem Domini. Caroc. tractat. de locato part.* 2.*tit.de nominationibus ubi idem concludit, text. gloss. & DD. cap. auctoritate,* §.*inhibemus de privileg num.*6. *Cavalcanus parte prima decis.*8.*num.*16. *Riminald. Cens.*576. *volum.*4. *late Decianus cons.* 18. *num.* 6. *& seqq. vol.*3. *eleg. Mindanus de contin. causæ. cap.* 8. *articul.*17. *fol.* 153. Ratio est, quia ejusmodi intet veniens comparet velut procurator in rem suam, qui exceptiones ex persona sua competentes obiicere potest. *l procurator ad exhibendum* §.1. *ubi DD ff.rem ratam haberi.* Unde possessor aut colonus conventus si in judicio nominet Clericum aut exemptum, causa retrahetur ad Episcopum vel judicem exemptorum, latè id probat Aufrer. *d.decis.*360. *vers.Secus ubi Laicus possessor, Caball ubi supra & Socin.*

19 Hinc dixit Molina, quod licet privilegia debitorum sint personalia, neque fidejussori competant. *l. verum ff.pro socio l.ei fi fidejussor, l.ne sennius.ff.de re judic. vide supra l.*1.*quæst.*47,*num.*4. Si tamen fidejussor hoc consilio utatur ut tanquam defensor necessarius principalis debitoris judicium loco & nomine illius suscipiat, privilegium illius in ipsum redundabit. *Doctè Molina de Justitia & Jure tom.*2. *disput.*413. *vers.quamvis hoc.fol.*735. *Mudæus ad d.l. verum* §. *Item videndum fol.*49. quod consilium tamen Raphaeli Cumano non placuit. *l.ei fi fidejussor.ff.de re jud. Mudæus d.*§ *idem videndum in fin. fol.*49.

20 Ratio secunda, quia per istam speciem interventionis fit quis Dominus litis susceptio in se hoc pacto judicio animo novandi, reo originali ipso jure à lite liberato, *gloss.l.non solum circa finem magna glossæ. ff.de procurat. Barth. in suis disputat. quæstio.*

21 2.*vers. solutio numer. primo, Castrens. dict.l. venditor. numero sexto, doctissimè Castrens. l.* 1. *C. ubi in rem actio.* Unde inolevit bona praxis laudata per Hieronym. Cagnolum, ut pars protestetur se nolle admittere interventionem animo novandi judicium. *Cagnol. in d. l. venditor per l.si mandato meo* §. 1. *ff. Mand Natt.cons.*630. *dubio secundo. Aret.l. à sententia colum.* 3.*ff.de appellat. Caball.d.* §.3. *numer.*120.

22 An autem, & quando ejusmodi interventionis species animo novandi sit invita parte admittenda, sunt glossæ, ut est videre apud Castrensem contrariæ, *d.l. venditor num.*6. Paucis Bartholus hunc articulum accuratè examinat & dissolvit, ad quem recurri poterit. *d.l. si pro lusorio* §.1.*num.*1. *& seq.ff.de appellat. & d.sua disputatione* 2. *verb.*

verb. solutio numer.1. & seq. Faber. § fin. instiut. de satisdat. & doctè Castrens. d. l. 1. 23
quem vide.

Quod autem supra dictum est, in priori interventionis specie declinatoriam obiici non posse, fallit, si ea objiciatur ex persona rei conventi, tertius enim pro jure & interesse suo ad defensionem causæ comparens, potest etiam post litem contestatam declinatoriam obiicere ex persona conventi, quam conventus vel noluit proponere, vel neglexit, *Innoc. cap. Capitulum sanctæ Crucis numer. 5. de rescript. Rom. sing. 630. ubi Apost. Rom. Cons. 347. Gaill. lib. 1. obser. 7. num. 3.*

Deinde, quod curialis habens interesse ad causam, appellans à sententia in partibus, causam ad curiam trahere possit, tradit Joannes Baptista Marchesanus *De commissionibus part. secunda, cap. 6. num. 65.* Quid autem in fidejussore scholaris, an is gaudeat privilegio scholaris pro quo fidejussisset, consule Wamesium laudatissimæ eruditionis virum, meum quondam in Academia Lovaniensi Doctorem consil. 357. num. 3. tom. 2. qui respondit non gaudere: imo ne quidem scholarem posse suo privilegio causam ipsius fideiussoris institutam avertere seu divertere à competente judice fidejussoris ad suum judicem: quibus porrò rationibus apud illum videto. 24

QUÆSTIO XXXVIII.

Ordinarius coram quo res fuit evicta, poteritne cognoscere circa interesse in emptorem & exemptum venditorem, cui lis fuerat denunciata?

VIdebatur quod sic: quia interesse illud venit in consequentiam primæ litis *arg. l. cum vendente ubi Castrens. C. ubi causæ fiscales.*

Contrarium tamen receptum est. Siquidem id non procedit in Clerico venditore, cujus respectu non habetur ratio dictæ sequelæ seu consequentiæ talis litis, lex enim erubescit ex hac sequela eum judicem facere, quem Clericus seu alius quispiam Exemptus non posset eligere, *Cagnol. d. l. venditor Angel. l. qui absente de procurat.* Id quod in quibusvis aliis qui fori privilegio renuntiare non possunt, receptum est, *Castrens. l. 1. C. ubi in rem actio. Caballin. de Evict. § 3. quæst. 4. nu. 130.* eo enim in casu judex causæ præparantis non potest esse judex causæ præparatæ, *dixi supra lib. 1. quæst. 26. numer. 27. & lib. 2. qu. 4. num. 10. late Cacher. Dec. 78.*

QUÆSTIO XXXIX.

Excommunicatus sub conditione, si interim eximatur ab ordinario, an veniente conditione ligabitur excommunicatione?

SUMMARIUM.

1. *Negativam tenet Archidiaconus.*
2. *Fictio retractiva non habet locum in censuris.*
3. *Affirmativam verò tenuit Joann. Andrea.*

1 QUod veniente conditione Exemptus non ligetur, censuit Archidiaconus, *in cap. ut animarum, de constit. in 6.* eique assentiri videtur Navarrus *in Manuali cap. 27. n. 273. Miscella 2. vers. 10.* quia fictio retrotractionis non habet locum in censuris, 2 *arg. cap. licet de sent. excom. in 6.* At verò è contra stetit plena disputatione Joan. Andr. *in cap. cum sunt partium de Reg. Jur. in 6. & cap. præterea de appell.* Compendii gratia satis nunc sit lectorem remisisse ad ipsos fontes. *vide glossam & alios in cap. Salonitana in verb. sub excommunicationis dist. 63. Borgesium tract. de irregul. & dispens. part. 6. tit.* 3 *an ne excommunicatione requiratur num. 11. remissivè. Faber l. Statu C. de testament. manumissione.* Idem tractant permulti in non absimili materia apud Tiraquel. *de retract. consanguinit. §. 1. gloss. 10. num. 42. & seqq. Gregorius Sayrus in Thesauro Theologia Moralis part. 1. lib. 1. cap. 21. num. 18. & latè nn. 19,* ubi assentitur Joan. Andr. dicens, quod jurisdictio non tollatur mutatione fori, quod per sententiam præventum est, *Arg. cap. præterea 2. de appell. ubi latè glo. in verb. impedire: ubi Innocent. num. 1. Abb. num. 10. Marian. Socin. in cap. sacro num. 162.* dicens hanc opinionem esse communem de lent excomm. *Hugol. de censur. Eccles. tab. 1. cap. 20. §. 6. num. 1. Covarr. cap. alma mater 1. part. §. 10. num. 6. de sent. excom. in 6.*

QUÆSTIO XL.

Sententia contra exemptum ab ordinario lata, an subsistat?

SUMMARIUM.

1. *Sententia ordinarii lata in Exemptum, est nulla.*
2. *Etiamsi sit excommunicatoria: limita ut ibi.*
3. *Aut non comparuerit ad allegandum privilegium.*
4. *Item licet ordinarius decreverit se competentem.*
5. *Potest de nullitate dici post longum tempus.*
6. *Excipitur nisi fuisset de Exemptione in judicio cognitum.*

7. *Sen-*

7. *Sententia lata non obstante privilegio contra jus litigatoris, tenet si non appelletur.*
8. *Confessio rectoris Ecclesiæ, nocet Ecclesiæ.*
9. *Non tenet, si privilegium habeat clausulam irritantem.*
10. *Sententia valet, si ordinarius sit in possessione.*
11. *Item si Episcopus ipsemet exemisset.*
12. *Sententia lata in negotio Exemptionis superiore non vocato, non subsistit.*

DUplex est hujus quæstionis membrum, Prius an obsit Exempto; posterius an præjudicet superiori Exemptorum.

Quod ad prius, recepta est omnium opinio, sententiam ordinarii latam in exemptum tanquam ab incompetente nullam esse, id quod licet alibi à nobis fusè probatum sit, non abs re erit, si idem hoc loci confirmetur sequentibus auctoritatibus & limitationibus. *latè & doctè Castrens. Cons. 431. per tot. part. 1. Abb. cap. 1. nu. 19. de re jud. Felin. cap. significasti. num. 4. vers. demum de foro compet. ubi etiam Abb. cap. cum tempore ubi DD. de arbitr. Gaill. lib. 1. obs. 40. Spec. de sent. §. octavo vers. Item est nulla, latè Nellus tract. de bannitis, Rubr. de his qui possunt bannire nu. 3.* Limita dictam conclusionem, nisi expressè concedatur Episcopis seu ordinariis ut certis in casibus possint per censuras contra Exemptos procedere, ut in casu Decreti Concilii Trid. Sess. 25. de Regul. cap. 5. & Sess. 22. & ita tenent Gambara. *de off. leg. lib. 8. cap. ult. num. 77.* Henricq. *lib. 7. de Indulg. cap. 25. num. 7.* 1

Extenditur primò, ad sententiam excommunicationis latam ab quolibet ordinario, quæ Exemptos afficere non potest. *Late Gigas de pensionibus quæst. 60. Bellenc. de charit. subsidio. quæst. 24. num. 2. adde supra quæst. 7. num. 11.* 2

Exsenditur secundò, etiamsi Exemptus non compareat ad proponendum declinatoriam exemptionis, nihilominus enim sententia nulla est quoad principale, licet distinguendum sit, ut fecimus suo loco. *eod. lib. quæst. 6. & 7.* quo ad contumaciæ punitionem aut condemnationem expensarum. 3

Extenditur tertiò, etiamsi ordinarius decrevisset sese competentem, nec ab ejusmodi decreto competentiæ fuisset appellatum, Quia decretum competentiæ non juvat, quando jurisdictio expresè, aut tacitè prorogari non potest, qua de re dictum est supra. *d. quæst. 7. vers. Amplia tertiò num. 8.* 4

Extenditur quartò, adeò, ut de nullitate ejusmodi sententiæ dici possit, post cursum longi temporis. *Ang. post. glo. l. sicut de præscript. 30. annorum, Card. Clem. 1. quæst. 14. de re judic.* 5

Limitatur primò hæc conclusio, nisi de exemptione in judicio fuisset cognitum per modum declinatoriæ, eaquæ rejecta processum ad ulteriora citra appellationem, eo enim casu sententia in principali lata subsistet in præjudicium exempti, *Felin. cap. significasti, n. 4. vers. demum Abb. d. cap. 1. num. 19. vers. secus puto si exemptus produxisset. Felin. & DD. cap. ad audientiam de præscript. ea. dilectus de Capell. Monach.* 6

Fel. in Repert. vers. sententia lata contra Exemptum fol. 116. col. 3, in fin. & in cap. Cum acceſſiſſent num. 28, vers. hanc regulam limito de conſtit. Caſtrenſ. l. hi qui numer. 5. C. de appellat.

7 Tum quod ſententia lata non obſtante privilegio contra jus litigatoris mero jure tenet ſi non appelletur, *cap. cum inter ubi DD. de re jud. ubi Abb. num. 1. & d. cap. 1. nu. 19. l. cum prolatis ubi DD. de re judic. Marant. de ord. judic part. 4. diſt. 5. num. 7. Caſtrenſ. d. l. hi qui num. 5.* Tum quod ita agendum videatur à confeſſione judiciali ad

8 ſententiam, argumenti genus in jure validum. Confeſſio enim rectoris Eccleſiæ exemptæ nocet Eccleſiæ, non tamen Papæ, *Abb. cap. dilectus num. 4. cum add. & num. 18. de Capell. Monach. dixi ſupra eod. lib. cap. 51. num. 2. & 3.* Ita & ſententia.

9 Quæ tamen doctrina ſublimitanda eſt, niſi privilegium exemptionis habuerit adjunctam clauſulam irritantem, cujus vires nolo hic iterum refricare, *vide ſupra eod. libr. qu. 5. & infra lib. 4. quæſt. 63. adde Fumum verbo Exemptio nu. 2. in fine.*

10 Limitatur ſecundò, niſi ordinarius ſit bona fide in quaſi poſſeſſione juriſdictionis contra exemptos, tum enim ſecundum Abbatem ſententia ſubſiſteret, *Abb. cap. Cum dilectus num. 5. de Religioſ. domibus.* Idque niſi privilegium habeat clauſulam irritantem, *Baldus de præſcript. in 5. parte quintæ partis quæſt. 8. & 9. Navarr. in comment. de ſpol. Cleric. §. 14. num. 2. tom. 1. vide infra lib. 4. quæſt. 63.*

11 Limitatur tertiò, niſi ſententia fuerit lata ab Epiſcopo, eo caſu, quo exemptio ab ipſomet emanaſſet, ſeu quo ipſemet exemptionem conceſſiſſet. *cap. ſuborta ubi DD. de re jud.*

12 Quoad poſterius, ſententia lata in articulo & quæſtione exemptionis ſuperiore cujus intereſt, nec præſente, nec vocato non ſubſiſtit, *Felin. cap. auditis nu. 25. de præſcript. & in repert. verſ. Sententia lata contra & d. cap. ad audientiam & cap. cum acceſſiſſent.* Interfuit enim ſuperioris intervenire & adeſſe liti agitatæ ſuper jure ſuperioritatis vel exemptionis. *latè Abb. & DD. cum ſuper num. 16. & per tot. de re jud. cap. 2. num. 16. de reſt. in integ. dixi ſupra quæſt. 36. & 37.* Id quod Alexander, ut fusè, ita & doctè nobis explicatum reliquit hoc verborum tenore, *in l. ſæpe num. 100. 101. 102. & ſeqq. de re judicat.*

» Ex quo infertur, quod ſi ſubjectus Papæ contenderet de privilegio libertatis, di-
» cens ſe tantum Papæ eſſe ſubjectum, ſententia contra eum lata præjudicaret Papæ
» ſcienti, quia ſubjectus à Papa habet cauſam, id eſt, eandem libertatem quoad alios,
» pro hac allegatur argumentum cap. *Suborta de re judic.* & idem dicit Anton. in
» cap. *Cum ſuper in 3. quæſt. de re jud.* dicens, iſta eſſe de mente Bartholi in d. l.
» *ſæpe in quæſtione de liberto.* Fatetur tamen Anton. quod quo ad poſſeſſionem præjudi-
» cabitur ſcienti ſecundum Innocen. *ibi in gloſſ. magna*, & ita intelligitur ſecundùm
» eum ille text. quando ſententia eſt lata ſciente Epiſcopo Obetenſi prætendente
» ſubjectionem; nam quo ad præjudicium quaſi poſſeſſionis ſententia exequetur,

niſi

nisi appellet, & idem tenet ibi Joan de Imola, idem vult etiam Anton. de Butr. in cap. *inter quatuor, de major & obed.* Sed Dominus Abbas in d.cap. *cum super*, dicit, quod communis est opinio, quod non præjudicet quoad proprietatem scientis, sed quoad possessionem, dicit tamen quod Cardinalis Fortius dicebat, videlicet quod si ille cui litigans subjectus erat, quasi possidebatur à suo superiore, sententia lata contra ipsum litigantem, non præjudicabit etiam superiori, scienti quoad privandum eum illa quasi possessione, quia text. ibidem dicit, quod debet mandari sententia executioni absque præjudicio Obetensis Episcopi. sed maximum præjudicium esset amittere possessionem, § *commodum*, instit. *de interdict.* Unde intelligebat Cardinalis illum text. & cum eo transit Abbas, quod quando superior non erat in quasi possessione, nam ubi aliàs si ignorasset, potuisset impedire executionem sententiæ. cap. *veniens*, ubi id not. Innocent. *de testib.* Barth. *l. à Divo Pio.* §. 1. & § *si super de re jud.* nunc non poterit ex quo fuit sciens & non appellavit, & iste sit casus dicti capituli, *cum super secundum eos.* Tamen est magna divinatio & restrictio ad istum textum, teneo igitur quod in proprietate non præjudicet, eò maximè, quia tenui suprà num. 100. & seqq. quod ad jus patronatus liberti habentis causam à patrono, sententia lata contra libertum, non præjudicet patrono scienti, nisi patronus in lite interveniat per istum textum, uti probavi suprà. Quo autem ad præjudicium possessionis, teneo quod præjudicet scienti, pro ut se habet communis opinio, maximè propter generalitatem d.c. *cum super*, an autem præjudicet ignoranti quoad possessionem, pendet ab his quæ infrà dicam in quæstione de fructuario, & colono, ubi etiam fortificabitur conclusio proximè dicta, scilicet quod præjudicet scienti quoad possessionem. Ita Alex. d. num. 102.

QUÆSTIO XLI.

Exempti infrà quod tempus appellare debeant.

EXempti tam extrajudiciali, quàm judiciali gravamine, appellare debent intra decennium, id quod plurimi in hac materia tradiderunt. *Bald. tract. de præscript. in quarta parte, quintæ partis, quæstionis duodecimæ, quæst. trigesima, num. 7. Jason. l. falsò, num. 3. C. de diversis rescript. l. non solum, §. morte, ff. de novi operis nuntiat. numer. 50. l. beneficium num. 40. ff. de Const. Princip.*

QUÆ-

QVÆSTIO XLII.

Ad quem appellare debeant.

SVMMARIVM.

1. *A sententia Abbatis exempti in causa membrorum non exemptorum, appellandum est ad ordinarium.*
2. 3. *Quid si appelletur ab ordinario procedente auctoritate non ordinaria, sed Apostolica.*
4. *A judice immediatè subjecto sanctæ Sedi, appellandum est ad sanctam Sedem.*
5. *Appellari tamen poterit ad legatum à latere.*
6. *Legatus Regulariter se non interponit causis appellationum ad Papam interpositarū.*
7. *A delegato appellatur ad delegantem.*
8. *Ab arbitris juris assumptis super recusatione, appellari debet ad Papam.*
9. *A duobus judicibus, quorum alter est exemptus, debet appellari ad judicem superiorem exempti.*
10. *A sententia in causa reconventionali instituta contra exemptum, appellari debet ad ordinarium.*
11. *Ab Ecclesiastico Judice nonnunquam appellatur ad cameram Imperialem Spirensem.*

1 DIco primò, quod à sententia (verbi gratia) Abbatis aut Prælati Exempti sententiam ferentis in causa membrorum sive subditorum non exemptorum, appellari debeat non ad Papam, qui superior est judicis, sed ad Episcopum secundùm opinionem commutiorem, quam refert & sequitur Panormitanus, *in cap. ex ore num. 7. ubi Innocent. n. 2. vers. Item in hoc casu de privilegiis, Petrus de Ubaldis tract. de Canonica Episcopali Capitulo 4. quæst. 9. num. 3. Barth. l. ſi quando nu. 3. C. de appellat. Joan. Andr. cap. auctoritate in gloss. verb. Sedis Apostolicæ de privileg. in 6. in ca. cupientes in pr. de elect. in 6. Guymer. in pragmat. sanctione tit. de causis in verb. subjectos.* Ratio est, quia ejusmodi subditorum respectu Prælati exempti subjiciuntur Episcopo, adeoque tanquam superiori ejus officio incumbit iniquas sententias sui inferioris reformare. *Abb. d. cap. ex ore num. 7. in fine.* Pro confirmatione faciunt quæ latè notavit præses Everardi in locis legalibus, *loco à tanquam vers. 6. & Bartholus d. l ſi quando & l. 1. §. 1. ff. eod.* dicens, quòd si Episcopus judicet tanquam Laicus, appellari debebit ad judicem Laicum, secus autem si Prælatus sententiam ferret in causa membrorum exemptorum. *DD. ubi supra.*

2 Dico secundò, quod si appelletur ab ordinario in casibus quibus contra exemptos procedit jure, permittente auctoritate Apostolica sive delegata, appellari debebit ad Papam, eo enim respectu ordinarius major est Metropolitano aliisve quibus-

quibuscunq; *vide Felin. ca meminimus n.6. post. pr. de accusat.*, ita censet Abbas *cap. ad abolendum nu.16. de hæreticis. Pavinus tract. de officio & potest cap. sede vacante par.1. q.10.n.3. juvant quæ scripsi supra eodē l.quæst.14. vide Navarrū cons.18.n.6. infine de statu Monachorum par.1.* Licet conclusioni huic adversetur Hostiensis, *d.c. ad abolendam ubi Abb.d.n.16.* id notat & Alphonsus Villadieg. *in speculo visitatorū fol.35.n.31.* nitens declaratione sacræ congregationis 484. Autoris verba referre non pigebit. Is sic inquit: § „

SI IN VISITATIONE APPELLARI CONTIGERIT AB EPISCOPO SUFFRAGANEO ETIAM TANQUAM SEDIS APOSTOLICÆ DELEGATO PROUT STATUIT SACRUM CONCILIUM TRIDENT. DEBET APPELLARI AD METROPOLITANUM. „

Ratio est, quia quæ Suffraganeus in visitatione facit, jure ordinario facit, licet auctoritate Apostolica sit factus delegatus, ideo dixit Hostiensis cap.2. de officio ordinarii & in summa de officio ordinarii, §. *sunt autem quædam*, quod quando committitur Episcopis id quod pertinet ad ejus officium, id fit ut magis timeatur, cap. *quis nesciat* dist.15. Ita Villadieg. ex eadem radice nascitur quæstio num. legatus concurrat cum ordinario in casibus quibus auctoritate Apostolica procedere potest contra exemptos. Pro negativa adfertur cap. studuisti de officio delegati, *Lapus Cardinal. Clem. cum ex eo n.3. & fin. de sent. excom. latissimè Jo. de Selva tract. de beneficio par.3. quæst.66.n.9.10. & seq.* quia eo casu (inquiunt) ordinarius est major delegato. At verò pro affirmativa Villadiego, *tract. de legato par.1. quæst.8.n.21.* qui limitat. cap. *studuisti* in ordinario delegato ad universitatem causarum, quem articulum Vatis sit attigisse suprà *eod. lib. q.2. sub fin.*

Dico tertiò, quod à judice immediate subjecto sanctæ Sedi, appellandum sit ad ipsam Sedem, ratio quia appellationes interponendæ sunt ad superiorem. *cap. dilectis 66. de appell. facit infrà lib.4. cap.30. l. Imperatores ff. eod. late Spec. de appellat. §. nunc tractemus. Marant. de ord. jud. par.6. in decisoriis actu 2.n.357.* Exemptorum autem nullus est superior nisi Papa, *Abb.d.cap. ad abolendam n.5. & 16. autoritate ubi glo. & DD. de privileg. in 6.* 4

Non est autem hic prætereundum, quod hoc eodem casu appellari etiam potest ad Legatum de latere, tum quod is jurisdictionem habeat in exemptos velut notavit Guymer. *ad pragmatic. sanctionem tit. de causis § si vero in glo. verb. subjecto per cap. si Abbatem de elect. in sexto, cap.1. de verb. signif. eod. lib. glo. in d. cap. autoritate verb. Sedis Apostolicæ & in cap. cupientes in pr. de elect. in 6.* tum quod ejusmodi legatus veniat appellatione sanctæ Sedis. *Franc. d.c. si. Abbatem n.4. cum addit. Barbatiæ. actum col. § de solut. & cons.12. incip. difficile est vol.3. dixi supra eod lib. quæst.2.* 5

Idque hac in materia singulare est, alioquin enim legatus regulariter de appellationibus ad Papam interpositis sive speciali mandato aut delegatione cognoscere non potest. *Guymer. d. § si vero n. verbo subjecto arg. c. quod. translationem & cap. seq. item cap. studuisti de officio legati, ubi Henricus & DD. cap. constitutus de appellat. Baldus cap. dilectis* 6

dilecti eod. tit. Nisi extrajudicialiter testes examinet, aut alia ad expeditionem causæ faciat, ut eam sic coram se instructam remittat ad Papam. *DD. d. ca. constitutus Spec. tit. de remissionibus §. 3. Guymer. loco jam citato cap. super quæstionem de officio deleg.* vel nisi partes appellationi ad Papam interpositæ renuntiaverint, tum enim ejusmodi legatus cognoscere poterit, *arg. d. cap. constitutus ubi Henr. & DD. Card. & Jo. And. d. a. cupientes Guymer. ubi supra.*

7 Confirmatur hæc tertia conclusio, quia quemadmodum à delegato appellari debet ad delegantem. *l. præcipimus C. de appellat. Auth. de sanctissimis Episcopis § si quis contra aliquem collat. 9. Maranta in speculo aureo par. 6. in decisoriis actu 2. de appellat. numer. 375.*

8 Ita à judice exempto, qui immediatè subjectus est sanctæ Sedi, appellari debet ad Papam immediatum ejus superiorem. *ca. licet de offic. legati c. ideo 2. quæst. 6. d. c. studuisti l. 1. ubi DD. ff. quis & à quo*, non secus quam ab arbitris juris seu super recusatione assumptis, à quibus appellari debet ad Papam, velut eorum superiorem immediatum, *cap. ab arbitris de officio deleg. in 6. Guymer. in d. verb. subjecto, Maranta d. actu 2. n. 365.* Cum fungantur vice Papæ, *DD. jam citati.*

9 Dico quartò, quod si appelletur à duobus judicibus, quorum alter est exemptus, appellari debebit ad superiorem exempti, velut digniorem, per rationes quas supra notavi, *l. 1. quæst. 26. Imbert. inst. Forens. lib. 2. cap. 6. glo. fin. in fin. latius per Marant. d. act. 2. n. 381.* Majus enim dignum trahit ad se minus dignum. *Gaill. li. 1. obs. 30. n. 23.*

10 Dico 5. Quod si exemptus coram ordinario instituat actionem, ibique reconveniatur, appellatio fieri debebit ad superiorem ordinarii, *per not. Archid. c. non ita 2. q. 5. Imol. c. significantibus de offic. deleg. Aufrer de potest. Sæculari super Eccles. personis Reg. 2. n. 4. in fine.*

11 Dico 6. à judice Ecclesiastico appellari nonnunquam posse ad judicem laicum, seu cameram imperialem, quemadmodum post Cacheranum *Ped. dec. 30.* late docuit Mindanus *de process. imper. li. 1. c. 11. per tot.* id per exempla & Imperiales ordinationes illustrans. *adde Gaill. lib. 1. obs. 30. n. 5. & seqq.* qua de re vide Jo. à Chokier fratrem meum, in suo tract. de non recipiendis appellationibus ad Cameram Spirensem.

QVÆSTIO XLIII.

In causa exemptionis appelatio qualiter formanda.

FOrmam præscribit latè Speculator à quo peti potest *par. 4. de appellat. extra judiciali n. 5.*

QVÆ.

QVÆSTIO XLIV.

Commissa ordinario executione, utrum cognoscet de justitia sententiæ.

ARticulus hic partim pendet à traditis hoc eodem libro quæstione tertia, partim etiam ex traditis Doctorum, præsertim verò Panormitani latè disputantis, an executor admittere possit exceptiones. *cap. de cætero per tit. de re judic. in cap. fin nu.12. & seqq. de præsumpt. cap. universitatis nu.7. de sentent. excomm. Quintil. Mandos. tract. de Monitoriis quæst.60. nu.16. & seqq.* Paucis, quod ordinatius exqui non teneatur sententiam, quam ei constat nullam esse, nec parere censuris & quibuscunque ordinationibus nullis, latè & doctè traditur apud Navarrum *in repetit. c. cum contingat Remed.4. per tot, de rescript. tom.3.* tum quia Papa non cupit sua mandata executioni demandari, quando subest justa causa ab eis supplicandi. *Navarr. cons. 20. n.2. de rescript.* tum quia magis oportet obedire Deo quam homini in iquum præcipienti, quemadmodum post Andream Siculum & Felinum graviter Decius confirmavit *in cap. si quando de rescript. Navarr. d. cons. 20. n.2. in fine, vide infra lib.4. quæst.39.* Quod an indifferenter in mero executore procedat, apud eundem Navarrum *d. cons. 20. n.3.* dicentem merum executorem teneri exequi mandatum nedum Papæ, sed etiam delegati, etiamsi esset injustum. *cap. pastoralis §. quia vero de offic. deleg.* si tamen talia sint, quæ executioni demandari possint sine divina offensione. *Navarr. d. cons. 20. n.2.* alioquin secus. Quid vero in executore mixto, traditur à Doctoribus citatis, item quid si invocetur Brachium sæculare *v. infra li.4. q.83.*

QVÆSTIO XLV.

Quibus casibus ordinarii jurisdictionem habeant in Exemptos.

SVMMARIVM.

1. *Exempti delinquentes in Diœcesi, puniuntur ab Episcopo.*
2. *Etiamsi personæ non exemptæ delinquerent in loco exempto.*
3. *Paria sunt locum esse extra territorium vel exemptum.*
4. *Exemtio realis non est trahenda ad personalem.*
5. *Episcopus condemnat exemptum in expensis.*
6. *Ratione rerum non exemptarum subiicitur quis Episcopo.*
7. *Monasteria subiiciuntur quoad legem jurisdictionis.*
8. *Ordinarius declarat exemptos deliquisse.*
9. Ma-

9. Maximè quando delictum est notorium.
10 Cum est periculum fugæ, exempti possunt capi.
11. Episcopi visitant Ecclesias exemptas.
12. Idque tanquam delegati Sedis Apostolicæ.
13. Cognoscit Episcopus in causa reconventionali.
14. Prohibendo subditis ne accedant loca exempta.
15. Cogit monasteria exempta ad clausuram.
16. Exempti subiiciuntur Episcopo in iis quæ sunt ordinis Episcopalis 78.
17. Cognoscit inter exemptos in causa decimarum.
18. Tenentur exempti ad præstationem Decimarum.
19. Absolvit moniales exemptas.
20. Exempti obligantur ad procurationem.
21. Jurisdictionem habet pœnitentialem in exemptos sed auctoritate Apostolica.
22. Item in casibus c. volentes de privileg. in 6. hoc est, in exemptos reali exemptione 17.
23 In populum Ecclesiæ exemptæ.
24. In ascriptitios exemptorum.
25. Punit exemptos ratione loci qui in loco non exempto delinquunt.
27. Secus si exemptio sit personalis 29.
28. Punit eum qui ex loco exempto proiiciendo lapidem lædit alium in loco non exempto existentem.
30. Idem de sonante campanas in loco exempto vel mandante.
31. Aliud in injuria verbali.
32. Ratione membrorum non exemptorum Prælati tenentur ire ad Synodum.
33. Monachus exemptus sine habitu incedens extra Monasterium, punitur ab ordinario.
34. Archiepiscopi & Episcopi faciunt benedictiones solemnes in locis exemptis.
35. Excommunicatus in loco non exempto remanet postquam rediit in locum exemptum.
36. Exemptus si ædificet in loco non exempto, cedit Episcopo.
37. In censuales exemptorum. Quid de mercenariis.
38. Episcopus exercet jurisdictionem in allegantem se exemptum præscriptione, donec probarit, secus si ex privilegio.
39. Declarat exemptos excommunicatos.
40. Assignat exempto qui deliquit terminum intra quem præsentet se Pontifici.
41. Exigit rationem a religiosis executoribus testamentorum.
42. Punit abutentes suis privilegiis.
43. Idem si timeatur Impunitas delicti.
44. Impedit quo minus usurarii vel excommunicati sepeliantur.
45. Dotare potest Ecclesiam exemptam.
46. Servare debent exempti generalia interdicta.
47. Item solvere Synodaticum.
48. Regularibus negligentibus devolutio fit ad Episcopum.
49. Confert exemptis tonsuram.
50. Exempti coguntur venire ad publicas litanias seu processiones.
51. Religiosi quicunque subjecti sunt generalibus Ordinis, etiamsi sint Capellani Papæ.
52. Episcopus præcipere potest ne subditi accedant aut communicent cum exemptis.

53. Sub

53. Subiciuntur in jurisdictione voluntaria.
54. Sequi debent stylum ordinarii.
55. Observare dies festos judictos ab Episcopis.
56. Episcopus absolvit exemptos.
57. Punit exemptos coram suo tribunali delinquentes.
58. Exempti subsunt inquisitioni hæreseos.
59. Quando effectus delicti porrigitur usque in locum non exemptum.
60. Limitandum est in exemptione personali.
61. In notorietate delicti, 68.
62. Si excedant sua privilegia.
63. Ob defectum justitiæ poterit adiri ordinarius.
64. Conveniri possunt coram ordinario ratione publicorum officiorum.
65. Item familiares Papæ ratione beneficiorum 70.
66. Si exemptus contrahat in studiis.
67. Ordinarius potest pronunciare exemptum esse condemnandum.
69. Ordinarius celebrat in locis exemptis.
70. Subiciuntur Episcopo ratione Capellarum.
71. In causis mercedum & miserabilium.
72. Ordinarius debet erudire exemptos.
73. Ordinari non possunt nisi prævio examine.
74. Subiciuntur concursus.
75. Item visitationi Episcopi.
76. Supplet negligentiam superioris ordinum.
77. Visitat hospitalia exempta.
78. Quoad accipiendos ordines.
79. Debent venire ad Synodum.
80. Subiiciuntur in causis matrimonialibus.
81. Quoad clausuram sanctimonialium.
82. Quoad obeundas confessiones.
83. Item quoad prædicationes.
84. Exemptiones perturbant Ecclesiam.
85. Ordinarius exercet jurisdictionem in acolitos, Comites Palatinos, Protonotarios, Capellanos regios, præveniendo sed non impediendo jurisdictionem exemptorum.
86. Punit exemptos qui excedunt numerum suarum Campanarum.
87. Item exercentes illicitas negotiationes.
88. Cogit exemptos ut assignent ei quem præsentarunt congruam portionem.
89. Appellationi non deferet.
90. Declarat excommunicatos qui admittunt ad sepulturam in casibus à jure prohibitis.
91. Ordinarius æstimat injuriam sibi illatam.
92. Deferentibus cadaver potest resisti.
93. Punit exemptos qui interfunt clandestinæ desponsationi.
94. Item qui admittunt subditos ad solemnisationem matrimonii sine licentia.
95. Ante denuntiationem excommunicationis ordinarius summariè se informare debet per auditionem testium.
96. Punit quæstores.
97. Punit rectores hospitalium leprosariorum, &c.
98. Episcopus cognoscit in omnibus criminibus requirentibus actualem degradationem.
99. Episcopi est degradare.
100. Punit eos qui sibi Episcopalia jura arrogant.
101. Punit

101. *Punit eos qui beneficia ad suam collationem spectantia gravant pensionibus.*
102. *Erigit tribunal in loco exempto in hoc casu.*
103. *Subditi audiunt divina in locis exemptis, & exempti celebrare possunt cum altari viatico.*
104. *Exempti tenentur recognoscere propriam scripturam coram ordinario.*
105. *In causis salariorum exempti sortuntur forum coram ordinario.*
16. *Salaria Advocatorum & Procuratorum peti possunt in camera.*
107. *An ulciscatur iniuriam sibi illatam ab exempto ordinarius.*
108. *Exempti jurant soli Papæ.*
109. *Qui eximuntur, an processionibus interesse debeant.*
111. *Episcopus examinat suscipientes curam animarum.*
112. *Exemptio simplex non eximit à casibus Episcopo reservatis.*
113. *Abbates exempti conferunt suis tonsuram.*
114. *Subditi delinquentes in loco exempto, puniuntur ab ordinario.*
115. *Episcopus inquirit contra Regulares extra claustra degentes.*
116. *Exempti gaudent indulgentiis Episcopalibus.*
117. *Socii Curiæ Episcopalis Leodienſis si sint exempti, puniri non poterunt ab Officiali, etiamsi in officio deliquerint.*
118. *Ordinarius plus juris habet in exemptos quàm in extraneos.*
119. *Officialem quando deputat in locis exemptis.*
120. *Episcopus jurisdictionem habet in Regulares.*
121. *Exemptus locus facit territorium.*
122. *Episcopus an possit excommunicare & suspendere exemptos impedientes revocationem conjugis è Monasterio exempto, si iste conjunx validè non fuerit professus, &c.*
123. *Convertit tertiam partem fructuum in distributiones quotidianas.*
124. *Præscribit officiis Ecclesiarum collegiatarum servitium competens pro distributionibus lucrandis.*
125. *Novas Parochias erigit.*
126. *Coadiutores dat Parochis minus idoneis.*
127. *Transfert beneficia.*
128. *Punit Regulares exemptos extra claustra degentes.*

1 QUamplurimi ſpartim in jure reperiuntur caſus, quibus exempti jurisdictioni ordinariorum ſubiiciuntur, quos quaſi per ſatyram collectos lectorum oculis hoc capite ſubiiciam. Imprimis exempti delinquentes in Diœceſi Epiſcopi ſeu in loco non exempto puniuntur ab Epiſcopo ſecundum ſtatuta Diœceſana, Secus vero ſi delinquerent in loco exempto. *cap. 1. ubi DD. de privileg. in ſexto. Franc. cap. 2. num. 10. de conſtit. in 6. late Henricus Bottejus tract. de Synodo Epiſcopi parte 3. art. 2. num. 5. Cardin. in repert. Clem. 2. quæſt. 9. de conſtit. Gemin. Jo. Andr. Franc. d. cap. 1 §. nunquid.*

2 Ampliatur, etiamſi perſonæ non exemptæ delinquerent in loco exempto, nihil-

omi-

ominus enim punientur ab Episcopo, ligabuntur ejus statutis secundùm Marsilium & sequaces, *d.cap.2.de constit.in 6.* quem sequitur Federic. *cons.2. Anchar.cap. à nobis de sent.excom.rep.cap. postulasti col.16.quæst.4.de foro compet.* Quorum hæc est ratio, quod locus exemptus sit in Diœcesi Episcopi. *ca.grave de offic.ord. ubi Abbas Fel.DD. cap.cum Episcopus eod.in 6.* Non exemptus autem seu subditus Episcopi non potest excipere contra intentionem Episcopi de jure communi fundatam, & sic de jure tertii. *arg.l.loci §.competit ff.si servit.vendic.*

Præterea, interest Episcopi, ut sua Diœcesis purgetur malis hominibus, atqui propter delicta in loco exempto turbatur Diœcesis Ergo. *DD.ubi supra.* Verùm opinio hæc Marsilii Federici, Anchorani & sequacium improbatur à Caldeo & quamplurimis aliis. *Card.d.cap.2. Jo.Andr.Franc.Card.ibid. Franc.in ca.1.de statu Regul. Jas.l.fin. Col.1 ff.de jurisd.om jud.ubi multos allegat. Sabarell.in rep.cap.perpendimus col.20. vers. sed quid si delinquit de sent.excomm. Mar.Socin.cons.271.col.pen. vol.2. Petrus de Palude in 4.sentent.dist.18.quæst.2.art.2 Bohic.cap à nobis col.2.de sent.excom. Cald.cons.13.incip.contra Canonicum tit.de judic. Marian.cap.postulati quæst.21.de foro competenti. Angel.de Clavas.in Summa verb. statutum §.2. Silvest.verb.excommunicatio 2.§.15. vers. circa prædicta. Fumus verb.excommunicatio n.29.& 30.*

Moventur, quia pariâ sunt locum esse extra territorium vel esse exemptum *d.c. grave ubi DD.glo.Clem.1.de foro compet.* & quem non esse exemptum vel exemptum, sed non in eo de quo agitur loco, *Gemin.cap.Episcoporum n.8.vers.subdit.etiam de privil.in 6.videtur tamen infra n.18.& seq.* Secundò, quia ut quis ligetur, statuto opus est, ut statuens habeat jurisdictionem in loco in quem virtus statuti dirigetur, & quod persona sit subjecta. *cap.Ecclesia sancta de constit.* quorum opinio magis indubitanter teste Anchor. procedit, quando est aliquis Prælatus habens jurisdictionem quasi Episcopalem loci exempti. *Anchor. d.cap. postulasti col.16.quæst.4.* 3

Limita ut autem hic casus, ut obtineat tantum in exemptione reali, quæ ratione loci personis concessa est, de qua loquitur cap.1.de privileg.in 6.

Secus vero si exemptio esset personalis, nam dispositio exemptionis realis non est trahenda ad exemptionem personalem. *Abb. & Ananiæ.ad abolendam de hæreticis item in cap.fin.de foro compet. Geminian.Franc.d.§ nunquid. Franc.d.§ statuto col.3. & d.cap.1.de statu Regular.in 6.dixi supra lib.1.quæst.2. Angel.in summa verb.exemptus n.8.in fine.* 4

Limitatur secundò, nisi statutum conditum esset in fraudem exemptionis. *Gem. Franc. ubi supr.*

Limitatur tertiò, nisi statutum esset contrarium Religioni exempæ, autoribus Gem. & Franco allegatis dicentibus, ita intelligendum esse cap. *nimis, de Privileg.*

Secundus casus: Episcopus condemnare potest exemptum in expensis non proponentem declinatoriam & punire contumaciam, *dixi late supra eod.lib.quæst.6.* 5

Ter-

6 Tertius, Exemptus simpliciter, ratione personæ verò secundùm quid, ratione rei seu loci, si obtineat Ecclesias parochiales, aliave officia quorum administratio & regimen seu cognitio ad Episcopum spectat, si illorum ratione delinquat, seu contrahat, jurisdictio contra illum spectabit ad Episcopum. *Covarruvias pract. quæst. cap. 11. nu. §. Franc. ca. 1. §. illum. n. 4. de verb. sig. in 6.* At (ut inquit Capicius) licet aliquis sit exemptus, si tamen efficiatur Prior Monasterii non exempti, poterit tanquam Prior talis Monasterii conveniri coram ordinario, *Capicius decis. 59. n. 2. per cap. 1. de privil. in 6. Navar. cons. 19. n. 9. de Clericis non resident. par. 1.* quia potest quis esse pro parte Exemptus, & pro parte subjectus. *Franc. cap. si Papa §. & est n. 2. eod. in 6.* & ratione rei non exemptæ subiici ordinario velut in exemptis, qui assumuntur ad regimen loci non exempti, qui tamdiu subsunt ordinario, quamdiu ibi degunt. *tex. cap cum capella ubi Innoc. & DD. d. privileg. Brixiens. in repert. verb. exemptio col. 7. Præses loco à tanquam verſ. 23. fol. 353.* Ideo exempti omnes quoad ea quæ pertinent ad beneficia non exempta, subsunt jurisdictioni Episcopi, etiamsi essent familiares Cardinalium. *Navarr. cons. 9. de jurejur. Thomas Zerola in praxi Episcopali, par. 1. verb. Exemptio §. 4. & vide infrà casu 58.* Quod tamen Felino non placuit, quia diœcesanus facere id nequit sine causæ cognitione quæ ei prohibita est in personas exemptorum. *Felin. cap. fin. n. 6. verſ. & vide omnino de foro compet. fol. 44.* id quod sustineri potest in exemptione personali, secus vero in reali, tum enim ratione rei non exemptæ subjectus est ordinario, *dixi infra casu 20. & 54. 58.* atque ita distinguit Abb. *d. ca. fin. n. 11. verſ. quoddam est privilegium de foro compet.* Et ita intelligendum est dogma de quo Rota Noviss. *decis. 702. num. 1. par. 1.* quod exempti possint conveniri coram ordinario ratione rei, quantumvis exemptio sit lata.

17 Quartus, licet Monasteria de jure sint exempta à lege diœcesana Episcopi, non tamen à lege jurisdictionis, ideoq; quoad hanc ei subiiciuntur, *Bertach. tract. de Episcopo l. 4. part. 2. quæst. 35. n. 80. Bellenc. de charit. subs. 9. 28. & segq. Abb. ca. dilectus ubi latè de offic. ord. cap. 1. n. 1. & segq. de statu Monach. cap. scientes de cenſib. Innoc. late d. cap. dilecti dixi supra lib. 1. quæst. 15.*

8 Quintus, licet ordinarius nequeat judicare de delictis exemptorum, potest tamen declarare & pronunciare eos deliquisse, ac ad ejusmodi declaratoriam ferendam exemptos citare, *late Felin. in cap. non potest. n. 3. de re judic. Cardin. in Clem. fin. quæst. 5. de pœnis. Gemin. in cap. Episcoporum n. 8. in fine de privileg. in 6. vide infra n. 67. & n. 39.*

9 quod maximè procedit, si delictum sit notorium. *Fel. d. n. 3. vide infra casu 55.*

10 Sextus si sit periculum fugæ, possunt ab ordinario sisti & capi remittique ad competentem. *Fel. d. cap. fin. num. 7. de foro comp. Card. Clem. 1. quæst. 3. de officio ord. ubi latissime Abb. cap. sacris in fine. de Sepult. Fel. cap. cum non ab homine n. 3. & segq. ubi Abb. de iudic. Abb. cap. fin. n. 11. verſ. Puto tamen de foro compet ubi vide infra li. 4. cap 52. Mynsing. cent. 2. obser. 65.*

Adjun-

Ad instar Clerici, qui nedum à judice Laico, sed etiam à proprio creditore citari retineri e potest, si fugæ periculum vertitur, idque sine periculo excommunicationis. *Abb. d. cap. fin. de foro comp. cap. ut famæ de sent. excom. Caccialup. de debitore suspect. quæst. 4. n. 2. & seq. Peck. de iure sist. cap. 4 n. 14. Innocent. & DD. d. cap ut famæ. Aufrer. de potest. Secularis super Eccles. person Reg. 3. num. 15.* Quando autem suspecti de fuga dici possint, videatur Caccialup. & Doctores allegati. Item Milis, *verb. suspectus de fuga fol. 43.*

Septimus, Episcopi visitant Ecclesias quascumque quomodolibet exemptas 11
Curatas, prout statuit Concil. Trid. *sess. 7. de refor. cap. 7. Rot. Noviss. decis. 344. nu. 2. vol. 1.* Non autem Ecclesias exemptas non curatas, quapropter non poterunt de jure (inquit Villadieg.) visitare Ecclesias Hierosolimitanorum, prout etiam censuit sacra Congregatio *declarat. 77.* & Pius V. in Bulla 139. incip. Exposcit, ubi statuit, dictas Ecclesias exemptas visitari posse solum in his, quæ concernunt curam animarum & administrationem sacramentorum. *Alphonsius Villadieg. in Speculo visitat. fol. 32 num. 6.*

Præterea, licet Ecclesia exempta ratione fundationis & dotationis non possit ab 12
Episcopo visitari jure potestatis suæ ordinariæ, potest tamen tanquam ab Apostolicæ sedis delegato, quemadmodum sacra Congregatio respondit de quadam Lucensi Ecclesia Collegiata S. Michaelis *declarat. 4. 8. Thomas Zerola in praxi Episcopali part. 2. verb. Exempti, Fumus verb. visitatio numer. 4. Sabarell. Clem. attendentes numer. 2. in pr. & num. 8. de statu Monac. Abb. conf. 26. numer. 2. vol. 2. Concil. Trid. sess. 7. cap. 7. de refor.* Prout quoque visitant quæcumque beneficia curata non curata, Sæculatia, Regularia qualitercumque commendata, & exempta, tanquam sedis Apostolicæ delegati. *Villadieg. d. fol. 32. num. 7.* nec etiam Moniales exemptas, *Bellencin. de Charit subsid. 52. est. 29. nu. 7. vol tract. 15 fol. 392. Ang. in summa verb. Monialis n. 3. in fine Sabarell. d. Clem. Attendentes*, quibus addo, quod exemptio à visitatione non comprehendatur sub generali concessione exemptionum. *Rot. noviss. decis. 186. numer. 2. part. 1.*

Octavus, per modum reconventionis de qua dictum est supra, *qu. 29. n. 10. & seq.* 13
Nonus, prohibendo subditis ne accedant loca exempta, modò tamen id fiat justa 14
ex causa, sic enim indirectè statuit contra exemptos, quod directè non posset, *Barth. l. relegatorium ff. de interdict. Perusio in cap. ut animarum de const. in 6. Angel. in summa verb. statutum n. 3. ubi vide & Fumus verb. Excommunicatio n. 30. in fine omnino, Ang. verb. Exemptus n. 10.*

Decimus, cogunt Monasteria exempta ut servent clausuram, ad hoc enim Episco- 15
pi in conscientia obligantur, *cap. periculoso: de statu Monach. in 6. Clem. attendentes de statu Regul. Ang. verb. Exemptus n. 10. vers possunt*, imò obligantur *c. 1. §. fin. de statu Regular. in 6. dixi infra casu 75.*

Unde

16 Undecimus, Exempti subiiciuntur Episcopo in eis omnibus quæ sunt ordinis Episcopalis, nempè in petitione Chrismatis, Consecrationis Ecclesiarum, susceptionis ordinum & similium. *cap. veniens ubi Abb. n. 2. not. de præscript. Balbus de præscript. in prima parte quintæ partis quæst. 12. n. fin. Franc. cap. 1. num. 7. vers. in gloss. de privileg. in 6. dixi lib. 1. quæst. 6. in fine cap. cum nullus de tempor. ordin. in 6. gloss. cap. Abbatibus 17. quæst. 2. vide infra libr. 4. quæst. 11.*

17 Duodecimus, ordinarius cognoscit inter Exemptos in causa decimarum. *Franc. cap. fin. §. Diœcesani de decimis in 6. ibi text.* Si tamen Ecclesiæ essent Exemptæ & per consequens decimæ dictis Ecclesiis debitæ de jure communi, tunc Diœcesanus se non posset intromittere, sed si dictæ Ecclesiæ non sunt exemptæ, tunc Diœcesanus se intromittere potest, licet decimæ sint exemptæ, vel Ecclesiæ sint ipsorum exemptorum. *Dom. & Franc. d. §. Diœcesani num. fin. in fine, ubi etiam gloss. in verb. exemptis & Archid. vide infra lib. 4. cap. 48.*

18 Decimus tertius, Exempti tenentur ad præstationem decimarum, item ad canonicam Episcopalem de qua latius acturus sum suo loco. *Ubaldus tract. de Canonica Episcopali Capitulo 4. quæst. 6. v. infra lib. 4. quæst. 6.*

19 Decimus quartus, Episcopus absolvit Moniales exemptas ab excommunicatione si se percusserint. *cap. de Monialibus ubi Abb. de sent. excomm. Item gloss. Felin. Jo. de Lignano tract. de censur. Ecclesiast. §. 26. n. 12.* utrum vero jure ordinario, an auctoritate Apostolica controversum est apud Lignano.

20 Decimus quintus, obligantur exempti ad procurationem legatorum. *Fel. cap. decedentes n. 3. de præscript.*

21 Decimus sextus, Episcopi jurisdictionem habent in foro pœnitentiali in exemptos quos auctoritate Apostolica absolvere possunt, cum ab eis in confessores eliguntur, *vide Franc. cap. si Episcopus numero 6. de pœnitent. in 6. & dixi infra libr. 4. quæst. 35.*

22 Decimus septimus, exercent jurisdictionem in exemptos in casibus decretalis volentes *de privileg. in 6.* scilicet ratione rei seu loci delicti aut contractus, idque non obstantibus privilegiis Apostolicis postea impetratis. *Spec. part. 4. de privileg. n. 3. & dixi supra casu 3.* Cui decretali frequenter solet derogari, teste Angelo concedique exemptiones tam locales, quam personales. *Ang. in summa verb. exemptus n. 8. in fin. vide infra casu 20.*

23 Decimus octavus, in populum Ecclesiæ exemptæ, licet enim Ecclesia sit exempta, non tamen populus. *cap. per exemptionem de privileg. in 6.*

24 Decimus nonus, in ascriptitios exemptorum, *late Gomes. ad reg. Cancell. tit. de impetr. benef. Vacant. per obit. Card. quæst. 14. Spec. d. n. 3. videatur Jo. de Platea & Lucas de Penna, Senatorum C. de dignitatibus lib. 12.*

25 Vigesimus, puniendo exemptum ratione loci, qui delinquit in loco non exemp-

pto,

pto, si verò exemptus esset exemptione personali, puniri ab Episcopo non posset. *Abb.cap.patentibus num.4.& 5. & cap.seq.num.8.de privileg. Felin.cap.fin.num.4. de foro compet.Innocent.ca.percepimus de privileg.ubi exemplificat latissimè Sabarell.Clement.unica num.16. de offic.ordin.* alioquin enim exemptio personalis esset inutilis, *Ang.de Clavasio verb.exemptus §.1.vide supra casu 17.*

In exemptione verò personali dixi secus, quia ejusmodi exemptus non efficitur 27
istius fori ubi deliquit. *Abb.cap.cum inter num.3. de consuet.vide infra casu 54. vide Abb.in cap.fin.num.11.vers.quoddam est privilegium usque ad fin.de foro compet.& ubi doctè.*

Vigesimus primus, punit eum qui ex loco exempto iaciendo lapidem læsit a- 28
lium existentem in loco non exempto, qui est casus exemptionum realium. *Præses loco à virtute finis sub finem, Abb.d.cap.patentibus num.4.& 5.de privileg. Franc.cap. 1.num.5. eod.in 6.d.cap.fin.de foro.competen. Abb.cap. Cum capella num.6.de privileg.*

Dixi exemptionum realium, quia personalis exemptio adhæret personæ, realis 29
verò concessa ratione loci, non sequitur personam, sed adhæret loco seu competit ratione loci. *Abb.cap.quoniam de privileg.Felin.cap.fin.num.13.& 14.de foro compet.* Ideò dispositio cap 1. de privileg.in 6.quæ de exemptionibus localibus loquitur, non est trahenda ad exemptiones personales, *Anania & Abb.cap.ad abolendam, de hæretic.Abb.cap.fin.de foro compet.*

Vigesimus secundus, idem de mandante aut de sonante campanas in loco ex- 30
empto ad seditionem excitandam in non exempto, similibusque plurimis exemptis responsum est. *Abb.d.cap.patentibus post num.4.Abb.cap.tuarum num.8.eod.tit.latissimè Felin.d.c.fin.num.44.ubi Abb.num.25.Innoc.d.cap.patentibus Joan.de Visibis tract. de immunit.Eccles.n.62.* Aliud est in injuria dicta in Diœcesi ei qui erat in loco ex- 31
empto, quia censetur commissa in loco exempto. *Castrens.l.plerique num.3.ff.de in jus vocando.*

Vigesimus tertius, Prælati Exempti ratione membrorum non Exemptorum, 32
tenentur ire ad synodum & coram Episcopo possunt conveniri. *Abb.cap. ex ore num.1. vers.2.not.de privileg.latè & exactè Henric.Bottejus tract. de synod. Episcopi part.1.num.662. & seq.& part. 2.num.4. Concil.Trident.sess.24.cap.2.de Refor.Franc. cap.ut Apostolicæ de privileg. n.6.* Ratio est, quia licet probetur exemptio capitis, non ideò sequitur quod probata sit exemptio membrorum. *Innocent.d.cap. ex ore arg.l.liberorum ff.de adopt.gloss.cap.rogamus 24.quæst.1. latius Brixiens.in repert. verb. exemptio vers.an exempto Monasterio. Innoc.cap.quod super de major. & obed.vide infra casu.63.*

Vigesimus quartus, Monachus Monasterii exempti si sine habitu incedit extra 33
Monasterium, poterit per ordinarium puniri, secus si intra. *Franeus cap.1. num.5. de pri-*

de privileg. in sexto, & ita etiam explicando Concil. Trident. resolvit eleg. Boetius Epo. *cap. Relatum n.* 8. *ne Clerici vel Monachi.*

34 Vigesimus quintus, Archiepiscopi & Episcopi possunt in locis exemptis facere solemnes benedictiones & divina officia celebrare. *Franc. cap. Abbates num.* 1. *vers. in gloss. de privileg. in* 6. *Ang. in summa verb. Archiep scopus num.* 3. *Joan. Francisc. Pavinus tract. de visitatione quæst.* 3. *secunda partis, n.* 9. *adde infra vers.* 62. *text. Clem. fin. de privileg.*

Vigesimus sextus, poterit Episcopus omnia loca exempta suæ Diœcesis benedicere populo & divina officia celebrare in Pontificalibus. *Clem. Archiepiscopo de privileg. Joan. Francisci ubi supra n.* 10.

35 Vigesimus septimus, Monachus in loco non exempto excommunicatus, remanet excommunicatus postquam rediit in suum monasterium si proprio nomine fuit excommunicatus, secus vero si sub nomine prioratus sive dignitatis. *Franc. ca.* 1. *§. ne eos, n.* 3. *vers. in gloss.* 3. *fin. de privileg. in* 6.

36 Vigesimus octavus, si exemptus ædificet in loco exempto sine licentia, totum acquiritur Episcopo cum fructibus. *Franc. cap. auctoritate n.* 2. *de privileg. in* 6. *dixi supra lib.* 1. *cap.* 36 *Anton. de Pratis tract. de jurisdict. Episcopi cap.* 1. *num.* 3. *& 4. Ang. in summa ver. Exemptus num.* 11. *& 12. Fumus ver. exemptio, n.* 10 *Selva de Beneficio part.* 1. *quæst.* 6.

37 Vigesimus nonus, in censuales & homines exemptorum, *cap. auctoritate §. inhibemus ubi Franc. & DD. de privileg. in* 6. Quid vero de familiaribus mercenariis colonis, notatum est supra *lib.* 1. *cap.* 30. *& lib.* 2. *quæst.* 37. *vers. pro solutione num.* 3. *& lib.* 4. *quæst.* 38.

Trigesimus, de Abbate aut Prælatis habentibus jurisdictionem quasi Episcopalem tradit Francus, *cap. ut Apostolicis num.* 5. *&* 6. *de privileg. in* 6. *Parisius cons.* 95. *lib.* 4.

38 Trigesimus primus, exercet jurisdictionem in allegantem se exemptum præscriptione, donec de exemptione plenè probaverit, secus si allegaretur exemptio ex privilegio. *ca. Cum personæ §. si vero ubi Franc. & DD. de privileg. dixi supra quæst.* 25. *lib.* 2.

39 Trigesimus secundus, ordinarius potest declarare exemptum incurrisse excommunicationem, idque ut sui subditi illum evitent. *Franc. cap. Episcoporum n.* 3. *de privileg. in* 6. *gloss. cap. tuarum de privileg. v. infra eod. lib. quæst.* 49. *n.* 4. Quæ tamen declaratio præjudicare non potest exemptis, sed tantum subditis, quibus ordinarius prohibere potest conversationem cum exemptis excommunicatis. *Navarrus cons.* 2. *n.* 2 *de sentent. excommunicat.* Idque procedit si prius fuerint excommunicatæ per proprium suum judicem secundùm Navarrum *d. cons.* 1. *& in Manuali cap.* 27. *& non aliter. Lancellott. de attentatis part.* 2. *cap.* 4. *limitat.* 21. *num.* 7. *fol.* 160. & ita etiam elegantiss-

gentissimè concludit Boetius Epo *in cap ultim. n. 4. Ne Clerici vel Monachi*, Episcopum denunciare non posse exemptos à sua jurisdictione excommunicationem inatrisse.

Trigesimus tertius, assignat exempto qui deliquit terminum intra quem præsen- 40
tet se Ponifici. *Franc. cap 1. nu. 3. in fine de prabend. in 6. Villadiego tract. de legato part. 1. quæst. 8. n 23. vol. tract. 14. fol. 153.*

Trigesimus quartus, exigit rationem à religiosis exemptis executoribus testamen- 41
torum. *Sabarel Clement. unica de Testam. Spec. de instrum. edit. §. nunc. aliqua n. 45. in addit. Fumus verb. Executor. n. 14. Joan. Francisc. tract. de visitatione quæst. 5. secunda partis n. 92. vide infra lib. 4. cap. 49.*

Trigesimus quintus, punit exemptos abutentes suis privilegiis, *Sabarel. Clem. abu-* 42
sionibus n. 1. & ult. de pœnitent. & lucè in Clement. unica n. 16 fol. 40. de offic. ordinarii vide infra casu 90.

Trigesimus sextus, item punit exemptos si timeatur impunitas delicti. *Fel. cap. signi-* 43
ficasti n. 4. de foro compet. vide infra. quæst. 50 & seq. lib. 4.

Trigesimus septimus, potest se intromiscere ne excommunicati vel usurarii sepeli- 44
antur in loco etiam exempto, dummodo tamen iste locus sit in Diœcesi. *Abbæ. sacris nn. 7. de sepult.* Imo præcipere, ut sepulti humo eximantur. *cap. ad hæc. de privileg. &* contravenientes punire. *late Franc. cap. Episcoporum n. 3. eod. in 6. Clem. 1. & 2. de sepult. Fel. cap. ult. n. 7. in fine de sepult.* qua de re vide plenius Abbatis distinctionem *d. cap. sacris n. 7.*

Trigesimus octavus, Episcopus potest dotare Ecclesiam in sua Diœcesi quamvis 45
exemptam. *Abb. cap. Apostolicæ n. 3. 7. 8. de donat.*

Trigesimus nonus, exempti servare debent generale interdictum ordinarii. *Fel.* 46
cap. ult. n. 6. de foro compet. Zabarell. Clem. 1. n. 10. de sentent. excomm. Fumus verb. Excommunicatio n. 52. Aeb. cap. Cum inter n. 3. de consuet. text. Clem. ex frequentibus de sent. excomm.

Quadragesimus, tenentur exempti solvere Episcopo Synodaticum. *Henric. Botte-* 47
ius tract. de Synodo part. 3. n. 83.

Quadragesimus primus, Exemptis Regulariter conferre negligentibus devolutio 48
fiet ad Episcopum, qui conferet auctoritate Apostolica. *cap. Cum singuli de prabend. in 6. Rebuff. in praxi benefic. tit. de devolutione n. 37.*

Quadragesimus secundus, Confert exemptis tonsuram & ordines. *Rebuffus in pra-* 49
xi benefic. part. 1. tit. de Clericis & à quibus num. 22. dixi supra casu 11. An autem Abbates non obstante Concil. Trident. id suis possint, tradit Navarrus *Consil. 24. de privileg.*

Quadragesimus tertius, legatus confert beneficia exempta. *Joan. de Selua de beneficio part. 2. qu. 3. n. 53. Item qu. 66. n. 6. 9. 1. part. 3.*

Quadragesimus quartus, legatus confirmat electos exemptos. *Rom. decis. 3. n. 1. de offic. legati in antiquis.*

150 Quadragesimus quintus, compelluntur venire ad publicas processiones seu supplicationes. exceptis tamen iis, qui in perpetua clausura vivunt, aut aliis particulari privilegio donatis, *Concil. Trident. sess. 25. cap. 13. de Refor relatum per Io. Garsiatrast. de impensis cap. 21. num. 38. Abb. cap. Cum inter num. 4. Cum addit. de re judic. ubi loquitur de litanits, vide elegarter Fel. cap. dilectus num 7. de offic. ord. ubi de eo dubitat. Flaminius de resig. benef. lib. 3. quæst. 11. num. 8. vers. 16. Abbas latè cap. dilectus num. 4. vers. 11. de offic. ord. Ioan. Gallus ad arresta parlam. quæst. 326. adde infra n. 109.*

51 Quadragesimus sextus, Religiosi cujuscunque ordinis, non sunt exempti à subjectione superiorum ordinum, etiamsi sint sedis Apostolicæ Capellani. *Gregor. 11. Bulla secunda, Thomas Zerola in praxi Episcopali verb. Exempti part. 2. n. 4.*

52 Quadragesimus septimus, Episcopus potest subditis suis præcipere ne communicent aut accedant exemptos excommunicatos vel delinquentes. *arg. cap. de terris decimis cap. post. miserabilem de usuris*, debent tamen exempti prius declarari excommunicati per judicem suum competentem, quemadmodum ex Navarro supra tradidimus *supra eod. n. 9. Aufrer. repet. Clement. 1. quæst. n. 3. in fine de officio ord.* Maximè verò si delictum sit notorium vel excommunicatio patens. *Lapus cap. Episcoporum de privileg. in sexto, Guilel. in Clement. 2. de pœnitent. Ioan. Anania cap. 1. de privileg. in sexto. Aufrer. d. quæst. 10. vers. 23 luet.*

53 Quadragesimus octavus, in jurisdictione voluntaria exempti subiiciuntur ordinario. *Mol. ad cons. Paris. tit. 1. §. 42. num. 12. dixi supra lib. 1. cap. 46. vers. pro affirmativa num. 7. Ioan. Andr. cap. 1. de privileg. in 6. Lapus cap. cum in illis de tempor. ord. in 6. Clem. attendentes §. cæterum de statu Regul. Landens. Clem. 1. de Regul. Brixiens. in Repert. verb. Exemptio col. 1. & 5. v. Dom in cap. cum nullus de tempor. ordinand. Guilel. in Clem. 1. de Regul. Panorm. in cap. significasti de foro compet. vide infra lib. 4. quæst. 42. num. 4.*

54 Quadragesimus nonus, quando causæ Exemptorum agitantur coram ordinario, debent sequi statuta, stylum & ordinationes ejus fori, *dixi supra libr. 2. quæst. 30.*

55 Quinquagesimus, debent celebrare dies festivos ab Episcopis indictos. *Concil. Trident. sess. 25. cap. 12. de reform. Navarr. in Manuali cap. 13. num. 5. vers. 8. in fin. fol. 232.*

56 Quinquagesimus primus, Episcopus potest absolvere moniales exemptas. *Sabarell. Clem. 1. §. prædictis num. 5. de Relig. Dom.* imò potest nunc eos hodierno jure ex Concil. Trident. absolvere à casibus Papæ reservatis, nec non à casibus bullæ Cœnæ Domini, teste Navarro *cons. 10. de privileg. tom. 2.* qua de re infra *quæst. 50. & lib. 4. quæst. 76.*

Quin-

Quinquagesimus secundus, quid si exemptus delinquat pro tribunali Episcopi, 57
utrigi supra eod libr. *quæstio 35. v. Boer. ad Consuet. Bituric. tit. 2. §. 21. glos. 2. vers. nam licet.*

Quinquagesimus tertius, Exempti subsunt inquisitori hæreseos velut ab Aposto- 58
lica sede delegato, *latissimè Anania ca. ad abolendam ubi gloss Abb. & DD. de hæreticis. Francus cap. ut officium §. denique n. 2. de hæretic. in 6. Abb. cap. causa n. 1. de restit. in integ. Fel. c. licet de off. ordin.*

Quinquagesimus quartus, Quotiescumque Exempti in loco Exempto aliquid 59
committunt, cujus effectus porrigitur extra locum exemptum, ordinarius potest illius sibi cognitionem usurpare. *Abb. cap. Cum inter numer. 3. de consuet. facit. Barth. l. 2. §. si quis in suo ff. ne quid in loco publico, Hieronim. à Sorbo, in addit. ad Alphonsin à Casarubios in compendio privilegiorum Fratrum Minorum, & dictum est supra casu 21. & seq.*

Sed hoc intellige, quando Exemptio concessa est ratione certi loci. V.G. Mona- 60
chis respectu Monasterii, quia possent conveniri extra Monasterium, quando effectus porrigitur extra locum Exemptum, secus verò si exemptio concederetur personæ, quia tunc non possent conveniri coram ordinario. *Hieron. à Sorbo. ubi supra & dixi supra casu 20. Anton. de Butrio & Abb. cap. patentibus de privilegiis & vide infra part. 3. quæst. 13. in fine.*

Quinquagesimus quintus, quando est notorietas facti seu delicti per exemptos 61
commissi, velut refert Petrus Brixiensis in suo repertorio, *verb. Exemptio vers. An propter notorietatem per gloss. cap. patentibus & cap de privileg. latè Landensis & Cardinal. in Clement. 1. de officio ordin. quæst. 3. numer. 16. dixi s. pra casu 5. & infra casu 61.* Quando autem dicatur crimen notorium, vide Sayrum *in Thesauro Theol. Moralis part. 1. lib. 7. cap. 12. num. 6. gloss. cap. fin. de temp. ord. & in cap. vestra de cohabit. Cler. & mulier.*

Quinquagesimus sextus, possunt puniri propter excessum suorum privilegiorum 62
DD. allegati casu 55. Sic præses Proxinciæ providet ne delegati à Principe mandatâ sibi abutantur potestate. *Auth. ut judices sine quoquo suffragio §. volumus cap. nobilissimus dist. 97. Cyn. Bald. Auth. qua in Provincia C. ubi de crimine. Capel. Theolos. dec. 420. docte Anfrer. in rep. Clem. 1. quæst. 10. n. 1. de offic. ord.*

Quinquagesimus septimus, ex defectu justitiæ, nempè si Exempti non adminis- 63
trent justitiam, poterit adiri ordinarius ut suppleat si facile non possit haberi recursus ad Papam seu superiorem exemptorum. *Anfrerius in repert. Clement. 1. quæstio decima, numero tertio, vers. unde in principal. de officio ordinarii ubi Landens. & Cardinales numero decimo sexto & dixi supra eodem libr. quæstio. octava.* Alioqui enim Regulariter propter negligentiam Prælati immediati Exemptorum potestas non devolvitur ad ordinarium sed ad superiorem illius Prælati exempti:

Unde

Undesi Abbas Exemptus est negligens in correctione suorum Monachorum, potestas non devolvitur ad Episcopum, sed est recurrendum ad Papam. *Sienius & gl. in cap. grave de offic. ord. Aufrer. in d. repert. Clem. 1. quæst 10. n. 125. Joan. de Imol. in Clement. 1. numer. octavo, de supplend. neglig. Prælat. Joan. Wamesius cons. 65. num. quarto, tom 1.*

64 Quinquagesimus octavus, exempti conveniri possunt coram ordinario ratione publicarum functionum seu officiorum, *l. unica ubi expresse Castrens. C. in quibus causis milit. fori præscript. Auth. ut judices sint quoquo suffragio §. nolumus in fin. l. 2. C. ubi de Curiali vel cohortali, ubique DD.* Quod ipsum docte explicat Abbas dicens familiares

65 Papæ & quosvis exemptos ratione beneficiorum conveniri posse coram ordinario. *Abbas cap. dilecti filii n. 9. vers. & nota de foro compet. dixi supra casu 3.* quod fallit secundùm Calderinum, si possessio officii seu beneficii nondum plenè fuisset acquisita.

66 *cons. 13. & 14. de foro compet.*

Quinquagesimus nonus, si exemptus contrahat in studiis seu universitate, potest ratione ejusmodi contractus conveniri coram Judice studiosorum. *Castrens. d. l. unica nu. 1. vers. Unde facit ad & in l. fin. de jurisd. om. jud. Cuneo d. l. unica vers. Sed in-*

67 *ducitur.*

Sexagesimus potest pronunciare exemptum esse condemnandum, quia plurimum differt sententia condemnatoria à sententia de condemnando, ut late docet Marsil. *sing. 200. vide supra n. 8.*

68 Sexagesimus primus, si exempti notoriè delinquant, possunt puniri per ordinarium, *cap. patentibus cap. suarum de privileg. Ita Hostiens. in summa de privileg. num. 11. in fin. & col. 12.* licet contrarieat Cardinal. Flo. *in Clem. 1. de offic. ord. Dom. in cap. 1. de privileg. in 6.* dicens non esse recedendum ab ab eorum privilegiis, cui assentior per tradita Alexandri ad Barth. *l. Divus n. 2. verb. competenti ff. de custod. Reor. adde supra num. 61.*

69 Sexagesimus secundus, Archiepiscopus per loca exempta suæ Provinciæ in Pontificalibus celebrat, divina benedicit, & cætera exercet quæ in clementina Archiepi de Privilegiis continentur, *Aret. cons. 150. n. 3.* Item Episcopus celebrare potest in Pontificalibus in locis exemptis. *Innoc. cap. fin. de autor. & usu pallii & dictum aliquid est supra vers. 25.*

70 Sexagesimus tertius, Exempti subiiciuntur Episcopo ratione membrorum sive Capellarum non exemptarum. *Abb. cap. ex ore numer. 1. & 4. de privileg. ubi Innocent. Ferrar. in forma opponendi contra instrumenta in gloss. verb. aliis rationibus numer. 4.* licet enim probatur exemptio capitis, non ideo censetur probata exemptio membrorum. *arg. l. liberorum ff. arg. de adopt. Innoc. d. cap. ex ore,* quia exemptâ Ecclesiâ non censentur exemptæ capellæ Ecclesiæ subjectæ accedentes vel connexæ. *gloss. cap. rogamus 24. quæstio. prima, gloss. cap. Cum & plantare & tex. cap Cum capella*

de

de privileg. Brixiens. in repert. verb. an Exempto Monasterio, ex quo Ecclesia principalis eximi potest retentâ in potestate Capellâ &c. contra *d. l. liberorum. Brixiens. in repert. verb. Exemptio col. 6.* Ideoq; debent Exempti conveniri ratione membrorum coram Episcopo, non verò si convenirētur nomine Monasterii vel rei exemptæ. *Abb. d. c. cū nota. quod officio ordinarii late Innoc. d. ca. ex ore qua de re aliquid est supra casu 23. Vbald. de Canonica portione cap. 4. qu. 8. & 9.*

71 Sexagesimus quartus, in civilibus causis mercedum & miserabilium personarum Clerici Sæculares aut Regulares extra Monasterium degentes quomodolibet Exempti, etiamsi certum judicem à Sede Apostolica deputatum in partibus habeant, in aliis verò si ipsum judicem non habuerint, coram locorum ordinariis tanquam in hoc ab ipsa Sede delegatis, conveniri & jure medio ad solvendum debitum cogi & compelli possunt non obstantibus exemptionibus. *Concil. Trident. sess. 7. c. 14. de reform. & sess. 14. cap. 5. de reform. Navarr. tract. de Regularibus tom. 1. comment. 2. incip. nunc quoad judicia num. 6. & seqq. vers. addo secundo & vers. addo tertio fol. 48. ubi id explicat. & vide infra n. 150.* quod autem dictio & in textu Concilii Trid. stet disiunctive, non verò copulative, tradit Menochius *lib. 3. præs. 90. n. 9. per l. cum quidam C. de verb. signific.* Sed Leodii in prædictis causis Exempti coram ordinario non conveniuntur, aut si conveniantur, ad suum judicem cui subsunt remittuntur, quod Concilium Trident. quoad derogationem exemptionum non sit receptum, attenta protestatione Cleri emissâ contra illius publicationem factam per Episcopum Vercellensem S. Sedis legatum, qua de re latius lib. 1. quæst. 50. Nec inde dicendum est esse rejectum, sed suspensum, donec sit receptum. *Navar. cons. 1. n. 29. de Rescript.*

72 Sexagesimus quintus, tenentur quicunque curam animarum habent, diebus Dominicis & festis solemnibus per se aut si legitimè impediti fuerint, per alium, plebem sibi commissam pascere salutaribus verbis, docendo vitia quæ declinare oportet & virtutes complectendas, non obstante quacunque exemptione, etiamsi Ecclesiæ dicerentur annexæ alicui Monasterio extra Diœcesim existenti, modò tamen re ipsa sint in Diœcesi. *tex. cap. 2. sess. 5. de reform. in Concil. Trident. Flamin. Paris. tract. de resig. benef. lib. 3. quæst. 11. n. 8.*

Sexagesimus sextus, in certis casibus puniti & corrigi possunt ab ordinario non obstante exemptione. *Conc. Trid. sess. 6. c. 3. & 4. de Refor. c. 1. c. 4. sess. 13. sess. 14. c. 4. & 5. de reform. & sess. 25. c. 6. Flam. d. quæst. 11. n. 8. vers. secundo*, per quæ S. Concilii decreta jurisdictio tribuitur quoad visitationes, correctiones, & emendationes, ut nullæ exemptiones, consuetudines, juramenta aut concordiæ eam avertere aut impedire possint, observatâ saltem in dictis decretis formâ præscriptâ, idque non tantum Apostolicâ, sed ut videtur ordinariâ etiam potestate. Nam dictio *etiam* in decreto sess. 6. cap. 4. in fin. addita, est augmentativa, ampliationem & extensionem deno-

denotans *l.actionis l.alienationis de verb sig. Paul.Paris.cons.44.n.5.vol.4.* ac majora expressis diversamque speciem includens etiam in materia stricta & odiosa, multo magis in materia favorabili, & per quam fit reditus ad jus commune, ut rectè notat doctiss. *Wamesius consil.62.de judic. & foro compet.n.6.*

73 Sexagesimus septimus, exempti subduntur, ut præsentati admitti non possint nisi prævio examine. *Conc.Trid.d.sess.7.ca.13.*

74 Sexagesimus octavus, subiiciuntur approbationi ad beneficia curata per concursum. *Conc.Trid.sess.24.cap.18.de refor. Flamin.ubi supra vers.quinto.*

75 Sexagesimus nonus, Monasteria etiam commendata, Prioratus & Præposituræ in quibus non viget Regularis observantia, visitari possunt in annos singulos. *Conc.Trid. sess.21.cap. 8.*

76 Septuagesimus, datâ negligentiâ superiorum illius Regulæ subiiciuntur post monitionem *d.c.8.sess.21.*

77 Septuagesimus primus, item hospitalia laicorum etiam Exempta subiiciuntur visitationi Episcopi. *sess.22. ca.8.vide infra casu 88.*

78 Septuag.secundus, quoad collationem ordinum *dixi infra li.4.q.11. & sub casu 11.*

79 Septuagesimus tertius, debent venire ad Synodum *dixi infra li.4.q.19.limitat.1.*

80 Septuagesimus quartus, subiiciuntur Exempti in causis matrimonialibus & criminalibus. *Conc.Trid.c.20.§.ad hæc sess.24.* nisi habeant jurisdictionem privativè ad Episcopos, vel immemorialem pro se consuetudinem, ut censuit Sacra Congregatio ad illum textum, ita Flaminius *d.c.11.vers.duodecimo.*

81 Septuagesimus quintus, subiiciuntur quoad clausuram sanctimonalium ubi violata fuerit restituendam, & ubi inviolata fuerit conservandam. *Conc.Trid.c.5.sess.25.de Regular. dixi supra casu 10.*

82 Septuagesimus sextus, subiiciuntur quoad confessiones obeundas, nempè ut non obstante Clem.dudum de sepult. non exponant se audientis confessionibus, nisi ab Episc. sint judicati idonei. *sess.23.c.15. Flam.ubi supra vers.14. qua de re infra lib.4.q.77.*

83 Septuages.septimus, quoad prædicationes. *Conc.Trid.sess.5.c.2.sess.24.c.4.de refor.*

84 Septuagesimus octavus, quia præmemoratæ Exemptiones excitare consueverunt pertinationes in jurisdictione Episc. & præbere exemptis occasionem laxioris vitæ, quæ teste Baronio plurimum obfuerunt Ecclesiasticæ didciplinæ, ideoque plurimum displicuerunt sancto Bernardo ut liquit explurimis ejus Epistolis. *Baron. in Annahb.Ecclesiast.10. 8.sub anno 676. Pontifice Adeodato fol.517. late Durand.tract.de modo Concil.gener.par.2. Rubr.4.nu.15. & seq. Concil.Trid.cap.11.sess.34.de refor. Flamin.d.cap.11.nu.5.* Ideo sacrum Concil.Trid.non obstantibus quibuscunque plenam
85 tribuit auctoritatem Episcopis tanquam Apostolicæ Sedis delegatis super exemptos & sic super acolitos, Comites Palatinos, Prothonotarios, Cappellanos Regios & similes. *Flam. d. numer.5.* scilicet ut cognoscere possint & judicare de quibuscun-

buscunque Clericorum etiam Exemptorum criminibus, præveniendo nimirum jurisdictionem exemptorum, non vero impediendo. *eleg. Boetius Epo. cap. relatum n. 8 ne Clerici vel Monachi.*

Septuagesimus nonus, Punit Exemptos qui excedunt numerum campanarum eis statutum à Regula vel à jure, ut sunt mendicantes, qui debent contenti esse unica campana, quod tamen fallit in Prædicatoribus. *cap. quo cunctos de offic custod. in extravag. ita Dom. de S. Gem. cons. 72. incip. quia punctus n. 10. Abb. expresse ca. patentibus super glo. 2. de privileg tex. cap. nimis iniqua de excess. Prælat. Alber. in dictionario verb. Campana, Oldra cons. 228.* Ratio est, quia effectus dicitur portigi extra locum exemptum ut dictum est supra *casu 54. Abb. c. cum inter n. 3 num add. de consuet.* 86

Octuagesimus, Coercet exemptos exercentes illicitas negotiationes in locis non exemptis. *glo. 2. in Clem. 1. de vita & honest. Cleric. ubi Card. in q. 2. Jo. de Anan. ca. ad abolendam col. 7. circa med. de hæreticis.* 87

Octuagesimus primus, cogit exemptos præsentantes aliquem ad aliquam curam, ut ei assignent congruam portionem *juxta Clem. 1. de jure part. ca. 1. de præb. in 6. ca. de Monachis extra. eod.* 88

Et si contingat ab assignatione portionis appellari, ordinarius ejusmodi appellationi per exemptos interpositæ non deferet, sed poterit ad ulteriora procedere, ex quo ejusmodi assignatio relinquatur conscientiæ ordinarii. *Jo. de Imola ca. Canonum statuta col. 7. circa medium de constit. Card. de Clem. 1. ubi glo. Bellam. dec. 18.* 89

Octuagesimus secundus, Exempti seu Sæculares seu Religiosi puniuntur qui tempore interdicti in casibus prohibitis sepeliunt seu admittunt ad sepulturam Usurarios interdictos aut excommunicatos, non enim absolvi possunt, nisi satisfecerint eis quibus injuria est illata, idque ad arbitrium Diœcesani *tex. Clem. 1. de sepult. ca. cum & plantare § excommunicatos de privil. Abb. c. sacris n. 7. de sepult.* Maximè quando delictum est notorium, potest enim ordinarius tunc declarare illos excommunicatos, idque ut vitentur à suis, ut supra dictum est, *casu 61.* in notoriis enim ordo judicialis non requiritur. *Franc. c. Episcoporum de privileg. in 6.* In taxanda autem injuria servare oportet praxim illatam à Bellamera *decis. 722.* dicente attendendas circumstantias omnes loci & personarum, actum regulato arbitrio taxari debet summa intra quam pars injuriata jurare poterit. *arg. l. sed & si unus § servus ff. de injuriis l. injuriarum æstimatio ff. de injuriis, c. olim ex eod. c. si Canonici de offic. ord. in 6. ubi glo. verb. in damnis in terminis. Rom. cons. 97. Ang. cons. 95. n. 52.* 90 91

Poterit autem ejusmodi exemptis deferentibus ad loca sua Exempta corpora ad sepulturam, si transeant per Diœcesim Episcopi impune etiam via facti resisti, non autem postquam pervenerunt in locum exemptum. *Bald cons. 270. par. 4. c. cum liberum & Abb. d. c. sacris n. 7. de sepulturis arg. l. fin. C. de sep. violato.* 92

Octuagesimus tertius, si exempti intersint in loco non exempto clandestinæ despon- 93

desponsationi, uti nominatim tradidit Præpositus *cap.cum inhibitio col.pen. vers.4.*
94 *quæro ubi & Host.de claud. desponf.*

Octuagesimus quartus, declarantur Regulariter Exempti excommunicati qui admittunt sine licentia subditos ordinarii ad solemnisationem matrimonii. *Clem.1. de privileg.*

Octuagesimus quintus, item qui absolvunt ab excommunicationibus Synodalibus *d.Clem,1.de privileg.*

Octuagesimus sextus, similiter Religiosi Exempti qui ministrant Parochianis sine licentia sacram Eucharistiam vel unctionem extremam *d.Clem.1. de privileg.*

95 Notandum tamen, quod ante denuntiationem seu publicationem excommunicationis hujusce, ordinarius summariè se informare debet parte citata per auditionem testium, &c. *glo.Clem. multorum verb.constiterit de pœnis glo.Clem.præsenti de censib.Cardin.d. Clem.1. Fel.cap.non potest.n.3.de re judic.* Isto enim in articulo exempti nudati sunt suo privilegio ac subjecti ordinario. *arg.l.2.ff.de jurisd om.jud.c.prudentiam cap.præterea de offic.deleg.*

96 Octuagesimus septimus, quando quæstores ingerunt se indulgentiis promulgandis aut prædicationibus sine literis Papæ vel ordinarii, *tex.Clem.unica §.fin.de pœnitent.* de quibus Spec.tit.de pœniten.qui quidem jam dispositione Concil.Trid. prorsus sublati sunt *sess.21.cap.9.* proinde ordinarius non obstante qualicunque exemptione poterit eos incarcerare, excommunicare & castigare, prout expedire fuerit arbitratus. *Barth.l.fin.ff.ubi pupil. educari deb. Innoc.& Abb.c.ex literis de constit. Imol. & Anania c.inquisitionis in pr.de recusat.latissime Navarr.de oration.Miscellanea 18.c.22.*

97 Octuagesimus octavus, animadvertit in rectores Hospitalium Leprosariorum Eleemosynariarum aut Xenodochiorum, qui negligunt, seu non versantur ut oportet in administratione, non obstante quacunque exemptione, *tex.Clem.quia contingit de relig.Dom.ubi Card.facit tex.c.si quis omnem 1. quæst.7. Cyn.l.Orphanotrophos C.de Episc.& Cleric. Auth.de sanctiss.Episcopis §.Oeconomos Collat.9.Felin.cap.de quarta de præscript.vide supra casu 71.*

98 Octuagesimus nonus, cognoscit Episcopus contra Exemptos in omnibus criminibus actualem seu solemnem degradationem requirentibus. *Jo.de Liguano cap.ne in agro de statu man.Abb.cap.cum contingat col.6 circa med.de foro compet.* ut sunt inter
99 cæteros falsarii literarum Papæ, *cap.ad falsariorum de crimine falsi & ibi late Innoc. Host.Abb.* Episcopi enim est degradare non alterius inferioris. *cap.degradatio de pœnis in 6. ubi DD.*

00 Nonagesimus, punit religiosos qui sibi Episcopalia arrogant, & declarat Ecclesias in quibus exercuerunt interdictas, *c.cum & plantare §.de confratribus vers.quod*
1 *autem de privileg.ubi glo.verbo privilegiorum ubi Abb.*

No-

Nonagesimus primus, animadvertit in Exemptos, qui beneficia ad suam collationem spectantia gravant præstationibus seu pensionibus illicitis, *tex. Clem. unica § eadem quoque de suppl.negli.prælat.Innoc.& Host.c.in Lateranensi de præbend.c.Pastoralis de privileg.late Ca.d.cl.Clem.unica.* 101

Nonagesimus secundus, erigit tribunal in loco Exempto in casu Clementinæ unicæ de foro competenti, qua de re fusius dictum est supra *lib.2. ca.1.* 102

Nonagesimus tertius, Exempti possunt celebrare in locis prophanis cum altari viatico, & subditi Episcopi audire Divina in locis Exemptis sine consensu ordinarii, *late Barbatia cons.52.vol.1.tex.cap.in his ubi Abb.& DD.de privileg.* 103

Nonagesimus quattus, Citatus ad recognoscendum propriam scripturam, non potest prætextu Exemptionis jurisdictionem ordinarii declinare. *arg.cap.1.§. fin.de foro compet.in 6.latè Rebuffus ad ordin.regias tomo 1.de Chirographor.recognitione art.1. n.31.32.33.34.* Ratio est, quia incompetentia quoad scripturæ recognitionem allegari non potest, *eleganter Jo. Lucius placit.curiæ lib 11.tit 4.artic.6.fol.229.* eo quod (inquit Rebuffus) non præjudicetur aliquo modo recognoscenti, cum non condemnetur ad garniendum ab illo judice, sed ad suum forum remittitur, prodest tamen illa recognitio ut postea scripturam recognitam coram suo Judice negare non possit, hinc quando fiunt contractus, quorum probatio ex consuetudine fit per sigilla judicum Sæcularium, tales literæ sigillatæ ita probant contractum coram judice competenti contra Clericos, sicut contra Laicos, *Joan. Andr.& Perusca.Seculares de foro comp.t.in 6.DD.6.at si Clerici extra.eodem* quod verum est, quando judex Sæcularis competens est contra Clericos, alias secùs, juxta opinionem Franci *d.c.id. Sæculares n.1.& 5.* ubi in ea specie exemptorum, qui jurisdictionem ordinarii prorogare non possunt, & quorum confessio coram ordinario emissa non præjudicat, supra notavimus *eod.lib.qu.31.* 104

Nonagesimus quintus, Exempti conveniri possunt coram ordinario pro salario causæ agitatæ coram ipso, tum propter continentiam & connexitatem causæ de quo satis est à nobis dictum supra *lib.1 quæst.26.per tot.* ratione cujus Gailius censuit Salaria Advocatorum & Procuratorum in Camera peti posse. *Gaill.lib 1.obs 1.num.37. Mindanus de continentia causæ ca.5.n.11.fol.79.* tum quod ita novissime Concilium Trident. definiverit *dixi eod.quæst.71.* licet adversari videatur dispositioni Innocent. 4 statuentis aliam esse rationem causæ principalis, aliam salarii, *cap.1.§. nec etiam foro comp.in 6.Specul.de salario Advocatorum nu.19.* Ultrum verò copula & in verbis Concilii Tridentini mercedum & miserabilium personarum copulet aut disjungat, vide Navarrum *tom.1.de Regularibus comment.4.n.62.vers.in qua Alciat.& DD.l. sæpe ff.de verb significat.& supra hoc eodem cap.71.* 105 106

Nonagesimus sextus, ordinarius punire poterit exemptos ratione judicialis injuriæ sibi illatæ in casibus quibus est eorum judex competens per notata Gailii *lib.1.* 107

*lib.1.obs.39.vide Imbert.instit.Foren.lib.1.ca.24.in glo.verb.contumeliam per cap.dilecti de sent excom.in 6.l.si quis forte §.si.quos ubi. Barth.ff.de pœnis Boer.ad consuet.Biturices tit.2.§.21.glo.2.*idque secundum distinctionem quam supra notavimus *eod. lib.q.33 n.3.vers.quæ tamen.*

108 Nonagesimus septimus, exempti subjecti Romano Pontifici jurant soli Papæ, *ca.antiquo de privilegiis cap ego de jurejurando. Guymer.ad pragmat. sanctionem tit.de electionibus §.censuit in glo.verb.juramentum*, alioquin enim Clerici beneficiati non exempti jurant obedientiam & reverentiem Episcopo Diœcesano, *ca.legebatur e.com in Ecclesiis de majorit.& obed.cap.cum Clerici de verb.signific.* Idem etiam constitutum est in Abbatibus non exemptis.*cap.nullus de jurejurando.cap. quanquam dist.23.cap.ut Dei de Simonia.* Item in Episcopis non Exemptis qui juramentum præstare debent suo Metropolitano. *cap. dilecti de major.& obed.Guymer.d.glo.in verb. juramentum.*

109 Nonagesimus octavus, Exempti non semper cogi possunt ut intersint processionibus, videlicet si processiones instituantur ex levi causa, idque ut quietius intendere possint animum divinis *cap.nimis prava ubi DD.de excessib.prælat.*secus vero si ex gravi causa instituerentur processio, puta in novo introitu Episcopi vel legati, quæ debet fieri honorifice,sicut Christus intravit in Hierusalem, *Spec.tit.de legato §.1.*aut imminente peste vel pro pace, tunc enim possunt omnes Religiosi Exempti compelli 110 venire, nam rogare Deum pro salute populi eo casu omnium interest. *cap.rogationes dist.3.de consecrat.cap.revertimini 16. quæst.1. cap.pervenit de immunit. Eccles.cap. quod omnes de reg.juris in 6. Bald.l.fin. C.de bonis quæ liberis,*ubi dicit, quod Episcopo intranti Civitatem debet obviare collegium Monachorum Processionaliter. *Guymer. ad pragmat.sanctionem tit.quo tempore quis debeat esse in choro §.idem in his in glo.verb. processionibus.*

111 Nonagesimus nonus, Episcopus potest examinare Capellanos Exemptos, Canonicos & habentes dignitatem volentes exercere curam,eisdemque inhibere,ne curam exerceant aut sacramenta administrent absque sua approbatione. *sacra congr.quam refert Navarr.cons.8.in fin.de privilegiis addeinfra lib.4.quæst.77.*

112 Centesimus, Exemptio simplex sive realis à jurisdictione Episcopi non videtur eximere à casibus Episcopo reservatis. *Navarrus cons.4.ubi vide explicationem de privelegiis.*

113 Centesimus primus, Abbates Exempti conferre possunt suis tonsuram & inferiores ordines, secus vero majores seu sacros ordines. *Navarr.cons.14.n.5.de privileg.* Ratio est, quia id eis jure communi conceditur, *c.cum contingat de ætate & qualitat.* Concilium que Trid.c.12.sess.23.de refor.non derogat juri,si enim bene perpendatur, intelligetur de solis ordinibus sacris, per subauditos autem sensus & intellectus non debent antiqua jura corrigi, *glo.solemnis c.cupientes §.quod si.per viginti de elect.in 6.*

Præter-

præsertim quando non est tanta ratio in casu legis corrigendæ, quanta in casu legis novæ corrigentis, *not. DD. Auth. quas actiones C. de sacros. Eccles. Navar. d. cõs. 14. in fine*

Centesimus secundus, subditi ordinarii sive delinquant in Diœcesi ordinarii, sive 114
extra Diœcesim, aut in loco Exempto, possunt ratione delicti commissi in loco exempto conveniri coram ordinario. *Jo. Andr. cap. ut animarum de const. in 6. Jo. de Lignano Clem. Pastoralis de re jud. Andr. Sicul. in c. cum contingat. col. 5. de foro compet. late Francus d. c. ut animarum § statuto & Abb. d. cap. cum contingat. n. 6.* ubi respondet ad ca. ut animarum, quod videtur huic sententiæ adversari, refertque Jo. Andr. post Godofr. *in add. ad Spec.* tenentem, quod hæc sententia procedeat, quando proceditur per viam accusationis, secus si per viam inquisitionis, quia tunc judex agit ad vindictam, & sua non interest, ex quo non delinquit in suo territorio, & hoc attento jure civili, secundum vero jura Canonica utraque via judex procedere poterit. *Abb. cons. 64. vol. 1. incipt. Rodolphus n. 1. idem in d. c. cum contingat col. 2. vide Sandinum in tract. malefic. in fine ubi disputatur*, ubi concludit, quod judex Domicilii non potest procedere per inquisitionem contra delinquentem propter delictum alibi commissum, & in fine col. dicit, quod aliud obtineat de jure Canonico, tamen hoc procedit de jure civili, addo Hippol. *in pract. crim. § constante col. 14. ubi utrinque disputat.* concludit que quod judex originis non possit inquirere. Illud autem hic non est ommittendum, forum Domicilii esse generalius aliis omnibus. *Ang. cons. 40. col. 2. Fignalius. opus. in pract. crim. cap. 9. n. 1.* Vide Card. Anton. & Abb. *d. cap. cum contingat.* qui concludunt, quod judex Domicilii potest cognoscere de delictis suorum Clericorum etiam alibi commissis, *Jo. Caldeo rep ca. de illis de raptor. col 9. quæst. 6.* qui respondet ad fundamenta contraria, *vide Barth. l relegatorum § interdicere ff. de interd. & relig. Abb. cap fin. col. 13. de foro compet. Lopes d. cap. 5.* ubi late hæc refert quasi ad verbum. Ratio conclusionis est, quia ubi ego te invenio, ibi ego te judicio, *glo. in l. 1. in verb. reperiuntur ubi Castr. C. ubi de crimine, Clarus lib. 5. sent. § fin. quæst. 39. vers. sed quæro. Boer. dec. 202. Louys Charondas tit. 4. Arrest. 35. raporte par duret en son alliance § 62. col. 1. c. 3. fol. 135. vide Abbatem cap fin. sub finem de Clerico peregrimo in cap. 1. n. 8. & 9. quem vide de raptoribus.* Ratio secunda est, quia in simili decisum est, si crimem committatur extra territorium excommunicantis, si Reus postea conveniatur intra territorium coram suo Prælato, poterit ab eodem puniri, ut si quis Venetus furtum Bononiæ fecerit, si subditus ille Venetias revertatur, poterit à Patriarcha Veneto puniri, ut communis opinio docet & praxis quotidiana observat. *sic Sotus. 4. dist. 22. quæst. 2. art. 1. concl. 1. vers. respondetur ergo. Henriques lib. 13. de excommunic. cap. 26. § 1. & 2. Sayrus in Thesauro Theol. Moralis. par. 1. lib. 1. cap. 6. n. 42.* & si Neapolitanus ibi furtum committat, qui postea fugit Beneventum, si talis delinquens ante abitum ab Archiepiscopo Neapoli citetur, aut Neapoli Domicilium habet, ab eodem extra ejus territorium excommunicabitur, si sententiam in eum ferat. *Sotus 4. dist. 22. q. 2. art. 1. concl. 1.*

Hen-

*Henricq.d.§.2. Abb.cap.fin.de foro comp.n.7.8.& 9.*qui tamen putat necesse ut delinquens citetur, vel ut domicilium habeat. *Sayrus d c.6.n.43.qua de re vide que latè scribit Tho.Grammat.decis.26 Beros.q.8.9.& latè Farinaceus li.1.q.17.n.16.& seqq.*

115 Centesimus tertius, profert Flaminius Parisius *tract.de resig.benef. par.1.qu.10.n. 7. lib.1.* his verbis: Episcopi residentes gaudent prærogativa ut possint in quibuscunque civilibus & criminalibus & mixtis causis contra quoscunque Clericos exemptos, etiamsi sint Regulares, extra tamen claustra degentes, procedere, *Pius 4. in constitut.17 incipiente de salute gregis, §.& insuper edita anno 1566.Concil.Trid.c.4.sess. 24.& ca.3.sess.6.de Reform.ca.14.sess.25.de Regularibus*, Dixi extra claustra degentes, quia secus si intra claustra degant, tunc enim ne quidem delegata autoritate adversus eos procedere potest, uti interpretando Conc.Trid. elegantissime explicat Boetius Epous *Libro 5.ad tit.ne Clerici vel Monachi c.7.ad verb.ideo Mandamus n.9.fol.83 lib.4.quæst.58.*

116 Centesimus quartus, Exempti gaudent indulgentiis Episcopalibus, dicam infra

117 Centesimus sextus, licet dispositione juris communis officialis aut judex punire possit suos Curialistas Curiæ suæ statutis contravenientes, aut in officio suo vel coram se pro tribunali delinquentes, *Stephan.Aufre.de potest Ecclesiast.supra Laicis n.19.* Id tamen non procedit privilegio Julii Pontificis in venerabili Curia Leodiensi, si Curialista delinquens sit Exemptus, quod quidem Privil. est in Archivis Cleri Secundarii.

118 Centesimus septimus casus, licet Exemptos extraneorum jure censeri supra diximus *lib.1.qu.st.46.n.2.& lib.quæst.19.nu.4.* attamen traditum est, ordinarium plus sibi juris vindicare in Exemptos, quam in penitus extraneos. *Rota noviss.decis.702. num.4.par.1.* Exemptum enim esse & nullius jurisdictionis, plurimum differunt *Rot. noviss. decis.207. n.2.par.2.*

119 Centesimus octavus. Cum Episcopo certis in casibus conceditur jurisdictio in loca Exempta, potest iis in locis officialem deputare, jurisdictionemque exercere, *Rota noviss.decis.145.n.1.& 2.part.2.allegat. Io.Monachum cap.cum Episcopus n.3.vers. sed pone de offic.ord.in 6.*

120 Centesimus nonus, Episcopus de jure communi tam in civilibus quam criminalibus habet jurisdictionem contra Abbates & correctionem in Regulares, uti ostendit latè Rot. Noviss.*decis.78.per tot.par.1.* explicans dispositionem Concilii Tridentini in cap.2.sess.24.quod & supra ostendimus. Idque nisi Exempti sint & intra claustra degant, uti eleganter explicans Concil.Trident. tradit Boetius Epo. *cap. relatum n.8.ne Clerici vel Monach.*

121 Centesimus decimus. Exemptus locus largo modo & impropriè constituit territorium de per se. *Rot.Noviss.decis.207.n.4.part.2. Rolund.cons.33.par.3.Franc.c.2.n. 10. ubi Anchar.de constit.*

Cen-

Centesimus undecimus, Episcopus potest excommunicare & suspendere exemptos impedientes revocationem conjugis è Monasterio Exempto, si iste conjunx valide non fuerit professus, puta sine licentia alterius conjugis, vel illius in sæculo manentis nullum sit votum continentiæ, aut saltem sit temporale, nisi tamen exempti privilegium habeant ne possint excommunicari, suspendi, vel interdici, quale habent Mendicantes, ut constat ex eorum compendio verbo Exemptio n. 9. 23. & 24. & Societas Jesu, ut constat ex Bulla Pauli III. ipsi concessa anno 1549. & ita in terminis resolvit Tho. Sanchez ejusdem Societatis Doctor eximius *tract. de Matrimonio lib. 7. disp. 33. n. 21. & 23.* & ratio est, quod in proposita specie non agatur de Religionis privilegiis aut de statu Regularium, sed de Matrimonii instauratione conjungisque revocatione, qui minus legitimè sit professus, quod ordinarii proprium est. *cap. 1. de convers. conjug.* Denique, quia ordinario competit omnimoda jurisdictio contra extraneos & exemptos impedientes suam jurisdictionem, *Innoc. in c. dilectus in in fin. de pœnis. Steph. Aufrer. tract. de potestate Sæculari super Ecclesiast. pers. n. 23.* 122

Centesimus duodecimus, convertere in distributiones quotidianas tertiam partem fructuum etiam dignitatum, Canonicatuum, personatuum, portionum & officiorum Cathedralium & collegiatarum Ecclesiarum, in quibus nullæ sunt distributiones, aut ita tenues, ut verisimiliter negligantur. *Concil. Trident. sess. 21. & 22. cap. 3.* 123

Centesimus decimus tertius, Præscribere dignitatibus personalibus & officiis Cathedralium & Collegiatarum Ecclesiarum competens servitium ab eis personaliter adimplendum pro distributionibus lucrandis. *d. cap. 3. sess. 23.* 124

Centesimus decimus quartus, Novas Parochias erigere, & in erectis ministrorum numerum prout opus fuerit, augere, *sess. 21. c. 4.* & uniones facere *d. sess. c. 5.* illasque quæ 50. annis citra factæ sunt, revidere. *sess. 7. c. 6.* 125

Centesimus decimus quintus, Coadiutores dare Parochis minus idoneis *sess. 21. cap. 6.* 126

Centesimus decimus sextus, transferre beneficia & Ecclesiarum refectionem procurare *sess. d. 21. c. 6.* 127

Atque illi sunt casus, quos ex variis SS. Pontificum constitutionibus & ex multa auctorum segete, in unum veluti fascem concinnavi, quibus sic collectis occurrit constitutio S. D. N. Clementis VIII. super executione decreti Concilii Trid. d. sess. 25. cap. 14. contra Regulares non subditos Episcopo, intra claustra degentes & extra ea ita notoriè delinquentes, ut populo scandalosint, ac contra eorum superiores eos punire negligentes aut impunitos ad alia suorum ordinum loca transmittentes vel transmissos ad locum in quo deliquerunt non revocantes Romæ publicata anno 1596. Martii 18. incip. Suscepti muneris ratio postulat. quam refert Stephanus Quaranta in Summa Bullarii, in verbo Exemptio fol. 245. pro cujus illustra- 128

Iustratione non parum conferunt scholia quæ composuimus in constitutionem S.D. N. Leonis 10. editam in Conc. Later. anno 1516. incip. Regimine.

QUÆSTIO XLVI.

An vigore Cameralis obligationis Exemptus possit conveniri coram ordinario.

SUMMARIUM.

1. *Diffinitio Cameralis obligationis.*
2. *Divisio.*
3-8. *Vigore Cameralis obligationis Exempti non subiacuntur ordinario.*
4-9. *Clerici vigore illius non possunt conveniri coram ordinario.*
5. *Secus in Exemptis qui prorogare possent.*
6. *Item nisi speciali rescripto subiicerentur.*
7. *Aut convenirentur coram Auditore Cameræ.*
10. *Rota non est competens in causis Patrum Societatis Iesu.*

1 CAmeralis obligatio nil aliud est, quàm formula quædam ex variis cautionibus juridicis diuturno Curiæ Romanæ usu composita, quæ contractuum instrumentis adjecta, efficit ut cessatores facilius per judicem compelli possint ad præstandum promissa.

2 Dividitur, autem, teste Massa Galesio in suo quem de illa speciali tractatu edidit in sex partes, quarum secunda continet submissionem debitoris omni jurisdictioni & cuivis Curiæ tam Ecclesiasticæ quam Sæcularis. Unde hic facta est occasio inquirendi, Utrum vigore ejusmodi submissionis Exemptus vocari possit coram ordinario. Massa quidem in suo hoc tractatu omnis generis ad hanc formulam spectantes quæstiones in medium ponit & curiosè examinat, at vero hanc ne tangit quidem, igitur ut accingam me ad solutionem propositæ quæstionis.

3 Mihi visa est opinio negativa amplectenda, multis ex causis & auctoritatibus, inprimis quidem ex analogia quam frequenter supra diximus esse inter Clericos & exemptos ratione fori: siquidem virtute ejusmodi submissionis Clericus conveniri non potest coram judice Sæculari nedum Ecclesiasticorum bonorum causa, sed nec etiam temporalium seu patrimonalium. *Decis. Tholos. 126. ubi Aufrer. Massa ad formul. Camer. oblig. secundæ partis quæst. 1. num. 1.* ergo nec Exemptus coram ordinario, *Fel. But. & DD. allegati supra lib. 1. quæst. 45. n. 5.*

4 Præterea, Clerici non possunt vigore ejusdem obligationis conveniri coram alieno Episcopo seu ordinario: quippè quod illum prorogare non possint sine consensu proprii ordinarii. *cap. si diligenti, de foro compet. Massa d. parte 2. quæst. 1. nu. 6.* Ergo nec Exem-

Exemptus; ex quo nec tacitè nec expresè ordinarium prorogare possit, nisi cum Pontificis aut legati à latere facultate, *dixi supra lib.2.quæst.2.&* 7. Pontifex enim est Diœcesanus Exemptorum. *vide infra quæst.48.*

Quod tamen limitandum est primò in Exemptis, qui prorogare possunt & con- 5
sentire in alienum judicem. *l.si convenerit.ff.de jurisd.om.jud.l.si quis in conscribendo, C.de pact.c.1.ubi Dec.& DD.de judic.notavi supra d.quæst.7.in fine.*

Limitandum secundò, nisi Pontifex rescripto concedat quod Exemptus coram 6
non suo judice conveniri possit, quia judex is delegatus amplius dici non suus non potest, ex quo delegatus est à Papa vel Imperatore, qui sunt omnium ordinarii. *cap. antiqua de privileg.glo.& Franc.cap.auctoritate §.inhibemus vers.in gloss. de privil.in 6.*

Limitandum tertiò, si Exemptus conveniretur coram auditorio Cameræ, quia 7
auditor Cameræ creatus est à Papa Generalis causarum Auditor, & inter cætera causarum genera demandatur ei executio obligationum in forma Cameræ. Unde tanquam exepresse delegatus ad hanc similiumve causarum generalitatem omnibus est judex competens, ex quo sit à Papa delegatus. *d.cap.antiqua, Albericus in dictionario verb.promittat sæpe debitor §. aliquando debitor in fine. Massa ad form. Cameral. oblig. d.quæst.1.secunda partis. n.3 &* 4. quod ipsum in hac specie nominatim tradit octavianus Vestrius insignis Romanæ Curiæ Practicus *lib.2.sua praxeos ca.4. n.4. &* 6. *item Anton.de Amatis decis.*17. *n.*1. Dicens non obsistere Auditori declinatoria seu privilegium fori, quinimo eos executionem suam etiam protendere in Episcopos, quos superiore libro speciali reservatione diximus immediatè sanctæ Sedi esse subjectos q.41. Quo fit, ut remaneat conclusio Regularis ordinarios non cognoscere de causa 8
exemptorum vigore Cameralis obligationis: quippè quod ut dictum est, Exempti subtrahere se non possint censuris ordinarii ad instar Clericorum, quibus id sine proprii Episcopi licentia permissum non est. Imò etiam ut est communior Doctorum sententia, ad instar Laicorum, non enim vigore hujus obligationis procedi potest extra Romanam Curiam via excommunicationis & censurarum, nisi per proprium obligati sive Clerici sive Laici Episcopum, aut etiam alienum, in quem de consensu proprii Episcopi facta sit prorogatio. *Massa ad tertiam particulam q.3.n.2.* Unde cum Exemptus prorogare nequeat, non mirum si ordinarius ne quidem hoc casu jurisdictionem suam in Exemptos extendere non possit. Quod tamen ut limitatione prima 9
dictum est, intelligendum venit de exemptis Papæ immediatè subjectis, qui prorogare non possunt, alioquin enim in eo genere exemptorum qui prorogare possunt, nihil impedit, quo minus ordinarius jurisdictionem exerceat, ut tenet Felinus & alii *cap.P.& S.n.*13. *de offic.deleg.& in repert.verb.Exemptus ab ordinario fol.*53.

Potrò, quod dixi Rotæ auditorium jurisdictionem habere in exemptos, limitan- 10
dum est, nisi speciali exemptionis privilegio aliter dispositum sit, uti de patribus Societatis Jesu eleganter refert Antonius de Amatis. *decis.*17. *n.*1. *& seqq.*

QVÆ-

QVÆSTIO XLVII.

Collegia sive capitula an jurisdictionem habeant in Capitulares.

SUMMARIUM.

1. *Par in parem non habet imperium.*
2. *Capitula habent jurisdictionem in capitulares.*
3. *Requiruntur tamen quædam necessaria.*
4. *Capitula possunt ratione simplicis contumaciæ suspendere Canonicum & privare fructibus, imo etiam si opus sit, excommunicare.*
5. *An hæc jurisdictio competat accumulativè vel privativè.*
6. *Quid de Decanis.*
7. *Decani habent jurisdictionem quasi ordinariam.*
8. *De consuetudine Franciæ, Decani excercent jurisdictionem in capitulares.*
9. *Electus à Collegio, exercet jurisdictionem in collegas.*
10. *Decani dicuntur Prælati.*
11. *Apud Leodienses Decani coercitionem cumulatam duntaxat habent in Canonicos.*
12. *Decretum Cleri Secundarii Leodiens. quoad coercitionem exemptorum.*
13. *Laudatur Leodiensis Civitas à Pietate, Religione, Cleri frequentia.*

1 COllegium seu Capitulum non habere jurisdictionem in singulos de Collegio nisi adsit consuetudo juri contraria, apertè testatur Abbas ca. cum causa nu. 7. de officio deleg. Ratio est, quia parem in parem jurisdictionem non habere manifesto jure dispositum est, *l. penult. ff. de arbitr. l. nam Magistratus ult. gloss. eod.* Ideo delegatus dicitur jurisdictionem exercere non posse in suum collegam & Canonicos, citare non posse suos Concanonicos, sed tantum rogare ut certo termino adsint. *Mandosius tract. de monitoriis quæst. 60. n. 19. & 21.*

2 Quibus tamen non obstantibus, dico capitula seu collegia ab Ecclesia approbata jurisdictionem habere & excommunicare posse. *Gregor. Sayrus in Thes. Theolog. Moralis lib. 1. ca. 6. n. 17.* qua in re tamen plura requiruntur quæ apud Gregor. Sayrum loco jam citato continentur.

3 Primò, ut vocentur omnes facultatem habentes dando suffragium, Secundò ut saltem duæ partes conveniant, qui volunt, debent, aut possunt interesse. *Abb. cap. cum inter universas n. 9. de elect. cap. cum inter Canonicos n. 6. eod. tit. latius in cap. cum omnes n. 11. 12. 13. de const.* Tertiò, ut de censura ferenda simul deliberent & decernant, alioquin à collegio factum non censebitur, *Abb. cap. gratum n. 7. de potest. Prælat. sit. gloss. in l. sicut ff. quod cujusque univers. sit. glo. cap. 1. de reb. Eccles. non alien. lib. 6. late.*

Felin.

Felin. d. cap. cum omnes n. 24. & in cap. dilectus n. 6. de Simonia. Quartò, ut major saniorque pars eorum qui convenerunt & facultatem suffragandi habent, ad censuram ferendam conveniant, major autem saniorque pars intelligitur respectu habito ad totum collegium congregatum. *Arg. cap. Ecclesia vestra de elect. ub. glo. verb dirigebant & cap. 3. de his quæ fiunt à majore parte capituli. Abb. cap. quia propter n. 7. & in d. cap. Ecclesia vestra n. 2. & in cap. in genesi in pr. eod. tit. de elect.* Quippè sicut hæc requiruntur ut aliquid valide à collegio explicetur, ita etiam ut censura aut jurisdictionis actus decernatur. *Sayrus d. cap. 6. n. 17. & seq.*

Unde his concurrentibus apud Bellameram *conclus. 244.* conclusum est, Capitula posse ratione simplicis contumaciæ suspendere Canonicum sive capitularem, & suspensi fructus abjudicare, & si opus sit, etiam excommunicare. *Abb. ca. cum continget col. 9. de foro compet. Guymer. ad pragm. sanct. tit. de concubinis §. quod si in glo. verb. pertinet per c. quanto de offic. ord.* Eleganter Mohedanus *decis. 2. de foro compet.* Paponius *Arrest. lib. 1. tit. 3. des Chapitres arresto 3. Sayrus d. n. 17.* & novissimè Jo. Wamesius *cons. 63. n. 3. to. 1. per cap. irrefragabili ubi Fel. in pr. de offic. ord.* tradidit, jure communi 1 2 3 4 5 leviorum criminum & excessuum coercitionem capitulis permissam esse: utrum autem accumulativè an privativè hæc jurisdictio competat, late videri poterunt Doctores *in cap. pastoralis ca. irrefragabili de offic. ord. Wames. d. n. 3.*

Quid autem de Decanis collegiorum, an jurisdictionem habeant in collegas, non incongrue hic disquiri potest. De Decanis (quos in Francia & Hispania eos esse refert Hostiensis *ca. dilecto de appell.* qui in confessu & suffragiis aliis præsunt) pauca in scripto jure referri censuit Guymer. *ad pragm. sanct. tit. quomodo Divinum officium sit celebrand. § super his in glo. verb. Decanus.* 6

Nihilominus tamen, cum sint Prælati Ecclesiarum collegiatarum, eos jurisdictionem quasi ordinariam habere in singulos de collegio, non absque ratione cum Carnem ordinali respondemus. *Card. in Clem. 1. § ne igitur nu. 4. 5. 6. & seq. de celebrat. miss. Guymer. d. glos. in verb. Decanus per cap. cum ab. Ecclesiarum de offic. ord. & cap. ex parte de Clericis non resid.* Habet enim Decanus curam animarum *ca. dudum 2. de præbend.* cum dignitate. *cap. super specula, ne Clerici vel Monachi,* & ideo sacris interdicit. *cap. dilecto de appell.* excommunicat. *c. dilecto de sent. excom. in 6.* & consequenter opiniones non paucorum jurisdictionem ordinariam habet, licet Episcopo inferiorem. *glo. ca. cum ab Ecclesiarum de offic. ordin. Azorius de justitia & jure par. 2. cap. 17. lib. 3.* 7 8

Ideo censuit Hostiensis *in c. dilectis de appellat.* Decanos Ecclesiarum totius Regni Franciæ jurisdictionem exercere in Capitulares. *Guymer. d. glo. verb. Decanus* à quo dissentire non videtur Panormitanus *in d. cap. cum ab Ecclesiarum n. 5. cum Apost.* asserens, quod electus à collegio vel universitate habet jurisdictionem ordinariam in illos de Collegio, quod non modò exendit ad omnia collegia Ecclesiastica, sed etiam ad Sæcularia, ita tamen ut cum Episcopo in concursu jurisdictionis præven- 9

ventioni sit locus. *Abb. ibid. n. 9.* nisi ejusdem collegia, ut Leodii sint Exempta. Confirmatur, quia Decanatus dicitur Ecclesiastica dignitas, quæ non censetur esse sine
10 jurisdictione. *Jo. de Selua tract. de beneficio par. 5. quæst. 2. n. 57. Abbas c. de multa n. 2. de præbendis.* Imò propriè & strictè Decani appellantur Prælati. *Jo. de Selua d. n. 57. late Staphileus de gratiis & expectativis §. transeo nunc ad dignitates vol. 14. fol. 12. Abbas d. n. 21.*

11 Plerisque tamen in locis in quibus jus exemptionum viget, Decani habent duntaxat coercitionem in Canonicos cumulative cum Capitulo, ut Leodii, ubi novissimo Cleri Secundarii decreto sic statutum est. Decani & Capitula & superiores quibus jus corrigendi competit infra octo dies à commisso per aliquem suppositum suum
12 delicto, de illo cognoscant, & infra mensem subsequentem, indicto ad hoc specialiter Capitulo, illud puniant seu justitiam administrent, quando ad Capitulum spectat correctio, sine ulla conniventia vel collusione: alioqui si infra dies octo non inceperint, vel infra mensem non terminaverint, liberum fisco procedere vel per viam inquisitionis, vel accusationis, prout delicti qualitas exegerit.

Fiscus agere volens, non promovebit inquestam, nec emittet articulos, nisi casum Deputatis communicaverit, à quibus vel eorum aliquo eæ Inquestæ vel articuli debebunt admitti, priusquam Fiscus agere possit. Ne autem difficile & tædiosum sit omnium Capitulorum Deputatis sæpius congregari, deputabunt à Cleto quatuor, qui ad singulos casus unum ex se nominabunt, coram quo formetur processus usque ad sententiam exclusive. Quo formato acta omnia referentur ad congregationem generalem Cleri apud S. Petrum, per omnium Capitulorum tam intraneorum, quam extraneorum Deputatos examinanda, ex quibus ante recessum à dicta congregatione S. Petri causa terminabitur.

A sententia vel decreto desuper lato nen cadet nec admittetur appellatio, sed statim lato Decreto Capitulum vel superior delinquentis ex primis & promptioribus ejus fructibus mulctam, ad quam facta erit condemnatio, ad manus alicujus ad id deputandi deponat, ex qua satisfiat Fisco & aliis oneribus necessariis & si quis causam dederit inquestæ, præter mulctam delicti condemnetur, arbitrio comunium deputatorum in expensis processus.

Ac ne bis super eodem crimine agatur, tenebitur sic correctus infra quindecim dies à lato decreto illius copiam Authenticam uni ex quatuor deputatis supradictis intimare, alioquin hoc termino elapso sibi imputet, si fiant ulteriores sumptus.

Detectâ autem per Congregationem alicujus conniventiâ vel collusione notabili, quod scilicet delinquens non fuerit juxta enormitatem delicti sufficienter per Capitulum aut Superiorem suum punitus, liberum erit Fisco ad mandatum dictæ congregationis contra eundem delinquentem procedere ad pœnam condignam.

Hactenus decretum Cleri Secundarii Leodiens. de mense Februario 1617. quod

ideo

ideo scriptis meis insertum volui, tum ut fidem prædictis adstruerem, tum ut palam facerem, quanto studio Clerus noster qui præ cæteris Europæ nationibus tanto nèbilior & spectabilior est, quo jam ab annis octingentis & amplius continuè floruit in fide Apostolica Romana, unde dicta est legitima sanctæ Romanæ Ecclesiæ filia, & etiamnum floret, dum salutaribus istis scitis studet avitam pietatem & religionem sartam rectam conservare. De qua etiam exteræ nationes attestantur, nullum esse in orbe Christiano locum.

Quo plura emineant templa sacrata Deo.

quod ante annos quadringentos vidit eruditissimus Franciscus Petrarcha dum civitatem hanc prætergrediens, illud elogium ei reliquit. Vidi Leodium insignem Clero locum.

Plane insignem, ut qui Canonicorum collegia habeat undecim: Abbatias virorum sex: Prioratus sex: conventus virorum mendicantium octo: Abbatias Sanctimonialium duas: Conventus Monialium octo: Sacella publica duodecim: Paroecias triginta duas: Xenodochia quindecim: Beginagia quinque: atque ista omnia in ipsa Civitate & Suburbiis: nam in Diœcesi passim exuberant collegia quâ Canonicorum, & Canonissarum, quâ Religiosorum, quâ Virginum Sanctimonialium, ut vere patria ista jam ab antiquo Paradisus Clericorum nuncupetur: idque non tam à copioso censu quo Clerus dotatus est, quàm ab insigni pietate, qua multifariam commendatur, cum in illa legantur extitisse octoginta quinque seu viri seu mulieres, relati in numerum sanctorum.

QUÆSTIO XLVIII.

Quis sit ordinarius seu Diœcesanus Exemptorum.

PAucis dicimus, quod Papa, ne dentur Acepali sine Rege sine capite sicut locustæ. *Franc.ca.autoritate §.inhibemus vers.in gloſſa de privil.in 6.cap.nulla ratione dist.93. Rebuff.de privileg.Schol.privil.164.n.6. Gomesius ad reg. Cancell.de infirmis resig.par.1.quæst.5. Milis in repert.verb.præscribere nemo potest.* Ideo qui ab Imperatore se Exemptos neminem recognoscere asserunt, coram Papa jure conveniri poterunt. *Fel.cap.novit.nu.4.ubi Abb.nu.26.cum addit de judic. Fel.cap.Epistola nu.1.de probat, Abb.cap.grave n.1. de offic.ord.*

QUÆ-

QUÆSTIO XLIX.

Concesso privilegio ne Exempti ab ordinario excommunicari possint, an saltem coram eodem conveniri seu puniri possint?

SVMMARIVM.

1. Conveniri poterunt coram ordinario.
2. Secus si simpliciter Exemptio concessa sit.
3. Quid si excommunicans ignoret Exemptionem?
4. Privilegiati ne excommunicentur, tenentur excommunicatos devitare.

1 QUæstionem hanc movet *Abbas cap. cum capella n. 6. de privileg.* Siquidem nemo dubitaverit, quin Papa privilegium alicui concedere possit ne excommunicetur ab ordinario, *extravag. frequent. in fin. de judic. Jo. Ferant. de privilegiis Francia privileg. 6.* Nihilominus tamen ejusmodi privilegio concesso, coram ordinario & conveniri & ab eodem puniri poterit. *Cavalcan. decis. 31. n. 18. par. 1.* quippè quod unius exclusio sit alterius inclusio. *arg. nonne de præsumpt. ca. qualis dist. 25.* maximè in hac Exemptionum materia, quæ semper intelligenda est ad litteram, prout verba sonant, ex quo præjudicent juri ordinariorum, quod est favorabile, ut supra abunde probatum est, *lib. 1. cap. 4. qua de re etiam infra li. 4. qu. 13.* quod ipsum inferius discutietur *lib. 4. qu. 14. n. 8.*

2 Secus autem, si quis simpliciter à jurisdictione ordinarii eximatur; tum enim à solo Papa excommunicari poterit, nec subsistet excommunicatio cujusquam alterius, seu Episcopus illam tulerit, seu legatus. *cap. cum ad quorundam & ibi glos. verb. non tenere de excess. Prælat. Gregor. Sayrus in Thes. Theol. Moral. li. 1. c. 6. n. 36. & c. 8. n. 7.*

3 Quod procedit, etiamsi excommunicans ignoret exemptionem, licet contrarium in hoc articulo senserit Richard. *4. dist. 18. art. 5. q. 5.* Privilegium enim statim vires assumit atque concessum est, quamvis exemptus, aut qui censuram fert in cujus præjudicium id concessum est, ignoret. *Innoc. 4 in ca. 1. §. nec obstare de concess. præbend. in 6.* Ignorantia enim Prælati non obest, quo minus privilegium robur & effectum sortiatur. *arg. c. cum dilectus de rel. domib.* prout nec illius scientia requiritur, ut illud concedatur, quo de re propria quæstione breviter tractavimus *li. 2. q. 15.*

4 Postremò, illud hic addendum est, quod ejusmodi privilegiati ne excommunicari possint, nihilominus tenentur denuntiatos excommunicatos devitare. *Sayrus d. par. 1. lib. 2. cap. 11. nu. 33. per c. nulli, ubi DD. de sent. excom. ca. cum & plantare §. excommunicantes ubi Abb. num. 1. de privileg. Covarr. cap. alma mater. par. 1. nu. 2. de sent. excom. v. supra quæst. 45. numer. 39. & 52.*

QVÆ-

QVÆSTIO L.

An pro absolutione ab excommunicatione, possint se obiicere ordinario?

SUMMARIUM.

1. *Episcopus absolvit Moniales Exemptas.*
2. *Quid si habeant generalem.*
3. *Quid de immediatè subjectis Pontifici.*
4. *Absolvit eos qui immediatè Exempti non sunt.*
5. *Nisi Papa sibi absolutionem reservasset.*
6. *Legatus non absolvit Exemptos.*
7. *Quid in absolutione à sententia legis vel hominis.*

DE hac Quæstione sparsim egimus pro re nata toto hoc opere, nunc eam pau- 1
cis quibusdam lineis & conclusionibus hoc capite breviter comprehendam.

Prima, Episcopus absolvit ab excommunicatione Moniales Exemptas ob manus injectionem, *cap. de Monialibus ubi Abb. n. 5. & Felabid. in fin. de sent. excom. Jo. de Lignano tract. de excom. §. 26.* Quod Gregorius Sayrus extendit ad alios Regulares, ut Prælati accedente consensu à quavis excommunicationis specie absolvi possint, ne privilegia in eorum favorem inducta in ipsorum incommodum convertantur. *Sayrus in Thes. Theol. Mor. par. 1. lib. 7. cap. 7. n. 23.* Qua de re paulò inferius aptius disquiremus.

Dubium tamen hic incidit, quid si Moniales habeant Generalem, quem jura 2
quasi Episcopalia habere supra diximus *lib. 1. qu. 17. nu. 25. & seq. & lib. 4. c. 20.* an absolvendi potestas ei competat? Abbas hanc Quæstionem in medium attulit & problematice disputavit *d. cap. de Monialibus nu. 6.* Cujusvis suum esto judicium.

Secunda, Exempti immediatè subjecti Summo Pontifici, utrum ordinario subii- 3
cere se possent pro absolutione, non parva est difficultas. Posse pleno concilio sensit Fredericus Senensis *cons. 14.* quem sequitur Cardinalis Sabarella *Clem. 1. §. prædictus n. de Relig. Dom.* & tacite sequi videtur Navarrus *cons. 13. vers. 2. quod qui de pœnitent.* hac potissimum ratione, quod si ideis non liceret, inductum in favorem verteretur in odium, quem admodum inferius in indulgentiarum perceptione notavimus *lib. 4. quæst. 58. n. 5. & 6.*

Veruntamen prævaluit opinio Abbatis *cap. significasti nu. 11. vers. his tamen non obstantibus de foro comp.* Felin. *in c. pastoralis num. 10. de offic. ordin.* & aliorum, quos superiusin hujus articuli confirmationem laudavimus *lib. 2. q. 7. nu. 12.* Ratio est, quia per exemptionem efficitur quis non subditus, quia eripitur ab ordinario & subiicitur Papæ. *cap. si Papa de privileg. in 6. cap. pen. de offic. ordin. dixi lib. 1. qu. 1.* Adeo ut Episcopus desinat in eum habere potestatem, præterquam in casibus specifice ei reservatis

vatis. *cap. frater noster* 16. *q.* 1. quos supra ordine recensuimus *eod. lib. qu.* 45. quo fit, ut Exemptus non modo condemnari, sed nequidem ab Episcopo absolvi possit, tum quod qui condemnare non potest, absolvere non potest. *l. nemo qui ff. de reg. jur. dict. infra lib.* 4. *qu.* 41. *n.* 1. *in fin.* tum quod Exemptis prohibita est prorogatio fori contentiosi, ut dictum est latè *supra lib. eod. quæst.* 7. *Abb. d. cap. significasti n.* 11. *ubi Aposta. verb. ut Exemptus.* Quare non conturbat ratio Fredetici, quia Exemptiones non sunt simpliciter concessæ in favorem Exemptorum, sed etiam in favorem sanctæ Sedis, cujus diximus interesse, ut habeat multos à jurisdictione ordinaria ereptos, sibique immediate subditos. *Clem. Pastoralis de re jud. Rebuff. respons.* 142. *dixi lib.* 1. *quæst.* 1. *n.* 17. *Abb. d. n.* 11. *vers. & per hoc confunditur alia ratio Fredetici.*

4 Tertia, Exempti immediatè Papæ non subjecti, sed cuidam alteri Prælato non modò quoad absolutionem, sed quoad omnimodam jurisdictionem ordinario subiici possunt, hoc pacto enim fit reditio ad jus commune, quod est favorabile, quemadmodum superius conciliando quandam antinomiam deductum est *lib.* 1. *q.* 4. *n.* 12. *lib.* 2. *q.* 7. *n.* 8. *usque ad fin.*

5 Quarta, cum Papa sibi absolutionem reservavit, ordinarius indistinctè absolvere non poterit nequidem suos subditos, *cap. nuper de sent. excom. Abb. d. n.* 11. *vers. ego hunc articulum dixi supra li.* 2. *q.* 15. *n.* 11. Quid autem in Exempto excommunicato excommunicatione non reservata Papæ, vide Abbatem *ca. grave. n.* 4. *de offic. ord.* repugnantem Frederico de Senis.

6 Quinta, legatus à latere absolvere potest exemptos immediate Papæ subditos, non autem Legatus natus aut missus, quod quia supra *qu.* 2. tractavimus, ne actum agam, nolo repetere.

7 Sexta, Quid Episcopus? an possit absolvere à sententia legis vel Canonis inter suos subditos? hujus non est instituti, videantur Doctores & maximè *Abb. c. Pastoralis §. Præterea de offic. ord. cap. cum contingat. n.* 33. *cum addit. de foro compet. Fel. cap. cum olim nu.* 4. *de præs. ript. Sayrus in Thes. Theol. mor. cap.* 1. *lib.* 4. *cap.* 17. *per tot.*

PARS TERTIA.

QVÆSTIO I.

Exemptiones an possint revocari.

SUMMARIUM.

1. *Exemptiones revocari possunt.*
2. *Papa non potest sibi ligare manus.*
3. *Adversus potestatem revocandi non currit præscriptio.*
4. *Exemptio concessa ex contractu est irrevocabilis.*
5. 8. *Quando dicitur transisse in vim contractus.*
6. *Princeps revocans Exemptiones datas in vim contractus, censetur circumventus.*
9. *Limitatur nisi superveniat causa.*
10. *Officiales Cancellariæ habent sua officia titulo oneroso, quibus Papa nunquam censetur derogare.*
11. *Papa ex justa causa potest recedere à suo pacto.*

PRIVILEGIA, Exemptiones, libertates, immunitates revocari posse regulare est, & apud omnes pro indubitato. *gloss. cap. decet. de reg. jur. in 6. ubi Franc. nu. 4. l. qui fundat. C. de omni agri desert. lib. 10. cap. ne aliqui de privileg. ca. ult. in fin. de sentent. excom. in 6. cap. Clericis §. non obstantibus, ubi gloss. de immunit. Eccles. in 6. Gaill lib. 2. obs. 60. n. 17.* Duabus potissimum ex causis. Prior, 1
Quia Papa seu Princeps sibi manus ligare non potest, *cap. sin. ubi* 2
gloss. de Restr. in 6. ca Innotuit de elect. gloss. c. fin. de sent. excom. in 6. Fel. in repert. verb. Privilegium an revocatur fol. 100. col. 2. Altera Priori similis, Quia pro ejus arbitrio est quotiescunque ei lubet voluntatem revocandi. *l. si quis in pr. ff. de leg. 2. Barth. & Jason l. Imperium ff. de jurisd. om. jud. Nicolaus de Ubald. tract. de succes. ab intestat. par. 1. in ult. mod. legitim. col. 2.* Adeo quidem, quod adversus potestatem ea revocandi, 3
nulla unquam præscriptio currere possit. *Bald. cap. sicut col. 3. de jur. jur. Jason. & Barth. d. l. imperium. Restaur. tract. de Imperatore quæst. 55. n. 2.*

Quæ conclusio limitanda primò est, si Exemptio non staret in vim privilegii, 4
sed in vim contractus, tum enim esset irrevocabilis. *late Felin. ca. 1. de probat. Barth. l. omnes populi num. 29. ff. de justit. & jure. Innocent. cap. in nostro de jurejur. Rom. cons. 456. Abb. cons. 51. lib. 2. Alex. in add. ad Barth. l. Cæsar. 1. ff. de publican. late Felin. in*

repert. verb. princeps obligatur ex contractu fol. 99. col. 2. etiam ex plenitudine potestatis. Dec. conſ. 151. & 286. Abb. Rom. ubi ſupra.

Cenſetur autem privilegium tranſiviſſe in vim contractus multis modis, & quidem primò ſi fuerit conceſſum non ſubdito, videtur tranſire in contractum, nec videtur revocari poſſe niſi ex cauſa. c. novit. ubi DD. de iudic. Rota. Neapol. dec. 361. Monaſterium col. 3. in novis & dec. 393. Rex col. 3. de privileg. Decius cap. quæ in Eccleſiarum n. 37. de conſtit. Geminiani conſ. 74. attentis col. fin. Reſtaur. d. quæſt. 55. n. 5. & 6. Gaill. d. obſ. 6. n. fin. Secundo ſi fuerit conceſſum accepto pretio in recompenſationem ſervitii per viam pacti ſeu conventionis. Decius conſ. 276. in cauſa col. 2. Bald. l. quiſe patrie col. pen. & antep. C. unde liberi. Landenſ. de privileg. notab. 34. Rot. Neapol. dec. 128

Item ſi Princeps habuiſſet aliquam donationem vel aliud commenſuratum cum re conceſſa, ſi enim tunc revocaret, dolum committeret. Dec. d. conſ. 286. col. 3. Idem juris ſi privilegium contineret plus gratiæ quam contractus, prævalet enim præponderatque qualitas contractus ut dicatur potius contractus. Dec. d. conſ. 286. Fel. late & DD. d. c. novit. ſingulariter. Aret. c. 1. col. 2. de conſtit. Caſtr. d. digna vox col. 2. C. de legib.

6 Quæ adeo vera ſunt, ut ſi Princeps his caſibus veniret contra ſuum factum, diceretur circumventus & ſui oblitus, etiamſi reſcriberet motu proprio, Bald. d. l. quiſe patriæ Bald. cap. cum olim de re iud. Reſtaur. de Imper. quæſt. 114. n. 12.

7 Ratio eſt, quia etiam Princeps contrahendo obligatur civiliter & naturaliter, late Fel. cap. 1. col. 3. de probat. & ſuſe Reſtaur. ubi ſupra quæſt. 116.

8 Idem dicimus, ſi conceſſum eſſet in executionem promiſſorum ſeu in recompenſationem alicujus rei fact. late Decius d. conſ. 286. Reſtaur. ubi ſupra & DD. Quæ tamen declaranda ſunt, niſi juſta aliqua cauſa ſuperveniret revocandi contractum,

9 tum enim infringi ac revocari poſſet. Bald. l. fin. ff. de ſenat. Fel. d. c. 1. n. 6. de probat. Dicam infra l. 4. q. 75. in fin. Princeps enim contractum aut privilegium pretio conceſſum revocare poteſt, præſumiturque in dubio facere cum cauſa, ut refert & probat Navarr. cap. ſi quando excep. 20. n. 10. & 12. de reſcript. ut & privilegium non ſubdito conceſſum, quod etiam ex cauſa ſuperveniente infringi poteſt, nempe ſi ingratitudo aut quæpiam ejuſmodi alia juſta cauſa ſuperveniret. Bald. d. l. fin. Imol. Anton. in cap. cum in col. 4. de conſtit. per cap. fin. de donat. Fel. d. n. 6.

10 Ideo dicimus, quod cum officiales Cancellariæ habeant ſua officia titulo oneroſo & in vim pacti, nunquam P.pa ſeu ſignatura cenſetur eorum privilegiis derogare velle. Bald. d. l. quiſe patris col. 7. C. unde liberi. Anchor. ca. 1. n. 8. de conſtit in 6. Rom. conſ. 252. n. 3. Abb. cap. novit. n. 25. de iudic. Iaffred. deciſ. 225. & 321. Curt. jun. conſ. 174. n. 24. & 33. Mandoſ. de ſig. gratiæ lit. Protonotarii col. 4. verſ. deleri in fine. Navarr. d. excep. 20.

11 n. 13. Idq; niſi ſubſit cauſa, licet enim Papa ex pacto obligetur, juſta tamen ex cauſa à ſuo pacto recedere, eique derogare poteſt, quemadmodum doctè apud Navarrum probatum eſt de ſpol. Clerc. §. 18. n. 2. & de Jubileo not. 28. n. 7.

QVÆ

QUÆSTIO II.

An successor revocare possit Exemptionem à prædecessore concessam?

SUMMARIUM.

1. *Successor an teneatur servare factum prædecessoris, & n. 4.*
2. *Papa Papam ligare non potest.*
3. *Decet successorem stare decretis & constitutionibus sui prædecessoris.*

QUæstionis hujus decisio pendet ex eis, quæ Doctores studiosissimè commentantur, dum inquirunt, an successor teneatur servare factum prædecessoris. *Bald. l. qui se patris col. pen. C. unde liberi & cons. 276. Rex Roman. lib. 3 Abb. in summa 3. q. principali dubio 5. glo. & DD. c. fin. ne Prælati Restaur. tract. de impe. q. 114. per tot.* 1 *Abbas cons. 41. col. 1. li. 1. Ferrar. in form. oppon contra instrum §. aliis n. 2.* Paucis Papam posse revocare Exemptiones, libertates, privilegia à suis antecessoribus concessa, non est qui dubitet. *Abb. d. cons. 41. DD. infra allegati ad d. qu. 3.*

Ratio est, quia quemadmodum sibi manus ligare non potest, ut præcedenti quæstione dictum est, ita etiam nec Papa Papam ligare potest. *c. fin. cum glo. de rescript. in 6. cap. innotuit. de elect. glo. finalis c. fin. de sent. ex. com. in 6. Navarr. cons. 2. n. 9. qui filii sunt legitimi par. 2. ubi. late.* Hæque indubitata sunt adjecto sensu & auctoritatibus præcedentis quæstionis, quibus addo, quod licet revocare possit, non tamen teste Romano & aliis facile adducitur ut id faciat, decet enim successorem stare decretis sui antecessoris, imo sibi ipsi (inquit idem) injuriam facit, cum sanctiones prædecessoris sui abrogat. *late Rom. cons. 326. n. 4 per pulchrum textum c. si ea. 25. quæst. 2. ca. quod vero 25. q. 2. ca. institutionis eod. ca. justitia 25. qu. 1. Boer. de potest. legati à latere n. 55. & seq.* Hac occasione alia possunt adferri, qualia an officium alicui concessum possit per successorem revocari. Quid si concessio antecessoris fuerit irrationabilis? Quid si facta initio creationis? quid si sit realis, personalis, aut tendens in præjudicium imperii? Item an successor teneatur stare contractui, aut etiam solutioni anticipatæ per prædecessorem, quæ omnia fusè tum à Restauro, tum ab aliis supra citatis disquiruntur, & præter eos alibi etiam à Doctoribus *ca. 2. de precario l. quamvis ubi DD. ff. de reb. eorum. Abb. in sua disputat. Sempronius Clericus 5. quæst.* 2 3 4 5

Redoanus late tract. de rebus Ecclesiæ non alienandis.

QVÆSTIO III.

Utrum legatus revocare possit Exemptiones.

SUMMARIUM.

1. *Non potest revocare Exemptiones.*
2. *Quia eximere non potest.*
3. *Legatus non potest statuere contra ius.*

1 LIcet præcedenti libro maximam dixerimus legatorum à latere potestatem autore Boerio tractatu speciali de eis edito, non tamen hoc loco eam ei concedimus, ut exemptiones à pontifice concessas revocare aut quopiam modo immutare possit. *glo. cap. pro illorum de prabend. Abb. cap. venerabilem num. 3. & ca. cum in veteri num. 1. in fine de elect. & cap. nisi specialis de offic. leg. Bartholom. Fumus in aurea armilla verb. privilegium n. 13. Abb. d. cap. pro illorum n. 15.*

2 Sit hæc unica ratio, quod is eximere non possit ut late supra probavimus *li. 1. q. 3.* ergo nec exemptiones concessas revocare. *arg. l. nemo qui ff. de reg. jur. l. solent. ff. de*
3 *offic. proconsul. & leg. l qui condemnare ff. de re jud. v. quæst. seq. n. 2.* Præterea legatus nihil statuere potest contra jus commune. *cap. super his de major. & obed. Villadiego tract. de leg. part. 1. quæst. 10. n. 13. v. quæst. seq. n. 2.* revocare autem Exemptiones à superiore concessas, juri adversatur, ex quo inferior superioris legem tollere non potest. *d. cap. super Villad. d. n. 13.*

QVÆSTIO IV.

An Episcopus possit revocare Exemptiones?

SUMMARIVM.

1. *Episcopus revocare non potest Exemptiones, nec etiam legatus.*
2. *Episcopi & legati subsunt constitutionibus.*

DIximus priore libro, Episcopum certis in casibus posse subditos à sua jurisdictione eximere. *lib. 1. quæst 3. vers. verum quia.* Hoc loco emergit, utrum iis in
1 casibus Exemptiones à se concessas revocare possit, articulum hunc remissive tamen, inquirit Franc. *cap. decet num. 4. vers. quid autem sit de reg. jur. in 6.* Et post eum Restaur. *tract. de imper. quæst. 114. n. 14.* qui censuit revocare non posse *per gloss. in cap. cum ex eo in verb. septennio ubi Jo. Andr. de elect. in 6. addit ad Rom. post Oldra. cons. 201.* quod indubie procedit, cum Exemptio plenè suum sortita fuit effectum, seu

cum

cum res integra esse desiit, tum enim Regulariter pœnitentiæ locus esse non solet, 2 *ca. quod semel de reg. jur. in 6. Rest aur. d. n. 14.* Eandem etiam conclusionem nominatim confirmat Felinus, tradens nedum Episcopum revocare non posse exemptionem à se concessam, sed ne quidem legatum. *Fel. cap. novit n. 11. de judic. Abb. ca. at si Clerici §. de adulteriis col. 4. eod. tit.* est enim de plenitudine potestatis solius Principis revocatio privilegii à se concessi, uti post multos notavit Baldus *l. 2. col. 8. C. de servit. & aqua.* addo Imolam & Anton. *cap. quæ in Ecclesiarum de constit. Fel. d. cap. novit. nu. 11. & seq.* Episcopus aut legatos jure Principum non gaudere, sed inferiores esse, const tutionibusque subjectos juris est non ignoti. *l. & ideo ff. de offic. procon. & leg. cap. 1. c. translato de constit.* adeo ut juri communi derogare non possint, cum distinctione tamen quam adfert Navarrus *cons. 3. n 1. de reliquiis & venerat sanct. Abb. & DD. ea. quod super his de major. & obedient.*

QUÆSTIO V.

An Exemptiones expirent morte concedentis.

SUMMARIUM.

1. 8. *Privilegia an expirant morte concedentis.*
2. *Quid si adsit clausula quousque revocetur, dum non revocabitur, dum ea non revocaverimus.*
3. *Quid interim dum fuerit nostra voluntas, nisque ad nostrum beneplacitum ad nostrum libitum, &c.*
5. *Ad beneplacitum sedis Apostolicæ.*
6. *Ad beneplacitum Papæ.*
7. *Privilegia effectum non sortita, non sunt perpetua.*
9. *Principe ex causa deposito, an ejus privilegia durent.*
10. *Statuta & præcepta judicum interlocutoria expirant eorum morte.*

REgulare est, quod privilegia omnia & Exemptiones durent etiam in tempus 1 successoris ipsius concedentis. *Innoc. cap. quod translatum de offic. deleg. Land. tract. de rescript. qu. 59. Jo. de Selva tract. de beneficio part. 3. q. 14. n. 23. per ca. decet. & ca. indultum de reg. jur. in 6. Franc. ca. ult. n. 5. de rescript. in 6. Greg. Sayrus Benedictinus in Thes. Theol. Moral. part. 1. lib. 7. cap. 14. n. 7. vide Navarr. cap. placuit n. 16. quæst. an licentia morte expiret de pœnit. dist. 6. ubi late.* Dubium vero est, si exemptio sit firmata hujusmodi clausulis. Quousque revocetur usque ad nostrum beneplacitum, donec voluerimus aliisve ejuscemodi in effectu quid juris? pro cujus solutione traduntur hæ solutiones.

Prima

2 Prima, si Exemptio à summo Pontifice vel principe absolutè concedatur, vel sub hac forma, quousque revocetur, interim dum non revocabitur, dum eam non revocaverimus &c. non expirat morte concedentis, eo quod ut expiret, opus sit expressa revocatione, *per tex. l. si delegatus* §. 1. *de offic. deleg. in 6. ubi DD. l. cum precario late & doctissime Molin. de justit. & jure tom. 2. disput. 298. Restaur. de imper. q. 115. n. 13. in fin.* per mortem enim voluntas non dicitur revocari, nec actus ut communiter testatur. Decius *l. ejus est velle in fin ff. de reg. jur.*

3 Secunda, Si vero concessa fuerit sub hac forma, interim dum hæc fuerit nostra voluntas, usque ad nostrum beneplacitum, ad nostrum libitum, dum voluerimus, tam diu durat, donec concedens eam revocaverit, quia istud beneplacitum nulli legi subiacet. *tex. l. fideicommissa* §. *quamquam ff. de leg. 3. ubi glo. in verb. voluerit. Natta. cons. 108. n. 5. vol. 3. Docte Navarr. cons. 3. per tot. de privilegiis.*

4 Aut donec concedens moriatur, Quia voluntas morte solvitur & extinguitur. *tex. cap si gratiose ubi Franc. & DD. cons. 404. col. 3. Gosadin. cons. 22. num. 4. l. mandatum C. mand. l. uxorem* §. *pen. ff. de leg. 3. Molina d. Disputat. 298.* Licet Gaill, usu dicat observati, talia privilegia morte concedentis non esse revocata. *Gaill. lib. 2. obs. 60. n. 16. per tex. l. jurisperitos ff. de excus. tut. l. sufficit ff. de cond. indeb. glo. cap. fin. de rescript. in 6. in verb. perpetuas. Dec. cons. 108.* maximè quando Exemptio solemnis est & expedita à Camera Apostolica seu Regia, quæ nunquam mori dicitur. *late Restaur. de imper. q. 114. n. 6. & seq.*

5 Tertia, si dicatur ad beneplacitum sedis Apostolicæ aut interim dum Apostolica Sedes voluerit, tum non expirat morte, sed opus est expressa revocatione. tex. d. ca. si gratiosè. Quia Sedes nunquam moritur. Molina *d. disput. 298. Castrens. l. locatio. n. 2. ff. locat. Card. Clem. 1. n. 1. & 4. de probat. late Mandos. in glos. suscult. regen.* §. *volentes in vers. à nobis ad beneplacitum nostrum fol.* 43.

6 Quarta, si verò dicatur ad beneplacitum Papæ seu Summi Pontificis, major est difficultas, nam Covaruvias, ut refert Molina, censet expirare morte Pontificis, At vero idem Molina sustinet è contra, ex quo ejusmodi gratia censeatur sub nomine conceptæ dignitatis. *Molina d. disput. 298. Navarr. cons. 31. numer. 2. de prab.* Cujusmodi concessio transit in successorem. *Fel. Abb. & DD. cap. quoniam, Abbas de offic. deleg. Abb. cap. 1. de probat. Restaur. tract. de Imperat. q. 114. numer. 1. in fin.* Porrò quod initio dixi, privilegia esse perpetua, nec expirare morte concedentis, id ita verum est, si in vita fuerunt sortita effectum, alioquin enim privilegium seu gratia prædecessoris in futuris nondum consummatis nihil operaretur. Cynus *in l. fin. C. in quibus casibus Restaur. de Imperat. quæst. 115. numer. 1. decis. Neapol. 191. & dec. 592. numer. 16. Bald. cap. 1. qui successor teneant. Restaur. de Imperat. quæst. 114. numer. 3. & seqq.*

8 Plura possent adferri, quæ ad hoc spectant institutum, velut quid de executore

tore gratiæ, Salvo conductu, Vicario Imperatoris, aut Papæ, licentia non residendi in beneficio, aut aliquid faciendi extrahendi ex aliquo loco, item de privilegio legitimandi, Doctorandi, indulgentias concedendi, Licentia alteri conficendi an censentur morte concedentis expirare. Quæ omnia peti poterunt ex locis DD. spectant enim plurimum ad elucidationem l. mandatum C. mandati, *Restaur. d. quæst. 115. & DD. supra allegati Franc. d. cap. ult. num. 5. Navarr. in ca. placuit ut deinceps dist. 6. de pœnit. n. 16. & seqq.*

Quid autem juris an Principe cessato seu ex aliqua causa privato ejus privilegia & & concessæ immunitates durent, petatur ex Restauro & DD. *d. tract. qu. 93. per tot.* 9
Postremò notandum, quod statuta & præcepta quæ judices interlocutorie pronunciant, regulariter expirant eis mortuis, secus vero quæ diffinitive statuunt atque definiunt, quia ea sunt perpetua, *Fel. post Panor. & alios cap. ex literis n. 21. de constit. Navar. in suo tract. de datis & promissis pro justitia notab. 1. num. 2. vers. ex quo infertur.* 10

QUÆSTIO VI.

Revocatio Exemptionum afficiatne ignorantes.

SUMMARIUM.

1. *Distinguendum inter revocationem hominis & legis.*
2. *Gesta per legatum revocatum an subsistant.*

Diximus supra, Exemptos suo gaudere privilegio antequam illud ejs innotuerit *lib. 2. quæst. 15.* Quid autem juris, si revocatio statim eis non innotescat, an nocebit? Philippus Franc. & Jo. And. id examinant, d stinguuntque inter revocationem quæ fit per hominem, aut per legem, ut prior non noceat ante notificationem, sicut de revocatione procuratoris dicitur quæ non nocet, antequam revocationis notitia ad Procuratorem pervenerit. *Card. in proem. Clem. §. universitati n. 5. & latius in cap. ex parte Decani extra de rescript. ubi late DD.* Posterior vero, quæ fit per viam legis etiam non noceat, nisi post duos menses, secundùm alibi notata per DD. *in c. 2. de constit. Franc. & Jo. Andr. cap fin. n. 5. de rescript. in 6. latissimè Franc. cap. 1. §. ex parte num. 4. & seqq. de concess. prabend. in 6. late Menoch. de arbitr. Jud. casu 185. n. 40. Abb. cap. 2. num. 7. cum Apost. de constit.* 1

Quæ quæstio perutilis est ad multorum casuum decisionem, Exemplum, si excommunicatio vel sententia feratur per Ordinarium, cujus jurisdictio est restituta contra Exemptos id ignorantes, utrum ejusmodi sententia ligabuntur? qua de re similibusque quæstionibus Jo. And. & Franc. *d. §. ex parte.* Eadem inducuntur ad quæ- 2

stionem, num gesta per legatum revocatum subsistant? qua de re videri poterit Abbas *cap. excommunicatis num. 3. cum Apost. verb. revocatus de offic. leg. Fel. cap. cæterum n. 11. de rescript. Doctè Gondislaus de Villadiego tract. de Legato part. 1. quæst. 16. num. 1. & seqq.*

QUÆSTIO VII.

Cessante causa Exemptionis an cesset Exemptio.

SVMMARIVM.

1. *Mens privilegiantis semper consideranda.*
2. *Duplex est causa.*
3. *In dubio præsumitur causa Impulsiva.*
4. *Requiritur sententia declaratoria cessationis privilegii.*

1 PRæmitto, mentem & intentionem privilegiantis imprimis & antè omnia semper esse considerandam. *Iate Rom. cons. 29. num. 1. per ca. quanto c. porrò c. recepimus de privileg.* Idque etiamsi verba privilegii offendi deberent, *l. scire oportet § sufficit de excus. tutor. l. credendum ff. qui pet. tut. Rom. cons. 180. n. 10.* alioquin certè à verbis privilegii nunquam venit recedendum. *cap. sanè d. cap. porrò de privil. l. aliter de leg. 3. Franc. cap. 3. § ex parte n. 2. de conces. præb. in 6.*

2 Præmitto secundò, duplicem esse causam Impulsivam & finalem, illa est quæ concedentem impulit, hæc autem sine qua Princeps non erat privilegium concessurus. *Vitalis tract. de collatio. par. 2. q. 1. n. 2. late Nevisan. in Silva nuptiali lib. 1. nu. 199. & seq. Gigas de Pensionib. quæst. 22. num. 1. & seqq. DD. cap. cum cessante de appellat. Specul. de instr. edit. § nunc autem nu. 7. vers. item quod fuit ob causam concessum.* Itaque concludo, cessante causa finali exemptionis, cessare exemptionem. *fusè Tiraquell. tract. cessante causa par. 1. n. 210. late Dyn. cap. decet. de reg. iur. in 6. cum Apost. l. titia § usuras de leg. 2. Rom. cons. 180. n. 7. Ripa de peste tit. de privileg. ultim. volunt. n. 30. Bald. l. generaliter col. 3. vers. Secundo oppono C. de Episcop. & Cleric. Barth. d. § usuras. Spec. ubi supra. Præses in locis legalibus loco à cessante ratione per tot.* Secus si sublata sit tantum causa impulsiva *l. 2. § ult. cum l. seq ff. de donat. Dyn. d. cap. decet. in fine.* Porrò, si causa finalis sit quidem sublata, remaneant verò quædam illius reliquiæ, perinde est ac si adhuc integrè subsisteret, quemadmodum actio turpis non instituitur in eam quæ uxor esse desiit, idque in honorem præcedentis matrimonii, *l. 2. & 3. ff. rer. d. mor. latius Dynus explicat. d. ca. de. et.*

3 Ultra in dubio causarum præsumatur, dicendum quod impulsiva: proinde qui causam finalem allegat, eam specificè probare debet, *Dyn. d. cap. decet. in fine ubi longa*

Apost.

Apost. in verb. impulsiva. Vincent. Carocius sing. 561. Cognoscitur autem causa finalis privilegii ex illius proemio sive præfatione, quæ proinde est diligenter perscrutanda. *l. 1. ff. de orig. jur. ubi DD. l. fin. ff. de hæred. inst. Barth. l. cum his ff. de transact. Anton. de Prati tract. de jurisd. Episcopi cap. 4. n. 1.*

Illud autem hoc in tractatu non est omittendum, cum cessante causa privilegii, cessat privilegium, quod requiritur sententia rescissoria seu declaratoria. *Bald. cap. decet in add. Jo. Andr. & ibi expresse Franc. de Reg. juris in 6. & in cap. cum secundum de hæreticis in 6. Tiraq. tract. cessante causa par. 1. n. 220. & in rep. l. si unquam in verb. revertatur n. 398. C. de Revoc. donat.* qua de re etiam infra eodem libro *q. 31.*

QVÆSTIO VIII.

Sublata Exemptione aliquorum, an etiam censeatur sublata aliorum, qui in ea participabant.

QUæstionis hujus decisio pendet ex eis, quæ superius in eadem materia attulimus *lib. 1. quæst. 17. num. 18.* ad quæ lectorem ne superfluitate nimia simus oneri, remittimus.

QVÆSTIO IX.

An & quando censeatur revocata per hanc vulgarem clausulam, Non obstan. Privilegiis, Exemptionibus, &c.

SUMMARIUM.

1. *Generalis derogatio Exemptionum non comprehendit scriptas in corpore juris.*
2. *Princeps non præsumitur uno verbo tollere jura tot vigiliis promulgata.*
3. *Cautela est, ut privilegia inserantur libris statutorum.*
4. *Exemptio quam Princeps probabiliter ignorat, non tollitur contraria dispositione.*
5. *Exemptiones tolluntur speciali derogatione.*
6. 8. *Quid si contineant clausulam derogatoriam derogatoriæ.*
7. *Vis clausulæ quorum tenores habentur pro expressis.*
9. *Ad derogationem sufficit si constet de mente Principis.*
10. *Privilegium pluries confirmatum difficilius tollitur.*

DE vi & energia hujus clausulæ varii varia scripserunt, ut passim ex Doctorum scriptis fit manifestum. *Felin. cap. accedentes num. 41. de præscript. Guido*

tract. de rescript. n. 22. & seq. Io. de Selua tract. de beneficio part. 3. quæst. 14. Iason. l. 1. n. 16. de constit. Milis in repert. verb. privilegium non insertum & verb. clausula generalis fol. 71. & 72. latissimè Felin. in ca. nonnulli de rescript. Gigas de pensionib. q. 59. n. 9. Grammatic. decis. 20. Navarr. cons. 7. de privil. cons. 12. n. 5. de Regular. Franc. ca. 1. n. 5. & seqq. de cessib. prælat. in 6. Staphileus de gratiis. & expectativis §. insuper derogatur. Abb. ca. sum instantia n. 5. de censib. Eumus verb. Privilegium n. 16. Boer. tract. de potest. legati à latere n. 95. & seqq. Steph. de Fredericis tract. de interpret. iuris par. 2. n. 26. Rebuff. de privileg. Schol. privilegio 179. Barth. in extravag. ad reprimendum vers. non obstantibus. Ex quibus elicio sequentes conclusiones.

1 Prima, generalis derogatio exemptionum non comprehendit privilegia seu exemptiones scriptas in corpore juris. Go. l. 2. §. legatis, in verb. non compelluntur ff. de judic. ubi DD. glo. l. hæres impr. ff. eod. in Auth. qua in Provincia ubi: Barth. C. ubi de crimine agi oporteat. Barth. in extravag. ad reprimendum in verb. non obstantibus Quomodo in Læs. Majest. Rom. rep. l. si vero § de viro col. 18. fall. 2; ff. fol. matr. late Rebuff. d. privileg. 176. Landens. tract. de rescr. quæst. 87. Fel. c. nonnulli n. 26. de rescript. ubi Apost. Fedr. tract. de interp. iuris par. 2. num. 26. & seq. Spec. de instr. edit. §. nunc autem num. 5. vers. si vero.

2 Ratio, quia Princeps non videtur voluisse uno verbo tollere jura quæ tot vigiliis fuerunt promulgata, l. si quando C. de Inoff. test. Vitalis in tract. Clausularum verb. in clausula generali. Fel. cap. 1. n. 12. de rescr. & in cap. nonnulli col. 10. & 17. conclus. 11. eod. tit. Boer. rep. l. consentaneum fol 31. C. quomodo & quando. Ideo (inquit Rebuffus) d. 3 privileg. 179. n. 2. accepto à Principe privilegio expedit ut illud inferatur libro statutorum, nam si postea Princeps deroget privilegiis, non censebitur cogitaviſſe de insertis seu comprehensis in statutis. Capolla cautela 47. Paulus d. Auth. qua in Provincia Rebuff. in tract. nominat. q. 5. Accedit, quod Princeps difficilius censetur tollere velle jus commune quàm privilegium. arg. l. ejus §. militia ff. de test. milit. Pet. de Anchor. in rep. cap. 1. de probat. fol. 162.

4 Secunda, Exemptio non inserta in corpore juris, non tollitur, nec ei derogatur per contrariam dispositionem, in qua de dicto exemptionis privilegio non sit mentio, quod Princeps potuit probabiliter ignorare. Anton. Milis in repert. verb. Privilegium non insertum per c. 1. de constit. in 6. ubi Io. Andreæ Ant. de Amatis decis. 17. n. 5. Quod ampliatur, sive dispositio derogatoria habeat vim constitutionis aut extravagantis Io. Andr. cap. 1. super verb. constitutionem. Milis ubi supra, sive vim rescripti, aut cujusvis alterius scripturæ. Io. And. cap. 1. super glo. 2. de rescr. & in d. cap. 1. super verb. consuetudine per cap. veniens de resor. ca. ex multiplici de decimis l. 2. §. si quis à principe ff. ne quid in loco pub. Anton. Miles ubi supra. In confirmationem cujus sunt ea, quæ late attuli primo libro quæstione quinta, dum disserui, an sub dispositione generali comprehenderentur Exempti.

Ter-

Tertia, Speciali derogatione censentur Exemptiones esse abrogatæ. *Guido d.n.22.* 5
& probatur supra d.quæst.5. Spec.de instr.edit.§.nunc autem vers.& scias num.5.ubi id
probat.

Quarta, Si Exemptiones contineant clausulam derogatoriam non facientem pro- 6
priam & specialem mentionem, v.g. si ita concessæ sint, quod eis derogari non pote-
rit, nisi de eis fiat mentio de verbo ad verbum, censebitur eis derogatum clausula,
non obstantibus &c. etiamsi talia essent quæ deberent referri de verbo ad verbum.
Pulchrè Fumus verb. Exemptio n.11. Grammatic.decis.20. Navarr.d.cons.7.& 12. Fel.
d.cap.accedentes n.4. Selua d.quæst.14. Abb.d.cap.cum instantia n.5.late Fel.in repert.
verb.privilegium secundum an tollat primum habens clausulam derogatoriam fol.100.
col.2.in fin.& col.4.in fine. Navar.c.si quando excep.1.per tot.de rescript.ubi late & doctè.
Cui tamen conclusioni adversatur Anton. de Amatis *decis.17.per.tot.* asserens privile-
gium, de quo debet fieri mentio specialis, non tolli per clausulas generales, tum quod
forma revocationis non servetur, cum quia id quod expresse fieri debet, alio modo
factum non juve, confirmatur hæc conclusio argumento à testamentis ad privilegia.
Etenim si testamento posterioris colligatur, quod testator voluerit posterius illud
valere, satis est irritare præcedens testamentum, in quo est derogatoria ad sequens,
licet in posteriori non enarretur tenor de verbo ad verbum in derogatia requisitus,
quod communiter à DD. teneri testatur Jo. Dilectus *de arte testandi tit.10. per tot.*
Quod quidem minore scrupulo procedit, si derogatio facta sit per viam legis consi-
liatis. *Navarr.d. cons.12.* ac ita stilo Romanæ Curiæ est observatum, sufficit enim
communis clausula. Quorum tenores habeantur pro expressis, *Navarr.d.cons.12.* 7
Fel.cap.accedentes & cap.nonnulli n.6.vers.secunda declaratio de rescript.doctè Navarr.
d.except.1. Aliter enim dicendo detraheretur de potestate Pontificis, qui cum om-
nium memoriam habere non possit, proprio arbitrio concessa revocare non posset,
quod foret absurdum. *Feder.cons.46.doctè Abbas cap.cum instantia n.5.de Censibus.*
Fumus verb. Exemptio n.11.

Quinta, Si vero in secundo privilegio non sit derogatio clausulæ derogatoriæ 8
prioris non censetur exemptioni priori esse derogatum. *DD. jam allegati Fel.in re-*
pert.verb. privilegia quæ habent clausulam derogatoriam fol.100. col.4.in fine, videatur
Castr.cons.3.lib.1.ubi loquitur in exemptione Carthusiensium, late de his Feder.cons.233.
ubi de exemptionibus ordinis S.Clara & cons.37. eleganter Anton. de Amatis decis.17.
per tot.

Sexta, quandocunque constat de mente Pontificis derogare volentis, priori pri- 9
vilegio sufficit ut privilegium illud censeatur revocatum, quibuscunque verbis
Pontifex utatur. *Feder.de Senis cons.335.col.ult. Fel.c. nonnulli num.7.& 8.de rescript.*
Quemadmodum enim in dispositione privilegii semper dicimus mentem conce-
dentis esse intuendam, etiamsi à proprietate verborum esset recedendum. *supra eod.*
lib.

lib. quæst. 7. n. 1. ità & in revocatione privilegii dicendum est, contrariorum enim eadem esse solet disciplina, *Præses in locis legalib. loco à contrariis.*

10 Septima, privilegium à pluribus Pontificibus Principibusve confirmatum difficilius censetur tolli. *Decius cons. 165. n. 3.* præsertim cum accedit favor piæ causæ aut Religionis. *Decius d. cons. 165. n. 1. Cyn. l. n. C. quando imp. inter pupill. & vid. Finius opin. 641. Alex. cons. 123. n. 16. lib. 4. Ant. de Amatis d. Dec. 17. n. 9.*

QUÆSTIO X.

An censeatur exemptio revocata, si Pontifex contra illam aliquid rescripserit.

„ Minimè, ut testatur Panormitanus, his verbis *in cap. pro illorum n. 14. de præben-*
„ *dis.* Nota glossam, quod licet Papa mandet semel contra privilegium indul-
„ tum alicui Ecclesiæ, non per hoc censetur tollere privilegium, nec Clerici obedientes
„ censentur renunciare privilegio, sed poterit de privilegio opponi, si alia vice man-
„ daretur contra privilegium, de privilegio non habita mentione. Ita ille, Ratio est,
quia Exemptio unica contraventione tolli non potest, ut notatur infra *quæst. 14.* &
& qua ratione & solemnitate concedi, eadem & tolli debet. *l. nihil tam naturale, ubi Dec. & DD ff. de reg. juris.*

QUÆSTIO XI.

Obedientia Prælati Exempti an inducat quasi possessionem subjectionis, si Capitulum non consentiat?

SUMMARIUM.

1. *Subjectio cum sit incorporalis, an possit acquiri invito possessore.*
2. *Possessio incorporalium acquiri non potest sine patientia possessoris.*

„ Quæstionem hanc movet Panormitanus *cap. cum dilectus n. 7. de Relig. dom.* quam
„ hoc verborum tenore resolvit: Nota (inquit) hic, quod sola obedientia Prælati
„ exempti non sufficit ad transferendum possessionem subjectionis in Episcopum,
„ sed requiritur totus Conventus, hoc etiam sequuntur DD. sed ego tene-
„ rem hoc dictum in præjudicium Monasterii duntaxat, sed non in præjudicium
„ Papæ, nam non Abbas & conventus, sed Papa possidet subjectionem in Mona-
„ sterio, & hæc subjectio cum sit res incorporalis, non potest acquiri per alium
„ sine consensu illius, qui eam possidet, ut in l. 2. C. de servit. & aqua, vide quæst. seq.

„ num.

num. 2. Ubi patet, quod possessio incorporalium non potest quæri sine scientia & patientia possessoris, not. Innoc. in cap. bonæ 2. de potest Prælat. in cap. conquerente de offic. ord. Barth. l. 1. ff. de aqua pluv. arcend. facit quod notat. Innoc. ca. olim & 3. de rest. spol. & in cap. 2. de restit. in integ. ubi dicit, quod si subditi alicujus volunt etiam expresse mihi præstare obedientiam, non debeo eam capere, quia non possunt illi in me transferre jus in eis per alium possessum, facit ad prædicta cap. cum dilectus, de jure patronat. Ita Abbas, cui addo quæ notavi infra *quæst. sequente n. 2.* & notata per Oldratum cons. 79. & quæ præcedenti libro attuli in quæstione utrum confessio ex-empto præjudicet *quæst. 13. vide Fel. c. cum olim n. 3. fol. 62. de præscript. & doctè per Rochum de Curte tract. de jure patron. verb. competens n. 33.* Præterea quod alibi tradit Abbas *in c. cum Ecclesia. n. 24. sub fin. cum add. in verb. quasi possessio de causa possess.* & *propriet.* his verbis: Si unus Episcopus in domo alterius Episcopi hospitaretur mille vicibus, aut miles in domo alterius militis, non per hoc probaretur quæsita quasi possessio, nisi subsit aliqua præsumptio, puta quod talis fuisset, qui consueverat exige-re ex debito juris communis, puta Episc. visitando recipiebatur & procurabatur in domo subditi, vel Exempti, & exercebat ea quæ pertinent ad visitationem scienti-bus & consentientibus illis, qui hoc prohibere poterant, tunc enim præsumeretur quæsita quasi possessio arg. infra de præscript. c. cum ex officii & ea. cum olim de censibus cap sopitis & Rom. cons. 18. Ita ille. quibus addi poterunt quæ late traduntur per Franc. Bald. *tract. de præscript. in 10. quæst. 1. part. 3. part. principalis* & alibi per eum passim, ad quem brevitatis gratia relego lectorem.

QUÆSTIO XII.

Exemptio an præscriptione amittatur?

SUMMARIUM.

1. *Exemptio amittitur præscriptione quadragenaria.*
2. *Adesse debet scientia superioris.*
3. *Nec satis est, si officiali scientia accedat, nisi probetur de scientia Domini.*
4. 6. 7. *Exempti possunt se tueri ob non completam præscriptionem respectu Papæ.*
5. *De jure tertii quando possit excipi.*
8. *Exempti præjudicare non possunt Exemptioni.*
9. *Præscriptio continetur sub alienatione.*
10. *Exemtio cum clausula irritante amitti non potest præscriptione.*
11. *Decretum irritans inficit titulum, ligatque ignorantes.*

Acquirì

ACquiri præscriptione supra traditum est *par.1.quæst.6.* nunc investigandum,
1 an eodem titulo amittantur, qua de re etiam Antonius de Butrio & Doctores suis in locis. *Butr.in cap.pervenit.col.15. circa med.vers.ex hoc infertur de censibus Bertachinus tract.de Episcopo lib.4.quæst.20.secundæ partis. Balb.de præscript.parte 1. quintæ partis quæst.12.n.7.vers.quid autem. Abb.ca.ad audientiam n.12. & seqq. de præscript.* tradiderunt, contra exemptionem præscribi curriculo annorum quadraginta, eoque temporis spatio Exemptos in potestatem & jurisdictionem sui ordinarii recidere. *late Abb.d.n.12.& seqq.*

Nec mirum, id enim exposcit natura correlativorum, ut quemadmodum inferior adversus superiorem præscriptione temporis libertatem acquirit, ita quoque superior eodem titulo superioritatem & jurisdictionem recuperare possit, ut latè in præscriptione jurium Episcopalium tradit Balbus *ubi supra quæst.10.11.12.* pariterque in præscriptione emancipationis seu existentiæ sui juris, ac in potestatem seu subjectionem reversionis, *in 2.parte quartæ partis 3.quæst.6.& partis quæst.7.& 8.* Regulari enim hæc Exemptionum jura ad instar emancipationum manumissionumve initio hujus operis ex Rebuffo & aliis probatum est *lib.1.quæst.1.*

2 Porro, in hac præscriptione notandum, non sufficere curriculum præracti temporis titulatum, sed præterea oportet adsit scientia superioris, cui Exempti subiiciebantur. Quippè quod in ejusmodi incorporalibus quasi possessio, & per consequens præscriptio non quæratur, nisi data scientia illius ad quem jus illud spectat. *Docte Capitetus decis.57.l.pen.ff.de servit.l.1.& 2. ubi Barth.C.eod. & in l.1.§.denique ff.de aqua pluvia arcend.in l.1.§ fin.ff.de itinere actuque privat expressim Abbas cap.cum dilectus n. 7.per tot.de Relig.dom.in cap.conquerente num.8.de offic.ord. Barth.l.si publicanus §.2.ff. de publicanis. Fel.cap.auditis de præscript.dixi quæst. præcedente n.1.& 2.*

3 Ideo & in simili exemptionum præscriptione scientia ejus quem res tangit requiritur, nec satis est si adsit scientia alicujus ejus substituti seu officialis. *Barth.& Capit. supra Salic.l.2.vers. Sed non C.nova Vectigalia Jason.l.imperium col.14. vers.circa illud ff.de jurisd.om.jud.expresse Bald.l.1.in pr.in 2.lect.ff.de officio ejus.*

4 Adhæc notandum quoque, licet contra exemptionem præscribatur annis quadraginta, poterunt tamen Exempti, qui immediate Rom. Pontifici subiiciuntur, se tueri præscriptione centenaria nondum completa, ut parte prima *quæst.35.* probatum est. Nam translatitium est, quod quis ex jure tertii sese defendere possit, quod est exclu-
5 sivum juris agentis. *cap.mandatum de rescript.cap.cum dilectus de jure patron.cap. auctoritate de concess.præbendæ late Sasius l.qui cum ff.de except.rei jud.in l.sciendum §.sed si n.3.ff.de separat & cons.12.n.76.77. & 113. Rot.decis.1.n.3.ut lite pendent.in antiquioribus.& decis.5.eod.tit.in antiquis. Abb.c.licet n.3.cum ca.de suppl. neglig.prælat.& d.cap. ad audientiam n.12.vers.in contrarium.*

6 Atqui, certum est (inquit Abbas) quod contra Ecclesiam Romanam etiam re-

spectu

ſpectu juris, quod habet in Eccleſia Exempta, non currat præſcriptio niſi centenaria, *cap. cum dilecta de confirmat. utili & dixi ſupra quæſt. 35.* Ergo poteſt Eccleſia inferior dicere Epiſcopo, non potes erga nos uti juriſdictione, quia ſumus immediatè ſubjecti Eccleſiæ Romanæ, contra quam non eſt completa præſcriptio centenaria, ita verbatim Abbas *d. cap. ad audientiam num 12. verſ. in contrarium & poſt eum etiam nominatim Fel. ibi num. 17.* Ratio eſt, quia ejuſmodi exempti præjudicare non poſſunt ſuæ exemptioni. *tex. cap. cum tempore de arbitr. Fel. d. numer. 17. & dixi part. 2. 9. 6. & 7.* Tum quod Papæ interſit multos habere ſibi immediate ſubjectos. *Clem. Paſtoralis de rejudic. Rebuff. reſp. 142.* Tum quod exemptorum omnium interſit non mutare immediatum Dominum maximè Papam, quo nullus in orbe major. *Innoc. cap. fin. de major. & obed. not. in cap. auditis & per Abbat. d. cap. ad audientiam num. 13.* Præjudicare autem viderentur, ſi pro libitu & arbitrio in Exemptione ſua præſcriptionem patereatur, Quippè quod qui præſcribi permitti dicatur, etiam alienare & juri privilegiove ſuo renunciare. *l. alienationis verbo ff. de verb. ſignif. ubi Rebuff. & DD. Redoanus tract. de Rebus Eccleſiæ non alienandis quæſt. 2. cap. 2. num. 6. & ſeq.* Ideoque Regulariter à quo removetur alienatio, ſeu juris proprii repudiatio, ab eodem etiam removetur præſcriptio. *d. l. alienationis & l. cum ſponſus §. ſed ſi talis ff. de public. in rem act.* Unde res dotales, Eccleſiaſticæ, minorum ſimileſque ſub prædicta alienatione comprehenſæ, prohibentur etiam præſcribi. *l. 1. §. cum lex. C. de rei uxor act. l. 1 ff. de fundo dot. l. ſed ſi pecunia §. nec uſu fructf. de reb. eorum l. 1. C. ne rei Dominicæ vel templorum vendicatio temporis præſcriptione ſubmoveatur. Redoan. d. num. 6.* Idque non modò in rebus corporalibus, ſed etiam in incorporalibus juribus, actionibus, Exemptionibus, quas quia ita negligit, ut tempore vel præſcriptione pereant, res ſuas diminuere & labefactare judicatur, *l. 1. §. quod ſi in lite ff. quæ in fraud. patroni DD. l. fin. C. in quibus cauſis reſtit. in integ. non eſt neceſſ. Bald. & DD. Auth. hoc jus porrectum C. de ſacroſ. Eccl. Fabianus de Monte tract. de empt. & vendit. quæſtionis quartæ quæſt. 21. num. 14. Redoan. d. cap. 2. ubi late.* Fallit autem hæc concluſio, quando exemptioni adjecta 11
eſt clauſula irritans ſeu prohibitiva, tum enim per contraventionem aut per præſcriptionem Exemptio amitti non poteſt. *Fel. cap. cum acceſſiſſent num. 30. verſ. quarto limita de conſtit. Alex. conſ. 103. lib. 2. Rot. deciſ. 3. de privileg. in antiq. Menoch. lib. 6. præſ. 41. num. 10. Archid. cap. cum de beneficio de præbend. in 6. Abb. infra cap. pro illarum nu. 4. de præbend.* ſecus inquit Rota *d. dec. 3.* quando privilegium ſimpliciter eſt conceſſum.

Ratio hujus tallentiæ eſt, quia præſcriptio non datur ubi deeſt titulus, & bona 12
fides cum poſſeſſione. *Abb. cap. cum noſtris de conceſſ. præb.* Decretum autem irritans inficit titulum & poſſeſſionem. *Caputa q. dec. 18. Flamin. de reſignat. lib. 6. quæſt. 5. numer. 57.* ligatque ignorantes *Flam. de reſig. lib. 5. quæſt. 6. num. 220.* Afficitque omnia quæ ſequuntur, ut nec juris effectum nec fomentum habeant. *Idem Flam. lib. 11. qu. 7. num.*

7. num. 25. Cassad. dec. 1. n. 7. de rest. spol. Branden. ad concord. Germaniæ q. 2. in prin. n. 4. Gonzalez. ad Reg. VIII. Cancell. glo. 67. ubi latissimè.

QVÆSTIO XIII.

Exemptiones an amittantur per non usum?

QUæstio hæc affinis est præcedenti, quam panormitanus discurrens dicit tot in ea fuisse sententias, quot capita, *in cap. cum accessissent nu. 6. ubi etiam latissimè Felin. nu. 23. & seqq. de constit. ubi certatim omnes.* Paucis, non attinent hic quæ Doctores variis in locis de privilegio affirmative concepto seu quod in faciendo, consistit attulerunt, censuerunt enim passim illud amitti, cum privilegiatus decennio usus non fuit, si illo voluntarie uti potuisset, non autem si ob necessitatem non evenientem usus non sit ex eo quod occasio utendi se non obtulerit, tum enim qui nulla negligentiæ culpa non utenti imputari potest, privilegium non amittetur, etiamsi illo ultro hominum memoriam, imo mille annos non sit usus. *DD. l. fin. ubi Jason. numer. 25. de const. princip. & in l. falso C. de diverss. rescript. late Gaill. lib. 2. obser. 60. num. 1. & seqq. Abbas cap. Abbate n. 18. cum Apost. de verb. sig.* quod latius prosequi operæ prætium nunc non duxi, si sit opus, aditi poterunt ipsi fontes, è quibus omnia velut ex cornu copiæ haurientur. Incidenter autem hic quæri potest, cui incumbat probatio usus privilegii? In ea sic distinguit Rota novissima. *decis. 67. per tot. par. 2.* Aut usus privilegii à privilegiato allegatur, & tunc illius usus præsumitur *Grescent. decis. 79.* Aut privilegiatus negat usum privilegii, & tunc privilegii usum allegans probationis onus incumbit. *Achil. decis. 1. de probat.*

QVÆSTIO XIV.

An amittatur per contrarium actum?

SUMMARIUM.

1. *Immunitas privatæ personæ concessa, amittitur contrario actu.*
2. *Nisi fiat protestatio.*
3. *Ex unica solutione reditus agi potest ad continuationem solutionum.*
4. *Exemptio habens clausulam irritantem nulla contravention amittitur.*
6. *Communitas non perdit privilegium nisi longissimo tempore.*

Distingui ita communiter solet, aut enim Exemptio seu immunitas concessa est personæ privatæ aut vero communitati, Ecclesiæ, seu toti alicui ordini. 1
Primò casu regulariter amittitur contratio actu directè ei contrario, quia ejusmodi contraventio inducit renunciationem *cap. cum accessissent ubi Abb. num. 7. de const. text. l. 2. C. de jure Domini Impetr. Barth l. 1. n. 1. C. de his qui sponte munera civilia subeunt. lib. 10.*

Secus inquiunt si contraventio non sit ex diametro contraria, exemplum, si habens immunitatem à muneribus publicis, acceptet aliquod ultrò & sponte, non enim sibi 2
idcirco præjudicabit in aliis. *l. voluntariæ ubi Faber & DD. C. de excus. tut. Barth. l. 1. in fin. ff. de constit. princ. Alex. cons. 33. n. 8. vol. 5.*

Quod primò limitatur in munere decurionatus, ultrò enim illud suscipiens, in cæteris omnibus sibi præjudicat, nisi expressim protestetur *l. 1. & 2. ubi DD. C. de his qui sponte munera civil subeunt lib. 10. Alex. d. cons. 33. Fel. d. ca. cum accessissent n. 28. cum seq. l. semper §. fin. ff. de jure immunit.*

Secundò, nisi ex parte Exempti accedat, interponaturque protestatio. *Barth. Alex.* 3
Fel. ubi supra. Ratio, quia Regulare est, quod actus suapte natura voluntarius prolixiorem obligationem inducere non possit, quam ex eo actum est. *tex. d. l. voluntarie ibi DD. Alciat. l. 1. vers. Octavus casus C. de edendo.* Ideoque licet unica solutione reditus agi possit contra solventem possessorio judicio ad continuationem solutionum. *molin. de usur. quæst. 20. num. 208. & seq. Grimand. des usures. lib. 1. cap. 20. per tot. Rom. cons. 311. Guid. quæst. 407. Petr. Jacobi in Libello super pensione seu reditu vers. Item credo. Chassan. ad consuet. Burg. Rubr. des cens §. 2. vers. & prædicta Abb. cap. cum Ecclesia num. 23. & seq. de caus. poss. & propr. Alciat. si certis annis ad verb. imposterum. in fin. C. de pactis*, si tamen solvens protestationem interposuerit, quod id non animo possessionem inducendi faciat, liberabitur. *Gigas de pensionib. quæst. 61. & 73. Alciat. l. si certis annis vers. nisi C. de pact. Bellenc. tract. de charit subsid. qu. 61. Abb. d. cap. cum Ecclesia num. 24. in fine latè Menoch. lib. 1. præsumpt. 25.* Prout quoque de immuni seu Exempto à collectis dicitur, qui si solvat cum pacto seu protestatione quod sibi nolit præjudicium generari, sibi non præjudicat. *Gigas de pens. quæst. 71. num. 2. Abb. d. cap. cum accessissent num. 7. cum Apost. Petr. Antiboli tract. de muneribus par. 3. num. 37. cum seqq.* Tertiò fallit, nisi Exemptionis privilegium habeat clausu- 4
lam irritantem, seu annullativam, scilicet cassantes & irritantes, eo enim casu exemptio nulla contraventione, nulla etiam præscriptione amittitur. *Archid. cap. cum de beneficio num. 2. de præbend. in 6. ubi Franc. num. 3. & 4. Gaill. d. obser. 60. num. 12. lib. 2.* Ratio est, quia per ejusmodi clausulam irritantem constat de superioris voluntate, quæ nulla omnino contraventione elidi potest. *tex. cap. dilecto ubi glo. verb. clausula & Abb. num. 14. de præbendis. Schurff. cons. 14. num. 3. & seq. cent. 1. & dixi supra li. 2. quæst. 5. sub fine.* Quod maximè obtinet in hac exemptionum specie.

Non enim licet ejusmodi Exemptis suo privilegio renunciare, ut frequenter hactenus dictum est *per cap. cum tempore de arbitris late supra par. 2. quæst. 4. §. 6. 7.*

Secundo casu, non perditur Exemptio per actum contrarium, nisi longissimo tempore, ut capite 12. dictum est. *tex. cap. si de terra ea accedentibus ubi glo. verb. per 40 annos & Abb. cap. ut privilegia n. 4. de Privileg. Fel. & DD. d. cap. cum accessissent.*

QUÆSTIO XV.

An amittatur propter delictum?

SUMMARIUM.

1. *Clericus delinquens non ideo perdit privilegium Clericale.*
2. *Dispositio in mettente, extenditur ad mensum.*

IN hoc articulo video diversitatem esse inter jura Civilia & Canonica, & quidem jure Canonico, quod hac in materia sequendum est. *cap. 1. ubi DD. de novi operis nuntiatione* Doctores hoc pacto distinxerunt, *Butrio, Abbas. Felin. & certatim omnes in cap. fin. de foro compet.*

1 Quoddam est privilegium eximens à certo genere judicum & transferens in aliud, & istud non tollitur per delictum superveniens, id quod etiam est conforme juri civili, exemplum in Clerico, qui si delinquit, non ideo perdit privilegium fori Clericale. *cap. si judex Laicus de sent. excom. in 6. cap. contingit ea. in audientia extra eod.* nisi tamen in casibus jure expressis, *cap. perpendimus de sent. excom. ca. Unico de vita & honest. Cler. in 6.* Quod etiam concludendum est in Exemptis, cum enim alterum est metiens, alterum mensum, dispositio legis in metiente extendenda est ad mensum. *Dom. & Franc. in cap. 1. de temp. ordin. in 6. Navarr. in Manuali cap. 22. num. 72. vers. ad quæstionem dixi supra lib. 1. quæst. 45. n. 4.*

2 Quoddam est privilegium eximens à jurisdictione certæ speciei judicum, ut quando eximitur quis à jurisdictione Episcopi, remanet tamen sub eodem genere jurisdictionis, scilicet sub Apostolico, quo casu si Exemptio sit localis seu concessa respectu certi loci, delinquendo extra locum exemptum, amittitur exemptio. *ex. cap. 1. de privileg. in 6. dixi late supra par. 2. quæst. 45. casu 3. 20. 21. & 54.*

Si vero exemptio est personalis, seu Exemptio concessa personæ non respectu certi loci, tunc privilegium non tollitur per delictum. *d. ca. 1. § in eos & late supra d. casu 320. & 54.* quo (inquit Abbas) notandum est, pro Capellanis scriptoribus sedis Apostolicæ aliisque ejusmodi qui eximuntur non habito respectu ad certum locum, sed ad personam, tales enim non poterunt puniri in loco delicti per ordinarium, sed debent remitti ad judicem contentum in privilegio. *Abbas d. cap. fin. n. 11. vers.*

vers. & hoc etiam est notandum v supra d.casu 3.20.21.54. quod tamen intelligendum est, nisi concurrat alia causa accumulans jus conveniendi, qua de re tractatum est à me loco jam allegato *d.q.* 45. Cum enim varia occurrere possint, ob quæ Exempti jurisdictioni ordinarii restituantur, de quibus sparsim tractavi libro præcedente *quæst.* 40. eorum omnium apta dijudicatio pendet ex serie privilegiorum, quæ cum facti sint, nec hujus loci sunt, nec instituti.

QUÆSTIO XVI.

Exemptio an revocetur propter ingratitudinem?

SUMMARIUM.

1. *Exemptiones ex causa ingratitudinis ad instar donationum & feudorum revocari possunt.*
2. *Donationes ex causa ingratitudinis revocari possunt.*
3. *Exemptiones ob ingratitudinem revocari possunt.*
4. *Dummodo notabilis sit.*
5. *A revocatione donationis ad feudum procedit argumentum affirmative.*

QUa ex causa donationes revocari possint, eadem etiam immunitates revocari posse passim traditum est. *Imol. ca. cum M. col. 2. de constit. Decius c. novit col. 7. vers. 4. fallit de iudic. Bald. l. 2. in fin. C. de libert. & eor. liber. Apost. ad Abbatem cap. cum accessissent n. 7. verb. Renunciare privilegio de constit.* Unde cum donationes manifesto jure ex causa ingratitudinis revocari possint, *tex. l. 1. l. his solis cũ Authẽ. seq. l. donationes generaliter C. de revocand. donat.* merito dicimus etiam ob ingratitudinem exemptiones revocari posse, id quod nominatim plurimi tradiderunt. *Bald. d. l. 2. in fine C. de libert. & eor. liber. Restaurus tract. de Imperat. qu. 55. n. 13. Franciscus Lucanus tract. de fisco part. 1. casu 126. n. 126. Rebuff. in praxi benefic. tract. de privileg. & rescript. n. 49. Laudens. tract. de rescript. quæst. 48. Curtius de Feudis par. 4. n. 1. & 2. in fin.* 1 2 3

Ingratitudo inquam non qualis qualis, sed tanta quæ ejusmodi animadversionem & privilegii revocationem mereatur. *arg. d. l. fin. C. de revoc. donat. Baldus cap. illud enim n. 1. quæ fuit prima causa beneficii amitti. Curtius d. part. 4. n. 1. & seqq.* quod maximè in exemptionibus seu immunitatibus civilibus obtinet, quæ concessæ sunt in remunerationem seu recompensationem servitii, seu alterius rei. *late Restaurus tract. de Imperatore quæst. 55. per tot.* ac etiam in muneribus seu officiis quibuscunque collatis non gratuitò, sed ob causam, & recompensationem seu remunerationem beneficiorum seu pecuniarum, aut servitiorum præstitorum, quæ proinde, teste Bachesio in suo celebri tractatu, nunquam ab homine separari, ac divelli possunt, 4

nisi ejus morte, resignatione vel perpetratione criminis, secuta desuper declaratoria sententia & solemni privatione. *Baket au traite du droit du domaine de la couronne de France par. 5. cap. 17. per tot. Rebuffus d. quæst. 55. n. 9. & per tot. & quæst. 114. nu. 3. & seqq.* Idque argumentum ducendo à feudis, quæ cum ob benemerita seu servitia concedantur, non aliter revocari possunt, quam certis ex causis in jure expositis. *Bald. Alvar. & DD. tit. quæ fuerit prima causa beneficii amittendi per tot. latissime Cumanus d. par. 4. Alvarott. ubi supra §. illud enim n. 1. v. Guill. lib. 2. obs. 156. per tot.* licet Abbas censuerit, ejusmodi feuda in remunerationem seu recompensationem pecuniæ, seu servitiorum concessa, nulla prorsus ex causa vel ingratitudine revocari posse, ex quo inquit, magnitudo meritorum veniant cum demeritis compensanda. *Abb. cons. 30. n. 3. vers. quinto & ultimo, l. 2. per tex. l. si pater §. 1. l. Aquilius ff. de donat.* Id quo pacto sustineri possit non video; facilius enim & levius longè teste Fabro revocantur feuda quam donationes. *Faber. §. sciendum n. 2. sub finem de donat.*

5 Unde illatio & Abbatis auctoritates negativæ à donationibus ad feuda, nempe donatio tali ex causa non revocatur, ergo nec feudum non subsistit, sed benè econtra inducendo affirmative, videlicet tali ex causa donatio est revocabilis, ergo & feudum, *late Constantinus Rogerius l. donationes 32. §. species n. 18. ff. de donationib.* quæ latius prosequi non est hujusce instituti.

QUÆSTIO XVII.

Idemne sit, si ordinario noceatur?

SUMMARIVM.

1. *Exemptus si ordinarium opprimat, jure Exemptionis cadit.*
2. *Prætextu privilegii crescere non debet flagitiorum auctoritas.*
3. *Delictum seu reatus omnem honorem excludit.*
4. *Privilegium meretur amittere, qui permissâ sibi abutitur potestate.*

1 UTique: censuit enim conceptis verbis Cassadorus, quod si Exemptus ordinarium opprimat, exemptionis suæ privilegium amittere debere, idque (inquit) ut in quo deliquit, in eo etiam puniatur, *Cassador. decis. 6. num. 4. de privileg. per cap. Pastoralis in fin. de jure patr. cap. privilegium 11. quæst. 11. glo. d. cap. Pastoralis in fine.*

2 Tum quia prætextu privilegii crescere non debet flagitiorum auctoritas. *l. 2. C. de Privileg. Scholar. lib. 12.* Tum quod delictum seu reatus omnem honorem excludat. *cap. privilegium 11. quæst. 3. Bermundus tract. de Publicis concubinariis in glo. verb. Pertinet. fol. 216. text. l. 1. C. ubi senatores l. quoties C. de dignitatibus lib. 12.* Tum quod

privi-

privilegium mereatur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate. *cap. suggestum de Decimis Anfrer. in rep. Clem. 1. not. 4. de offic. ordin.*

QUÆSTIO XVIII.

Exemptionis parte revocata, an censebitur tota revocata?

SUMMARIUM.

1. *Cassatio partis privilegii inducit in reliquis confirmationem.*
2. *Quando privilegium continet plura capita æque principaliter, si privilegiatus renunciet uni capitulo, an totali videatur renunciare.*
3. *Valet argumentum à lege ad privilegia.*

IOannes de Selua in suo tractatu de beneficiis quæstionem hanc in medium po- 1
n t. eamque negative resolvit *par. 7. quæst. 23. numer. 56. per cap. si eo tempore de elect. in 6.* Ratio est, quia cassatio partis privilegii inducit in reliquis confirmationem, *l. Trbunus §. fin. ubi Bald. de test. milit. facit l. alumna §. qui filias in fin. ff. de adimendis legatis Albert. Brunus tract. de mutat. & transformatione, membro 2. conclusione 18. nu. 70.* Deind: quando privilegium continet plura capita æque principaliter, si privilegia- 2
tus possit renunciare uni capitulo, non videtur renunciare totali privilegio, seu alteri capitulo, *arg. l. etiam ff. de minorib. l. quædam mulier. ff. familiæ hercis. Castrens. cons. 431. nu 7. par. 1. fol. 223.*

Confirmatur argumentum sumendo à lege ad privilegia, id est privata legia seu privatas leges ut diximus supra *lib. 1. quæst. 1. n. 5.* Sicut enim inquit Modestinus, *l. de-* 3
rogatur ubi Alciat. ff. de verb. sig. derogatur legi, cum pars detrahitur, abrogatur cum prorsus tollitur. Item sicut lex in nihilo recepta ad nihilum obligat, aut in una sola parte recepta, quoad illam solam obligat. *Navarrus in Manuali cap. 23. n. 40. & 62. l. qua de tota ff. de rei vendic.* Ita etiam in privilegiis censendum est: Huc conferunt quæ alibi notavimus de concilio pro parte recepto, quod pro parte tantum obliget, non opus erit ea iterum hoc loci refricare, *v. supra lib. 1. cap. 50. num. 29.* Item quod de stipulatione pro parte inutili adfert Bartholus *in l. certi condictio §. si nummos n. 12. vers. idem est. ff. si cert. petatur*, & quod de dolo dante causam contractui bonæ fidei plures res continente adfert Baldus Novellus *tract. de dote par. 7. privil. 35. n. 2. ubi latè per. l. scire debemus ff. de verb. obligat.* & quod lex pro parte correcta esse potest, pro alia minimè. *Cavalcan. decis. 30. n 10. & 16. par. 2.* ex istis enim hic articulus amplificari & confirmari posset.

QUÆ-

QUÆSTIO XIX.

Destructo loco Exempto, an censeatur amissa Exemptio.

SUMMARIUM.

1. *Re perempta pereunt illius jura.*
2. *Collegium perit mortuis collegis.*
3. *Destructo loco, Exempto perit Exemptio.*
4. *Civitas ad aratrum judicata perdit privilegia.*
5. *Quod verum est, si fiat autoritate superioris.*
6. *Fallit si alio transferetur.*
7. *Destructo ordine, an pereant privilegia Monasteriorum.*
8. *Destructa Civitate an censeantur destructa castra.*

1 REgulare est in jure, quod perempta re, pereant quoque illius jura, tam activa quam passiva, *late Albertus Brunus tract. de interitu & perempt. conclus. 5. per tot.* Id enim in emphiteusi, usu fructu, superficie, re commodata, pignorata, vendita, debita, aliisque ejuscemodi decisum animadvertimus, quibus peremptis, notum est, perire etiam earum jus & obligationem. *C. de jure Emphit. l. sicut ff. quib. mod. pig. vel Hypoth. solvitur. l. 1. & ibi not. C. commodati l. inter stipulantem § sacram & ibi no. ff. de verb. oblig. l. 2 ff. de usufr. l. fin. ubi Barth. ff. de superficieb. late Abb. Brunus d. concl. 5.* Similiter, si domus in litore maris fundata diruatur, Dominus amittit jus soli, quod revertitur ad primævam suam naturam, *l. in tantum ff. de Rer. divisione l. Aristo. ff. eod.*

2 Item mortuis omnibus de Collegio, jus collegii extinguitur, per eumque ejus privilegia fiuntque bona vacantia, *Abb. cap. recolentes de statu Monach. Archid. cap. in nullo 18. quæst. 2. glo. DD. l. sicut § fin. ff. Quod cujusque univers. DD. cap. ex injuncto de novi oper. nunt. DD. l. si servitutes § si sublatum ff. de servit. urb. prad. Bald. & Ang. l. proponebantur ff. de judic.*

3 Unde similitudine eorundem jurium, dicimus destructo superioris auctoritate loco Exempto, perire etiam loci Exemptionem. *cap. Abbate ubi glo. Abb. & DD. de verb. signific. Innocent. d. cap. cum ex injuncto nu. 2. ubi DD. de novi oper. nunt.*

4 Ratio est, quia per ejusmodi destructionem fit mutatio status, & quædam velut capitis diminutio. *Petrus de Perusio tractatibus de mutatione status Ecclesiarum & Ecclesiasticarum personarum*, sicut in civitate seu oppido dicitur, quod authoritate superioris condemnatum est ad aratrum. *Bald. de pace const. verb. Imperialis num. 8. & cons. 322. 367 num. 6. vol. 3. per tex. l. si usufructus ff. quib. mod. usufr. amitt. glo. cap. Pastoralis 7. quæst. 1. in verb.* revertaris: perdit enim omnes exemptiones, immunitates, & omnia jura, *tex. l. cognitionem § consumitur ff. de variis & extra ord. cognit. Bald. l. fin*

num

num. 24. ff. de colleg. illic. Afflict cap. 1. n. 12. cum seq. de capite Conradi. Alex. cons. 43. n. 2. vol. 1. Curt. Sen. cons. 26. n. 4. glo. c. privilegium verb. privilegium ubi Franc. n. 3. de Reg. juris in 6. Quod ipsum adeò verum est (inquit Innocent.) quod destructâ Ecclesiâ civitate, collegio, nemo amplius vocari debeat Canonicus seu Clericus, civis, collega, per destructionem enim amissa sunt jura ac privilegia, ideoque prædicti tales esse desierunt. *Innoc. d. cap. cum ex injuncto n. 2. gl. d. cap. privilegium per tex. cap. plaeuit dist. 1. de consecr. Bellon. cons. 1 n. 7. DD. ubi supra.* Declaratur primò id verum, si 5
destructio fiat auctoritate juridica superioris. *DD. ubi supra Barth. d. §. sacram. n. 10. & 11 cum Apostilla, Brun. d. tract. de interitu Concil. 5. n. 13. Gail. lib. 2. obser. 61. n. 1. & 6.* Secus verò si violentiâ aut propriâ privati autoritate, *glo. & Franc. d. cap. privilegium & d. cap. pastoralis 3. Gaill d. obs. 61. num. 6. & 7. Gregor. Sayrus in Thesauro Theologiæ moralis par. 1. lib. 5. cap. nu. 16.* Ratio petitur ex Baldo, quia ejusmodi locus destructus intellectu nostro, sive aliquo materiali corpore dicitur vivere, ejusque animam sine corpore extare, ac proinde privilegia sua omnia retinere, non secus quàm de 6
civitate dicitur, quæ extincta à Tyranno vel hostibus, nihilominus tamen superesse censetur. *arg. l. mortuo ff. de fidejussor. l. hæreditas ff. de petit. hæred. Bald. in Margarita verb. Civitas. Innocent d. cap. cum ex injuncto. Gaill. ubi supra n. 7.*

Declaratur secundò, nisi locus destructus alio in loco ædificetur, tum enim suæ immunitates, exemptiones, suaque privilegia retinebit. *Bellonius d. cons. 1. nu. 5. Curt. d. cons. 26. Albericus d. l. si usufructus & DD. ubi supra* Ratio est, ex natura surrogatorum, posterior enim locus surrogatur in jus & privilegia prioris *per tex. l. si eum §. qui injuriarum ff. quis caut ubi glo. in verbo danda, l. duobus §. 1. ff. de jurejur. Gail. d. obs. 61. num. 8. & præses in locis loco à surrogatis, latè Brunus tract. de mutatione memb. 2. concl. 17. num. 69.*

Declaratur tertio id verum, si privilegium detur ordini, destructo enim ordine, 7
tollitur etiam privilegium, Secus verò, si datum sit v.g. Monasterio seu possessionibus Monasterii, tunc enim destructo ordine, non censetur amissum privilegium. *Abb. cap. Abbates n. 16. in fine de verb. signif.*

Unde (inquit Petrus de Perusio) si destruatur ordo, sicut fuit destructus ordo templariorum, destructa etiam censebuntur omnia Monasteria quæ sunt membra istius ordinis, *tract. de mutatione status Ecclesiarum cap. 3. num. 12.* Tum quia mortuo capite, pereunt membra. *l. cum in diversi. ff. de relig. & sumptib. funerum.* Tum quia membra veniunt accessoriè ad ipsum ordinem, unde non mirum si ordine destructo, destructa etiam videantur membra, velut accessoria ordinis. *Petr. de Perus. ubi supra num. 12.* Secus autem, juxta Panormitanum *d. num. 16.* si membris æquè principaliter privilegia sint indulta. Aliud de civitate censuit Baldus *cap. Imperialis nu. 9.* 8
cum Apost de pace Const. quæ destructa sed ad aratrum condemnata, non ideò censebuntur ejus castra seu membra ad aratrum condemnata, *per not. c. felicitas de pœnis*

& cap.

& c. si civitas de sent. excom. in 6. Bald. d. n. 9. cum Apost. Idque quia ejusmodi membra seu castra stant per se, ac eis æque principaliter privilegia concessa sunt, ad quod conferunt quæ supra diximus quæst. 17. par. 1. vers. secundo quod si ordo de participantibus in privilegiis aliorum, quæ hic brevitatis causa nolo repetere.

QUÆSTIO XX.

Si locus restauretur, an recuperabit exemptionem.

SUMMARIUM.

1. Solemnitas eadem opus est in restitutione, quæ in concessione.
2. Quod restituitur, numquam est idem numero.
3. Res in pristinum statum restituta priora jura recuperat.
4. Servitus restituta non est nova, sed pristina
5. 6. Distinguendum utrum locus destruatur auctoritate superioris, aut casu.
7. Item an cum spe refectionis.
8. Pons destructus & postea restitutus, recuperat priora jura.
9. Tantum adfert restitutio, quam absolvit læsio.

PRo parte negativa possent varia adduci, imprimis quidem, quod solemnitas
1 quæ requiritur in actu seu exemptione concedenda, requiratur etiam in reparanda seu restituenda. *Jason. rep. l. quo minus numer. 189. ff. de fluminibus. Bald. si ut proponis 2. numer. 1. C. de nupt. & in Margarita verb. civitas, latissimè Brunus tract. de refectione concluſ. 3. numer. 9. & seqq. vol. tract. 17.* Locus enim restauratus non est qui fuit, sed novus, argumento ejus, quod de servo manumisso, aut reditu extincto proponitur, si enim in servitutem redigatur servus, non idem homo qui fuit ante est, sed alius. *l servus legatus in fin. de odim. legat.* Et si schyphorum usufructus legatus sit, deinde massa facta & iterum scyphi, non tamen illi sunt quorum ususfructus legatus est, *l. qui usumfructum ff. de usufr. l. repeti §. rei mutatione. ff. quibus mod. usufr. amittatur*, similiter, si quis renuncietur in commodum proprietarii usufructui, & proprietarius effectus pleno jure Dominus, usumfructum
2 restituat, non idem est usus fructus, qui ante unitus & consolidatus fuit proprietati, *l. si usufructus ff de jur. dot. § finitur inst. de usufr.* Quod enim restituitur, nunquam est idem numero. *d. l. repeti §. rei.* Pro affirmativa autem stat regula, quod res in pri-
3 stinum statum restituta, priora jura recuperat. *l. & Aulcinus ubi glo. fin. in fin. ff de servit. rust. præd. cap. ab exordio cum glo. dist. 36. glo. cap si de corpore 36. quæst. 6. text. l. & si forte in pr. l. loci § fin. ubi flor. ff. de servit. urban. prædiorum.* Sic servitus confusa in pri-
4 stinum statum restituta, non est nova, sed pristina, *l. si ei ff. Commun. prædior. l. pap. ibi si non*

non pottatur &c. ff. de seruit. l. si quis ædes ff. de seruit. urban. prædior. Bald. l. ius ciuile ff. de iustit. & iure in l. non modus C. de seruit. & aqua. Brun. cons. 79. n. 5. & 6. ubi de restitutione feudi. Item delinquens restitutus in pristinum statum, censetur etiam ad castra & feuda restitutus *flor. d. l. loci § fin. Brunus d. concluſ. 9. num. 70. in ſuo tract. de refectione.* 5

Pro concluſione, diſtinguendum eſt, utrum locus deſtructus fuerit autoritate ſuperioris ſine ſpe refectionis, nullis remanentibus reliquiis, eo caſu ſublata ſunt omnia illius jura, privilegia, & exemptiones. *Abb. c. Abbate num. 16. de verb. ſignif. Innocent. cap. cùm ex injuncto num. 2. de novi. oper. nun. Fel. cap. cum delecta. col. fin. ver. deſtructo Monaſterio, de reſcr. Albert. Brun. tract. de mutatione & transfor. membr. 2. concluſ. 16. n. 68. per tot. vol. tract. 17. fol. 104. Petr. de Perus. tract. de mutatione ſtatus Eccleſ. in pr. n. 3. & 4. & cap. 3. docte Bald. cap. imperialis n. 10 de pace conſt. Bald. in Marg. verb. civitas Alex. conſ. 44. vol. 1. Bald. cap. col. 1. de elect. Guill. lib. 2. obſ. 61. nu. 4. civitas verb. civitas Alex. conſ. 44. vol. 1. Bald. cap. col. 1. de elect. Guill. lib. 2. obſ. 61. nu. 4.* Ratio eſt, quia actio ſemel extincta non reviviſcit *l. qui res § arream ff. de ſolut. l. Mœvius § duobus de leg. 2. Abb. d. cap. Abbate n. 16.* Si verò locus fuerit deſtructus, 6 fatali caſu, ſeu ab non habente auctoritatem, eo reſtaurato reviviſcet etiam exemptio. *DD. ubi ſupra. Sayrus in ſumma Theol. moralis par. 1. lib. 5. cap. 3. n. 16.*

Ratio eſt, inquid Baldus, quia ejuſmodi locus ſine ullo corpore materiali vivit quodam intellectu, & extat anima, ut ita dicam, quaſi ſine corpore, & retinet omnia privilegia, *l. mortuo ff. de fidejuſſor. l. hæreditas ff. de petit. hæret.* Unde, per reſtaurationem, privilegia, exemptiones, & cætera quæ durabant habitu, reducuntur ad actum ipſo jure, *Ita Bald. in Marg. verſ. civitas. Innoc. ubi ſupra facit tex. l. pater § Tuſculanus ff. de leg. 3.* Eſt autem ratio differentiæ, quia quando de jure deſtruitur, titulus caſſatur, at verò facti calamitas, nec jus, nec titulum aufert, nec nomen. *l. ſervitutes § ſi ſublatum ff. de ſervit. urb. prad. ubi DD.* Unde eſt, ut civitas ab hoſtibus occupata, ac recuperata, omnia ſua jura & privilegia recuperet. *cap. paſtoralis ubi glo. pen. 7. qu. 1. Abb. & Canoniſt. c. ſuper eod. de cenſib. Brunus d. tract. de refectio. concl. 9. in fin. Guil. d. obſ. 61.*

Declaratur tamen hæc concluſio, quod ſi deſtructio facta ſit autoritate ſuperioris cum ſpe refectionis, aut translatio facta ſit in alium locum, eo caſu retinentur 7 omnia privilegia, ut eſſe communem teſtatur Alexander *l. ſtipulantem §. ſacram in fin. ff. de verb. obligat. Fel. cap. cum dilecta n. 21. verſ. quando autem de reſcript.* Ratio eſt, quia cùm eſt ſpes reſtaurationis, locus durat habitu, licet non ſit actu. *Bald. d. ca. Imperialis n. 9. & 10.* Ideò pro exemplo traditum eſt, quod ſi pons aliquis deſtruatur 8 ac reſtauretur, privilegia priſtina recuperabit. *Bald. l. ſi plures col. 4 C. de cond. inſert. & in l. 3. in fin. C. de privileg. fiſci. Brunus d. concluſ. 9. in fine.* Cenſetur enim eſſe idem pons habitu & ſurrogatione. *Barth. & DD. d. §. ſacram, Brunus ubi ſupra.*

Declaratur ſecundo, ut ſi civitas, Eccleſia, caſtrum, aut Collegium ſuperioris voluntate & licentia reædificetur, & reſtauretur, quod omnia jura & privilegia amiſſa re-

ſa recuperabit, puta Clericos, cives, ſubditos, & ſtatua. *Bald. d. verb. civitas & in c. 1. n. 1. de Capitaneo qui curiam vendidit*; quia tantum adfert reſtitutio, quantum abſtulit læſio. *tex. l. 1. C. de ſent paſſ. l. fin. §. fin. C. eod. l quod ſi minor §. reſtitutio ff. de minor.* Diſtinguit tamen Afflictus *cap. 1. n. 12. de capit. Conradi*, An locus in totum fuerit deſtructus, an verò tantum pro parte, ut primo caſu non recuperet privilegia, cùm non ſit idem locus, ſed novus, rationibus quas in principio attuli. Secundo verò quod recuperet, auctoritatibus de quibus apud eum, *vide Bald. conſ. 321. vol. 4.*

QUÆSTIO XXI.

Quid ſi locus mutetur, ac in alium transferatur.

SUMMARIUM.

1. *Eccleſiæ Lovanienſis, Thenenſis, Dieſtenſis translatæ ſunt cum exemptionibus priſtinis in aliam Diœceſim.*
2. *Eccleſia, civitas, caſtrum retinet ſua privilegia, ſi in alium locum transferatur.*
3. *Una obligatione in aliam transfuſa, durat prior diſpoſitio.*
4. *Bonorum translatio dicitur fieri cum omnibus eorum oneribus, & privilegiis.*
5. *Eccleſia translata, an deſinat eſſe exempta?*

EXemplum, Clerus ſecundarius Diœceſis Leodienſis exemptus eſt à juriſdictione ordinarii, à quâ Diœceſi diſmembrati, & erepti fuerunt Thenenſes, Lovanienſes, Dieſtenſes, Arſcotani, & plurimi alii, translatiq; ſub Diœceſin Mechlinienſem. Quæritur, an Clerus Thenenſis aut Lovanienſis translatus fuerit cum ſuis privilegiis & exemptionibus, ita ut exemptiones poſt translationem retinuerint. Huic quæſtioni affirmative reſpondet *Wameſius conſ. 63. n. 2. & conſ. 64. num. 2. de judiciis per tex. c. ad Apoſtolatus, de conceſſ. præbend. in extravag. Joanis 22.* Ratio eſt 2 quia Eccleſia, civitas, caſtrum, Collegium, aliave loca, retinent ſua jura, privilegia, & exemptiones, ſi ſuperioris auctoritate in alium locum transferantur. *glo. cap. privilegium de reg. jur in 6. Innoc. cum ex injuncto, & novi oper. nuntiat. Alber. l. ſi uſufr. civitati, ff. quib. mod. uſufr. amit. Alex. d. inter ſtipulantem §. ſacram, col. ult. ff. de verb. oblig. Alex. conſ. 34 vol. 1. Gaill. lib. 2. obſ. 61. n. 10. Brunus tract. de mutat. & reformat. memb. 3. concl. 3. n. 78.*

A ſimili ſi obligatio in aliam transfundatur, durat in transfuga prior juris & homi- 3 nis diſpoſitio. *Barth. l. cùm ſtipulatus col. fin. in pr. ff. de verb. oblig. & in l. 1. ff. de in litem jurand. Brunus d. tract. de mutatione concl. 3. n. 83.* Et ſi caſtrum aliquod ſit in alium locum translatum, ruſtici tenebuntur illud cuſtodire, non ſecus quàm prius. *Alber. d. l. ſi uſufr. Brunus d. concl. 3. num. 78. in fin.* Poſſent ejuſce generis quamplurima in exem-

exemplum adferri, quæ si sit opus, peti poterunt à dicto Bruno. Quorum omnium hæc est ratio, quod bonorum translatio fieri dicatur cum omnibus eorum oneribus, & privilegiis, *per l. 2. §. 1. ff. de privileg. cred. l. tempus in fin. ff. de re jud. Fal. c. quia judicante sub finem de præscript. & tex. d. cap. ad Apostolatus.*

Pro cujus conclusionis uberiore disquisitione & confirmatione conferunt ea, quæ ex farragine infra citatorum Doctorum in hæc verba traduntur, Et quidem Philip. Francus *in cap. cum personæ §. si vero in fine de privileg. in 6.* sic distinguit, Si quæratur (inquit) de Ecclesia translata, an desinat esse exempta quoad locum & ministros ibi remanentes, vel ad eam translatas, & dic quod non, cum privilegium sit reale, & duret, ut in cap. privilegium de reg. jur. in 6. & ita procedit opinio Joan. nis Andr. Aut quæritur de Ecclesia non exempta, in quam est translata, & ministris ad eam translatis, & dicendum est, quod ipsa ex hoc non efficiatur exempta, vel ministri ad eam translati, ut tenuit ipse Lapus, cùm exemptio non extendatur ultra quam verba disponant. cap. porrò de privileg. Ita ille, Rebuffus autem in praxi beneficiorum *part. 1. tit. de translat. Episc. n. 26. & seq.* Effectus translationis est (inquit) ut translatus ab una Ecclesia ad aliam, desinat esse Episcopus, vel provisus illius primæ Ecclesiæ à qua transfertur ea, in apibus §. Eccle. 7. quæst. 1. Alius effectus, quod prior Ecclesia perdit privilegia, & in aliam Ecclesiam transferuntur glo. cap. si quis vult 16. quæst. 7. quod est verum, quando exemptio conceret personam, secus si privilegium esset reale, seu concerneret rem l. 2. §. 1. ff. de privileg. cred. l. tempus in fin. ff. de re jud. Oldra. cons. 257. incip. quod Domino n. 2, & sic utraque Ecclesia erit Immunis, sicut aliæ Ecclesiæ, ut per tot. tit. de Immunit. Eccles. & puto etiam (inquit idem Rebuff.) quod ministri qui Ecclesiæ primæ servient, erunt exempti, sicut ministri Ecclesiæ translatæ cap. per exemptionem de privileg. in 6. Rebuff. d. tit. de translat. Episc. n. 19. Qua de re videatur etiam Lapus *allegat. 68. incipit. quæris an liceat.* Host. *in sum. tit. de translat. n. 7.* Jo. Andr. *cap. cùm personæ de privileg. in 6. ca. decet de Reg. jur. in 6. c. dilectus de capell. Monach.*

QUÆSTIO XXII.

Exemptio an amittatur, si locus alteri uniatur.

SUMMARIUM.

1. *Conclusio quæstionis pendet ex triplici specie unionis.*

QUæstionem hanc prolixè examinat Joannes Andreæ & Doctores *cap. cùm personæ § si vero de privilegiis in 6. late glo. ubi Archid. cap. ex temporis 16. qu. 1.* ex quorum omnium dictis elicio sequentes divisiones. Aut

Aut duæ Ecclesiæ simul uniuntur, aut una earum alteri unitur. Primo casu quilibet Ecclesia retinet sua statuta, & privilegia. Altero casu, Ecclesia amittit sua privilegia, & gaudet tanquam filia privilegiis Ecclesiæ matricis cui unitur, *facit tex. cap. cum dilectus de his quæ vi metusve. ubi glo. ver. Ecclesia. Archi. d. cap. & temporis.* Item quandoque ex duabus dignitatibus fit una, nec altera alteri subjicitur, eo casu omnia commiscentur, clericiq; unius, erunt clerici alterius, eritque unum collegium. Quandoque verò sic uniuntur, ne una alteri subjiciatur, & tunc quælibet Ecclesia suam exemptionem, suam dignitatem retinet, puta si utraque erat Episcopalis, utraque manebit talis, nec Canonici unius erunt Canonici alterius. *Archid. d. cap. & tempore per tex. cap. relatio 21. q. 1.* Alii tamen articulatim magis distinguunt hoc pacto. Si Ecclesia quæ unitur, non sit specialiter exempta, sed ideò quia Ecclesiæ totius Ordinis sunt exemptæ, ut sunt Cistercienses, tum per unionem censetur sublata exemptio, quia enim per unionem desunt esse de illo ordine, ideò desinit etiam exemptio, quæ ratione Ordinis competebat, quod procedit, quando ordo superioris auctoritate sublatus est, vel in alium translatus, secus si deficiant personæ vel loca. *Io. Andr. c. statutum de elect. in 6. in glo. pen. not. in reg. privil. eod. in 6. secundum Lapum notavi supra q. 19.* Si verò Ecclesia sit specialiter exempta, & tunc si ratione Ordinis ea demr, epeto quæ jam dixi, sed si non sit exempta specialiter ratione Ordinis, sed simpliciter, distinguendum est, an Papa expresserit competere exemptionem surrogatis, an non, & tunc si Papa rescribit in via juris communis, ut quia mandavit Ecclesiam de Religiosis alterius Ordinis reformari, & tunc durat exemptio, & eximit surrogatos. Si verò rescripsit per viam gratiæ, ut quia Papa Ecclesiam concessit gratiosè certo Ordini, vel collegio transferendo, vel uniendo. Item, si Ecclesiæ, vel collegia sunt ad invicem unita, ita quod una non subest alteri. Item si Ecclesia non exempta subjicitur Ecclesiæ exemptæ, durat exemptio respectu Ecclesiæ exemptæ, *cap. cum capella de privileg. Io. Andr. ubi supra.* Sed si una Ecclesia subest alteri, puta Ecclesia non exempta subjicitur exemptæ, durat etiam exemptio. *Io. Andr. ubi supra* Et ipsa Ecclesia sic translata, assumit naturam exemptæ. *Lapus d. § si verò not. c. 2. de relig. dom.* Ecclesia enim subjecta sortitur privilegia superioris, sicut filia matricis, *cap. recolentes de statu Monach. Hostiens. in summa ne sede vacan. n. 5.* Durat ergo exemptio ipsius Ecclesiæ, quæ primo erat exempta, *arg. c. decet de reg. jur. in 6.* At verò de Ecclesia, quæ non erat exempta, videtur dicendum, quod locus Ecclesiæ, & ministri ibi remanentes non fiant exempti. *arg. tex. & glo. cap. 1. de privileg. in 6.* Cùm exemptio non sit extendenda ultra verba & personas in privilegio comprehensas, *c. sane c. porrò extra eodem.* Quo ad ministros tamen in exemptam Ecclesiam translatos, bene extenditur exemptio. *cap. per exemptionem de privileg. in 6.*

Si verò Episcopalis sedes transfertur in inferiorem exemptam, eidemque unitur, per hoc Episcopus non erit exemptus. *late Io. Andr. d. §. si verò Host. in summa de*

ma de privileg. §. quis sit effectus. Si verò Ecclesia exempta uniatur Ecclesiæ non exemptæ, & in eam transferatur, seu eidem subjiciatur, durat exemptio, cùm privilegium sit reale, *per not. cap. privilegium de reg. jur. in 6.*

Sed Lapus *d. c. si verò* contra, quare tunc Ecclesia exempta assumat naturam non exemptæ *in cap. super eo, de præb. in 6.* & ita transit Petrus de Anchorano, & facit glo. *cap. ex temporis 16. q. 1.*

Paucis, concluso hujus quæstionis pendet ex specie, seu qualite unionis, quæ Doctorum omnium voto triplex est. *glo. cap. 1. ut sede vacante Rebuff. in praxi benefic. par. 1. tit. de unionibus.*

Prima, cùm ex duobus beneficiis unum fit, utpote si sint duæ parochiales vicinæ destructæ, uniri poterunt, ut una fiat ex duabus: eoque casu exemptiones, libertates privilegia data uni, competent & alteri, ita quod quæ humaniora & rationabiliora erunt, in altero servabuntur, & retinebuntur in unita. Sicut cùm unitur actio bonæ fidei, & stricti juris, aut legata cum fideicommissis, actio enim unita retinet ea quæ meliora erant in altera actione, *l. unica. C. de rei uxor. act. l. 2. C. communia de legat.* transferuntur enim omnia jura in Ecclesiam seu rem, cùm fit unio, ita quod jura nomine illius exerceri debeant. *Faber. §. sed etiam n. 2. sub finem instit. de fideicommissariis hæredit. atibus, & §. in personam n. 1. de act. l. unica C. de rei uxor. act. l. 2. C. communia de leg. in fin. o. medicamentum dist. 1. de pœnit. c. non est culpandus 32. qu. 1. glo. d. ca. 1. ne sede vacante, Rebuff. d. tit. de unionibus. num. 1. Barth. l. 1. §. si cohæredem ff. ad l. falcid. v. Fabr. d. §. in personam.*

Secunda unionis species est, cùm una Ecclesia alteri subjicitur, & tunc illa Ecclesia, cui fit unio, erit superior, principalis verò unita erit inferior & accessoria. *Rebuff. d. tit. de unionibus n. 12. glo. d. ca. 1.* Quo casu omnia privilegia quæ competunt Ecclesiæ principali, competent etiam Ecclesiæ inferiori seu accessoriæ, quæ unita est, *late Barth. l. si convenerit § si nuda cum Apost. de pig. act. Curt. cons. 57. Alber. tract. de augment. concl. 9. D D. l. 1. de leg. 1. Rebuff. d. tit. de unionib. n. 57.*

Tertia, cùm fit æque principaliter, hoc est, cùm fit unio duarum Ecclesiarum, ut utraque scilicet remaneat Episcopatus, vel parochialis, sicut erat, & tunc utraque Ecclesia dicitur æque principalis, sed unus erit Episcopus vel Rector utriusque Ecclesiæ, & tunc quælibet retinebit suas exemptiones, & sua privilegia, & statuta. *glo. & D D. d. cap. & literis 16 quæst. 1. Barth. d. § si nuda, Rebuff. ubi supra n. 15.* Quo in casu Ecclesia minus digna, uniri non poterit digniori, nisi tamen accesserit specialis Papæ authoritas. *Rebuff. ubi supra n. 17.*

Quomodo autem cognoscatur, an accessoriè, an verò æque principaliter sit unita, dubium est. Paucis id cognoscetur ex eo, quod minus dignum est digniori annexum, illud enim dicetur accessorium, prout quoque, si expresse actum sit, quod Ecclesia unita sit accessoria, & subjecta, *cap. quod in dubiis de consecrat. Eccles. arg.*

§. si

§. si tamen inst. de rer. divis. Rebuff. ubi supra n. 19. vide Fel. cap. in nostra n. 30. de rescript.

Si verò non apparet, quod alterum sit altero dignius, tunc dicetur unio æque principaliter facta, Panor. & DD. cap. exturpandæ §. qui vero, de prabend. nisi de consuetudine aliud servaretur, quæ est optima rerum interpres, l. si de interpretatione. ff. de legib. Rebuff. d. tit. de unionib. n. 20. Fel. d. cap. in nostra, ubi clare & docte.

QUÆSTIO XXII.

Utrum revocata unione, censeantur etiam exemptiones restitutæ.

SUMMARIUM.

1. *Revocatio unionis sapit restitutionem in integrum.*
2. *Qualitas per unionem extincta, revivi-scit non facto hominis sed legis.*

1 VTique, nam revocatio unionis se habet aliqua ex parte ad instar restitutionis in integrum, *per tex. cap. 1. in verb. monasterium vestrum reducere mus in statum antiquum, ubi DD. ne sede vacante Petr. de Perusio tract. de revocat. unionis c. 7. n. 4. vers. sed juxta. Rebuff. in praxi benef. par. 1. tit. de union. revoc. num. 43. Bald. c. imperialis n. 10. vers. quid ergo. de pace const.* Per quam omnia reducuntur in veterem statum, itaut quantum abstulit unio, tantum etiam reddat illius revocatio. *arg. l. 9. quod si minor §. restitutio ff. de minor. l. unica C. de reputat. quæ fiunt. glo. d. cap. 1.* Unde elicita est concors doctorum regula: Cujus conditionis, & qualitatis erat Ecclesia ante unionem, illius ejusdem conditionis, & qualitatis fiet, seu redintegrabitur unione revocata, *DD. cap. 1. Petrus de Perusio. d. cap. 7. num. 1.*

2 Hinc, si Ecclesia unita antea erat sub Patrono, dissoluta unione jus patronatus redibit ad Patronum. Item si Ecclesia erat sine cura, aut curata, Baptismalis, collegiata, sæcularis, regularis, per dissolutionem ejusmodi unionis recuperabit istas primævas qualitates, *Perusio ubi supra. Rebuffus ubi supra n. 8. & seq.* Nec obstat, quod qualitas per unionem extincta, ad instar actionis revivisscere non possit, *arg. l. qui res §. aream ff. de solut. l. Mœvius §. duobus, de leg. 2. l. homo liber ff. de statu hominum.*

Quia qualitas per unionem extincta revivisscit non facto hominis, sed ex dispositione legis, *d. cap. 1. Perusio d. cap. 7. n. 7.* Porrò, quod sub initium dixi, dissolutionem unionis se habere aliqua ex parte ad instar restitutionis, id ideò est, quia revocatio non trahitur retro ad tempus factæ unionis, sed consideratur habito respectu tantum ad tempus revocationis. Idcircò gesta ante revocationem, ope restitutionis non irritabuntur, *Perusio d. cap. 7. n. 4. & 5.* Huic quæstioni inserviunt quæ supra hac eadem parte attuli, *quæst. 20.* quæ nolo hic repetere.

QUÆ-

QVÆSTIO XXIV

Quid si Ecclesia exempta mutet statum.

SUMMARIUM.

1. *Monasterium reductum ad statum secularem retinet suam exemptionem.*
2. *Wamesius sentit contra Panormitanum.*
3. *Remanente principali parte rei de qua disponitur dispositio non perit.*
4. *Ecclesia, aut calix quando dicatur profanatus.*
5. *Distinctio an exemptio competat ordini, aut monasterio.*
6. *Discrimen inter Cathedrales, & inferiores Ecclesias.*

QUemadmodum Imperatoriis legibus commutatione status qui in libertate, civitate, familia consistebat, homo capitis diminutionem pati dicebatur §. *primo, & seqq. instit. de capit. diminut.* eadem ratione civitates, oppida, loca, castra, collegia, superioris authoritate destructa, seu ad aratrum condemnata, statum mutare dicuntur, patique maximam capitis diminutionem, & proinde omnia jura, immunitates, exemptiones, & privilegia amittere *Gaill: lib. 2. obs. 61. nu 3. Bald. cap imperialun. 9. & seqq. de pace constant.* ut dictum est satis supra eadem hac parte, *quæstione decima nona, & aliquot sequentibus.* Hoc loco breviter inquirendum est quid si status Ecclesiæ exemptæ mutetur, hoc enim pacto quadantenus videtur oriri quædam capitis diminutio, qua præcipue maxima & media iura, ac privilegia civilia amittuntur, *Ang. §. cum autem n. 7. instit. quib. mod. ius patriæ potest tollit. §. minor. n. 1. instit. de capit. diminut per l. 2. l. tutelas §. fin. ff. eodem tit.*

Paucis, licet ejusmodi status mutatio diversimode & plurifariam oriatur ad dijiciatur nova qualitas, quæ antea ei non adhærebat, aut ab ea detrahitur, videlicet si Ecclesia sine cura erigatur, in curatam, ex parochiali fiet Baptismalis, ex regulari sæcularis, ex non collegiata, collegiata, *late Rebuff. in praxi benefic. par. 1. tit. de erect. Eccles. & seq. Perusio tractatibus de mutatione status Ecclesiarum & Ecclesiasticarum personarum.* Secunda, cum status & conditio Ecclesiæ prorsus immutatur, evertitur, atque destruitur *Rebuffus & DD. ubi supra.*

Priori specie, non amittitur exemptio, secundum Panormitanum *c. dilectus n. 9. de Capell. Monach.* his Verbis: Nota quod licet monasterium mutet statum de regularibus ad sæculares, non per hoc mutat subjectionem, nam remanet Ecclesia subjecta illi, cui primo subjiciebatur, licet in alijs mutet morem *arg. cap. recolentes de statu regul.* Et hoc tenet hic Innocent. & communiter DD. quod bene notabis. Ex hoc

" hoc enim infertur quod si aliquod monasterium exemptum ex defectu Monacho-
" rum reducitur ad statum sæcularem, quod Ecclesia remanebit exempta sicut prius,
2 Ita ille. Contra quem longe & late sentire videtur VVamesius *cons. 62 nu. 2. & seqq.* sentiens, Collegiatam Ecclesiam, quæ exempta est in Cathedralem commutatam exemptionem amittere, ut & si ex unius ordine in alium transmutetur, ex quo privilegia semper intelligi debeant inquit rebus sic stantibus, & in primo statu remanentibus *l. quod servius & ibi DD ff. de cond. caus. data l. cum quis. ubi Castr. l. si cum Cornelius ff. de solutionib.* & quia concessiones Principum referuntur ad statum præteriti temporis, & non ad mutationem, quæ postea inducitur *cap. venientes de iure iurand.*

3 Ratio Abbatis est, quia quando remanet potissima seu principalis pars rei de qua disponitur, dispositio non perit, sed habet in ea effectum, licet forma quæ suberat tempore dispositionis perierit *Albert. tract. de mut. at. & transformat. memb. conclus. octava, arg. l. si grege in fin. de leg. 1. l. domo de pig. act. Dyn. Barth. Imol. Cunæus Castrens. l. mortuo bove ff. de leg. 2. late Albert. tract. de interitu & perempt. conclus. 6. n. 23. & seqq.* Unde Ecclesia, seu ædes sacræ non ideo prophanantur, seu desinunt esse sacræ, quod aliqua ex parte exustæ, seu destructæ sint, nisi destructio facta sit funditus, & quod parietes interius, & exterius perierint *cap. Ecclesiis ubi glo. de consec. dist. 1.*
4 *cap. de Fabrica ibidem.* Et calix effractus si aliquid calicitatis retineat non ideo desinit esse sacer. *glo. Auth. præterea C. de sacros. Eccles. Albert. d. conclus. 6. num. 28. in fine.*
5 Confirmatur ex iis quæ supra diximus *eod. lib. quæst. 19. nu. 7.* Exemptionem datam monasterio non perire etiamsi pereat, & immutetur ordo monasterij, hocque pacto puro intelligendum VVamesius ut censeat de exemptione concessa ordini *v. d. quæst. 19. num. 7. & seq.* Posteriori vero specie amittitur exemptio, *Bald. de pace const. §. imperialis nu 9. & 10. dixi late supra qu. 19. & seq.* Ratio est, quia sublata persona, vel re cui beneficium concessum est, privilegium amittitur, *arg. l. postquam in pr ff. ut leg. nomine caveat, l. inter cidit. ff. de condit. & demonstr. l. quidam ff. de iure codicill. DD, l. inter stipulantem § sacram. ff. de verb. obligat. & late supra d. qu. 19. Innoc. cap. 2. de novi oper. nunt. Petr. de Perusio tract. de mut. at. status Eccles. in pr. n. 3. & 4. Hostiens. in summa, de privilegiis nu. 5 vers. Reale.*

6 Porro, quòd initio dixi de translatione, & immutatione Ecclesiarum in aliam formam, discrimen statuendum est inter Ecclesias inferiores, & eas quæ in Cathedrales immutantur, Hæ enim cum priorem statum plane non immutent, facilius pristina iura & exemptiones retinet, *tex. cap. ad Apostolatus de concess. præbend. in extravag. Ioannis 22.*

QVAESTIO XXV.

Collegio sublato an censeatur sublata illius exemptio.

DEstructio superioris autoritate collegio, perire omnia illius privilegia tradidit Bartholus *l. fin. num. 24. ff. de colleg. illicit. per l. cum usufructus ff. quib. mod. usuf. amitt.* Videtur enim tum pati maximam capitis diminutionem & ideo eius omnia privilegia, exemptiones in totum consumuntur *per L. cognitionum, in fine, ff. de variis & extra.* id quod adhuc aliquoties supra notavimus, adiecta aliqua distinctione quam hoc loco non statui repetere, *eadem parte quæst. 9. & seqq.*

QVAESTIO XXVI.

Singularis seu unus de collegio an impedire possit ne cæteri præiudicent exemptioni.

SUMMARIUM.

1. *Vnus impedit cæteros ne exemptioni præiudicent.*
2. *Idem favore libertatis statutum est.*
3. *Collegium auferre non potest ius Collega.*
4. *In re communi potior est conditio prohibentis.*
5. *Major pars non præjudicat minori in rebus communibus & singulis.*
6. *Vnus solus de Capitulo nitens bona ratione prævalet omnibus aliis adversantibus.*

LIcet sit pro regula, quod maior pars collegij decernere, statuere, derogare, abrogare possit in præiudicium partis minoris *c. cum omnes ubi Felin. n. 17. & fusissime Doctores de constit.* Excipitur tamen in hoc articulo nisi collegium, seu capitulum vellet aliquid statuere contra privilegium seu exemptionem, tum enim unus solus potest contradicere, atque illud impedire *Abb cap. veniens n. 21. post. pr. de præscript. ubi etiam Felin. n. 4. vers. dum allegat Fel. cap. cum omnes n. 18. vers. fallit secundo de constit* 1

Ratio duci potest à simili, Exenim exemptio est quædam libertas, ut in principio huius tractatus probatum est, dum vero tractatur de revocatione libertatis in servitutem, unus solus impedire potest maiorem partem, *Lud. Rom. in rubr. de arbitris coll. 17. per l. si quis hac § quoties ff. qui & à quibus.* Hoc ut quibusdam placuit favore libertatis specialiter licet, *Ang. & alij d. l. si quis Fel. d. num. 18. vers. quinto.* Illud autem favore sanctæ Sedis, cuius interest plurimos esse immediate subiectos *Rebuff. resp.* 2

resp. 142. *per Clem. Pastoralis de re iudic. & dixi par.* 1. *quæst.* 1. *Castr. cons.* 431. *n.* 3. *vers. præterea par.* 1. *fol.* 223. Adhæc, militant quæ subtiliter adfert Romanus *cons.* 352. *n.* 12.

3 *& seqq.* Quod collegium seù quævis communitas auferre non possit collegæ aut subdito ius quæsitum sine causa, *l. privatus ff qui & à quibus l. octies in fin. ff. de pollicit.* licet (inquiunt) ex causa id facere possit *l. Antiochensium ubi Barth. ff. de privileg. cred. l. venditor* §. *constat. ff. communia prædior. l. si locus* §. *fin. ff. quemad. ser. amitt. Rem. d. cons.* 352. *n.* 21.

4 Item, quod in re communi potior sit conditio prohibentis *c. in re communi de reg. iur. in* 6. *l. Sabinus ff communi dividundo* ac alia quæ prolixe adfert Petrus à Brixiò in directorio electionum *part.* 3. *cap.* 18. *per tot.* dum probat quod in electionibus forma compromissi possit per unum solum ex electoribus prohiberi, quæ hic prætereo.

5 Postremo, stat Theoria quod maior pars non præiudicet minori in rebus communibus pluribus, ut singulis *l. per fundum ff. de servit. rust. prædior. l. Sabinus ff communi dividundo.*

Quam Navarrus alibi exornavit *tract. de reditibus Ecclesiasticis quæst.* 1. *monit.* 50. *n.* 8. *Donatus in communib. conclusion. lib.* 5. *verb. factum.* quippe quod omnes tangit

6 debet ab omnibus approbari *ca. quod omnes ubi DD. de reg. iuris in* 6. Quibus convenit Doctrina Archidiac. *cap. Episcopum, n.* 2. *cum Apost. dist.* 61. tradentis unum solum de capitulo nitentem bona ratione omnibus alijs sibi adversantibus prævalere, quod doctores latius alibi tradiderunt, *cap cum omnes, de const it.*

QVÆSTIO XXVII.

Exempti à procuratione legatorum, an exemptionem amittant contraria temporis præscriptione.

SUMMARIUM.

1. *Exemptio à procuratione legatorum præscribitur.*
2. *Visitatio & procuratio sunt convertibilia.*
3. *Cum antecedens est impræscriptibile, idem etiam & consequens.*
4. *Protestatio quid in solutione procurationis operetur.*
5. *Solutio reditus cum protestatione.*
6. *Alij effectus protestationis.*
7. *Protestatio an relevet si alius ei non consentiat.*

APud Romanos heteroclito nomine præbenda in plurali numero dicebantur ligna, sal, eiusmodique necessaria quæ parochi legatis publicè missis exhibere cogebantur, *Robert. Stephanus in dictionario verbo Præbenda Alc. li.* 2. *parer. cap.* 43 *Gellius lib.* 15. *cap.* 4. *Plaut, in Persa*, quod hodie novo nomine apud Doctores procuratio

curatio nuncupatur. *tex. cap. cum instantia cap. cum venerabilis, cap. procurationes de censib. cap. cum officij, de præscript. late de ea Io Francisci tract. de visitatione par. 1. qu. 9. per tot.* quæ nihil aliud est, quam exhibitio eorum, quæ necessaria sunt ad legitimam visitationem obeundam. Porro, licet præscribi nullo tempore possit, ut Ecclesiæ non visitentur aut ut procurationem non solvant proprio Prælato visitanti *d. ca. cum instantia & d. cap. cum ex officij & infra lib. 4. quæst. 23 late & docte Molina de iust. & iure tomo 1. tract. 2 disputat. 79. fol 326. litera E vers. obedientia & disput. 85. fol. 358. litera A. in fine.* Alius tamen præscribere poterit adversus Prælatum, ut ad ipsum subditi talis Prælati pertineant & ut ab ipso visitentur, ipsique procuratio, non autem antiquo Prælato debeatur. *Molin. ubi supra.*

At vero, major est difficultas si Ecclesia aliquo privilegio speciali exempta sit à visitatione, & procuratione Episcopi, alterique Prælato subjecta, an solvendo annis quadraginta procurationem reincidat quoad hoc in Episcopi potestatem, certè Bartholomæus Brixiensis in quæstionibus dominical. *quæst. 14. vol. tract. 17.* utramque in partem id disputando examinat. Mihi certe videtur quadragenaria præscriptione eiusmodi exemptionem à procuratione amitti, rationibus quas eadem hac parte attuli, nolens hoc loco eas repetere *quæst. 12. & seq. per cap. si de terra, & ca. accedentibus, de privilegijs Barth. t. 1. & 2. C. de his qui sponte civilia munera lib. 10.* Illud breviter hic notandum, visitationem, & procurationem esse convertibilia ac habere se velut antecedens & consequens. Undè sicut tertius præscribere potest contrà tertium visitantem, nempe ut ipse ad exclusionem Episcopi visitet eius subditos, ita etiam præscribere poterit procurationem. Quod si non si, præscripta visitatio, nec etiam censebitur præscripta procuratio. Præterea, quemadmodum subditus non præscribit contra visitationem Episcopi, nec auditur nisi articulet de alio Prælato, qui visitationem præscripserit, ita quoque non præscribit contra procurationem. Quando enim antecedens, seu principale est impræscriptibile, tunc etiam consequens, accessorium, vel connexum præscribi non potest. *Abb. ca. cum ex officijs de præscript. ca. auditis cap. cum olim cap: cum non liceat ubi DD. eod. tit. Præses in loco à destructione antecedentis ad destruct conseq.*

1

2

3

Primo, limitanda est conclusio hæc principalis, nisi in solutione procurationis intellecta fuisset protestatio de non præiudicando exemptioni, quæ quidem protestatio tantæ est energiæ, ut in Episcopo inducat malam fidem, impediat præscriptionem, faciat solutionem precariam, ac sartum tectum conservet ius protestantis, *Laur. Calcaneus cons 18. incip. ad primum videtur dicendum, col. 2. adde latius infra lib. 4. quæst. 66. n. 2.* Cujus ea est ratio, quod actus suapte natura voluntarius prolixorem obligationem inducere non possit, quam actum sit *l. voluntarie C. de excusat. tut. ubi Faber & DD. Alciat. l. 1. C. de edendo* idque non modo in petitorio sed ne quidem in judicio possessorio. Unde licet unica solutione, reditus seu alterius qua-

4

5

qualiscunque præstationis personalis acquiratur interdictum retinendæ, ut in futurum ad contumacionem agi possit *Molin. de usuris quæst. 20. n. 208. & 209. Grimald. de usures lib. 1. cap. 20. Alber. & Alciat. l. si certis annis in ver. imposterum C. de pact. Alex. cons. 113. vol. 1. Guid. quæst. 407. Abb. ca. cum Ecclesia n. 23. & seq. de causa possess. Petr. Lacobi in libello super pensione vel reditu vers. item credo.* Attamen quantumvis repetita solutio adhibita protestatione, quod solvens nolit induci quasi possessionem solutionis, prodest, ut contra solventem non possint intentari interdicta retinendæ, seu agi ad continuationem solutionum *Alex. d. l. si certis annis verb. nisi Clarus de Emphiteusi, quæst. 10. num 1. Gigas de pensio quæst. 73. in fine Bellenc. tract. de charit. subsid.* 6 *quæst 61. Abb. d. cap. cum Ecclesia num. 24. Menoch. lib. 1. præsumpt. 75.* Sic immunis à collectis si semel solvit quoad possessorium in futuro sibi præiudicat, nisi fuerit protestatus. *Abb. cap. cum accessissent n. 7. de constit. Antiboli de muneribus par. 3. n. 37. cum seq. vers sed pone ac immunitatem habens solvens cum pacto quod nolit sibi præiudicari sibi non præiudicat Gigas de pensio quæst. 71. n. 2.*

7 Quod tamen temperandum est si Episcopus protestationi consenserit, alioquin enim protestatio non videtur solventem eximere à quasi possessione in futurum solvendi, si creditor cui fit solutio protestationi non consentiat, cum sit contraria actui. *Laurent. Silvanus tract de feudi recognit. quæst. 81.* Ratio est, quia protestatio contraria facto in dependentibus à consensu duorum non valet, si consensus alterius non accesserit. *Abb. & DD. c. cum M. de constit. Bart. & DD. l non solum, §. morte, de novi operis nunt. Silvanus ubi supra.*

QVAESTIO XXVIII.

Exemptione concessa habitantibus certi loci an si habitantes locum mutent amittatur exemptio.

SUMMARIUM.

1. *Distinguendum an exemptio concessa sit contemplatione personarum aut rerum.*

PRo parte negativa est, quod eiusmodi exemptio videatur concessa loco, contemplatione personarum, quæ proinde personam comitari debet, etiamsi ex loco migret, quemadmodum de exemptione concessa dignitati, quæ durat, licet cessaverit dignitas, idque in memoriam eius pristinam *l. fin. ff. de decurio. l. ætatem §. fin. ff. de censib. Decius l. in omnibus causis 69. num. 14. 15. 16. 17. 18. ff. de reg. iur.* At vero è contra, concessio videtur data intuitu loci, quo fit ut eo mutato cessat dispositio. Cessante enim causa privilegij cessare debet privilegium *Decius d. num. 18. dixi eod.*

1 *lib. cap. 7.* Distinguendum est, utrum indultum sit contemplatione personarum, an

vero

vero loci, Priore durat extra locum, posteriore minime *Petrus Antiboli tract. de muneribus, par. 3. principali, num. 44.* In dubio autem (inquit ibi Antiboli) credo durare, si ex iusta causa mutetur locus *arg. l. cum unus §. fin. cum l seq. ff. de bon. autor iud. possid. l. alumnæ, §. ab hæredibus ff. de adim. leg. l. filiæ §. titia ff de condit. & demonstr.*

QVAESTIO XXIX

Exemptio an perdatur si ex pacto fiat damnosa & alteri præiudicialis.

VTique, sunt enim hac de re similes textus *cap. suggestum de decimis, cap. si quid per, de verb. sig.* idque, quia supervemente nova causa, ex novitate rerum, & temporis, novanda quoque sunt, atque immutanda privilegia *ca. videntes 12. quæst. 1. cap. non debet, de consang. & affinit. tex. l. si hominem ff. mandati.* Cuius ratio est, quia privilegium rescindi debet, ne tertius ex illo lædatur *l. quoties, de præcib. imper. Rebuff ad const reg. tit. de rescript. num. 165. Fel cap. 2. de rescript.* quod adeo verum est, ut quam cito concessio vergit ad iniquitatem, tam cito corruat *Abb d. cap. suggestum, ubi add. & in cap. per navale, de verb. sig. DD. l. ex facto ff. de vulgari & pupillari.* Quo respexisse videtur Concil. Trid. cum exemptiones multis in articulis revocavit, restituitque ordinatio in exemptos delegatam, seu Apostolicam auctoritatem, *v. Abb. & DD. cap. pervenit de consang. & affinit.* Ideo (inquit) quod perturbationem adferant in ordine & regimine Ecclesiæ, *Conc. Trid. sess. 14. cap. 11. de refor.* Ita tamen hæc omnia, si revocatio, aut sententia intercedat *vide infra quæst. 31.* in negotio patiente moram alioquin secus, secundum tradita alio in loco *lib. 1 qu. 12. n. fin. & li. 4. qu. 1 n. 4.* Denique privilegium etiam Ecclesiæ indultum non includit casum publicæ utilitati repugnantem. *Præses in locis legal. loco à persona ad locum.* Quia publica utilitas est cuilibet privilegio etiam Ecclesiæ præferenda. *Præses ibid l iubemus nullam navem C. de sacros. Eccles. Felinus cap. causam quæ & cap. nonnulli numer. 16. de rescript.*

QVAESTIO XXX.

Si Papa iudicet, contra exemptionem, an censebitur eam revocasse.

SUMMARIUM.

1. *Pontifex ex certa scientia indicans contra exemptionem, an censetur eam revocare.*

Quæstio

QUæstio hæc non parum pendet ab eis quæ supra libro secundo *quæst.* 42. attulimus, quæ nolo hic refricare.

Satis sit breviter, hanc quæstionem affirmative concludere, si Papa id faciat ex certa scientia *tex. cap. suborta ubi glo. & DD. cap. suggestum, de re iudic. Abb. c. 1. nu. 15. eod. tit. Abb. cap. suggestum, de decimis Spec. de instr. edit. §. nunc autem videndum nu. 12.* Secus autem si sententia lata esset ab Episcopo, quia tanquam à non iudice ex nullitate impugnari posset & etiam post cursum longi temporis *dixi supra d. quæst. 40. Card. Clem. 1. quæst. 14. de re iud. Dec. cons. 38. n. 7.*

QVÆSTIO XXXI.

An ad privationem privilegij opus sit sententia declaratoria,

PLurifariam apud doctores disputatur, an ad privationem juris, aut privilegij opus sit sententia declaratoria, qua de re compendij gratia videri poterit Caillius in suis observantibus imperij *lib. 2. obs. 51. & Rebuffus de privileg. Scholar. privilegio 140. num. 2. tradens ad privationem privilegij opus esse trina citatione.* & Collectarius, dicens privilegium per superiorem esse temperandum, non autem propria authoritate contraveniendum, *in cap. suggestum in pr. de decimis* lo. *Andr. Clem. 1. eod. tit.* Item quæ apposite notavimus supra *eod. lib quæst. 7. num. 4.*

QVÆSTIO XXXII.

Excommunicatus an privilegio exemptionis privatus censeatur,

OMissa disputatione, censeo privatum non censeri. Ratio sumitur ab Analogia Clericorum ad exemptos, Clerici enim excommunicati privilegium fori, item cap. si quis suadente diabolo 17. quæst. 4. ac communitatis Ecclesiæ non amittunt, *Innocent. cap. si vero numer. 3. de sent excom. ubi Fel. numer. 2. Abb. 6. penult. numer. 8. de immunit. Eccles. Navarr. in Manuali cap. 27. numer. 79. valde late Gregorius Sayrus in Thesauro Theologiæ moralis par. 1. lib. 2. cap. 10. numer. 15. 16. 17. 18. 19. Navarrus cons. 9. numer. 6. de cleric. excommun. par. 2.* Unde idem videtur statuendum in exemptis, *vide supra lib. 1. quæst. 45. n. 5.* Tum quod exemptiones concessæ sunt ad coercendam violentiam ordinariorum, ac eorundem exemptorum tutelam,

tutelam, sanctæque sedis favorem, *dixi supra lib.1.quæst.1.n.13.& seqq.*

Tum quod excommunicati non amittant iura, & beneficia defensiva, & tutelaria, *cap.intelleximus de iudic.cap.cum inter cap fin.de except.late Sayrus d.lib.2.ca.8 n.12.&13.* Tum quod culpa, & delicto exempti præiudicium fieret iurisdictioni immediatæ Pontificis quam habet in exemptos, cuius interest habere multos immediate subiectos, *dixi supra lib.1.quæst.1.nu.17.* quod iuris ratio non admittit *cap.non debet de reg.iur.in 6.dixi supra lib.1.cap.36.num.4.& lib.3 quæst.12.nu.4.* Tum quod per excommunicationem communitas loci exempti non perdatur nec etiam præterea excommunicationis extrahi quis potest, *Navarr.in Manuali cap.25. num.19. vers.tertio. Sayrus d.cap.10.num.19.ubi id latius probat*, quibus adversari quosdam infra scripsimus *lib.4.quæst.65.* ubi recensuimus aliquos putare bannitos, & excommunicatos communitate Ecclesiæ non gaudere quod ibidem expendemus: Prætea interdictam Ecclesiam ius suæ immunitatis amittere. *Præses Everardi in locis legal.loco à persona ad locum in fine.*

QVÆSTIO XXXIII.

Actus contra privilegium, seu exemptionem gestus an sit ipso iure nullus.

SUMMARIUM.

1. *Actus contra legem gestus est nullus.*
2. *Secus contra privilegium.*
3. *Idque nisi habeat clausulum irritantem.*

REgulariter actus contra legem gustus est ipso iure nullus, *cap.vides. dist.10.l.non dubium, ubi* DD.C *de legib.* non autem ita in actu contra exemptionem, seu privilegium gesto, qui tenet mero iure, licet veniat retractandus *Fel. cap.suborta num.15.in fin.de re iud. Abb.c.consideravimus in not.2.de elect. Petr.à Briaxio in direct. elect.par.1.cap.3.per tot.* Ratio differentiæ est, quia iura communia concernunt rem publicam, nec à quoquam possunt ignorari, at vero privilegia constituunt in facto, efficiuntque res privatas *cap.privilegia dist.3. Barth.l.quod nerva ff. depositi. dixi supra lib.1.cap.1.* Limitanda autem est hæc conclusio, nisi privilegium habeat adiunctam clausulam irritantem. Cum enim huiusmodi decretum in contrarium gesta penitus irritet, afficiatque etiam ignorantes ea non modo erunt in causa cassationis sed etiam ipso iure nulla, *late Doctores & Vantius quem infra citavi lib.4.q.63.tex.cap.dudum cap.quodam, de præbend.in 6.*

1

2

3

QVÆSTIO XXXIV.

Renunciari an possit exemptioni?

DIstinguit Angelus *in §. idem iuris. n. 44. instit. de except.* inter exemptiones toti alicui ordini, aut particulari personæ concessas: ut concessis toti ordini renunciari nequeat; at vero, si particulari personæ exemptio concessa est renunciari possit, eamque refert Albericus *in l. si quis in conscribendo C. de pactis.* communem doctorum esse sententiam. Quam sequerer si exemptiones principaliter renunciantis personam respicerent; At vero cum hactenus persæpe ostenderim *li. 2 quæst. 1. numer. 15 17. & seq.* exemptiones non modo odio ordinariorum, sed etiam favore sanctæ Sedis esse institutas, non video quomodo exemptus in præiudicium Papæ cuius interest *Rebuff. resp. 142. dixi d. quæst. 1. numer 17.* privilegio huic renunciare possit: & ita in imperialibus exemptionibus concludit Gaill. *li. 1. obs. 40. dixi supra lib. 2. qu. 7. num. 2. & seqq.* à quo non discedo, subiungens omne id pendere ex natura privilegij, ad quam semper uti ad scopum collineandum est *cap. porro, de privilegijs adde supra li. 1. quæst. 2. num. 9. & 10.* dijudicatioque semper facienda ex mente principis concedentis *d. numer. 9. & 10. & eod. lib. 1. quæst. 4. numer. 2. quæst. 43. num. 2.* quod ipsum in hac exemptionum Canonicarum materia obtinere non raro supra tradidimus.

PARS

PARS QUARTA.

Quæ est miscellaneorum.

QVÆSTIO I.

Exempti qua solemnitate possint res suas alienare.

SUMMARIUM.

1. *Solemnitates in alienatione rerum Ecclesiasticarum requiruntur in alienatione rerum exemptarum.*
2. 6. *In exemptis requiritur authoritas summi Pontificis.*
3. *Exempti iurant se non alienaturos sine auctoritate Pontificis.*
4. *In exemptis immediate Pontifici non subiectis non requiritur Papæ auctoritas.*
5. *Quia illorum immediatus superior habet iura quasi Episcopalia.*
7. *Quando duo in iure parificantur dispositum in uno censetur dispositum in alio.*
8. 10. *Fallit conclusio si exempti haberent superiorem remotum*
9. *Item in casu necessitatis, vel si sit periculum in mora.*
11. *Præterea si superior absit.*
14. *Ratificatio sequi debet alienationem quæ ratione necessitatis facta est amissis solemnitatibus.*

NEMINI non sunt nota solemnitates quæ interveniant oportet in alienatione rerum Ecclesiasticarum, quas DD. quibuscã in locis studiosissime persequuntur *in cap. sine exceptione 12. qu. 2. tot. tit. de reb. Eccles. alien. vel non, & ibidem Franc. in cap. dudum eod. in 6. ubi late DD. Auth. hoc ius porrectum C. de sacros. Eccles.* An autem hac in exemptionum materia aliquid singulariter statutum sit quæstionis esse posset quam aliquot conclusionibus expedio.

Prima conclusio, quæcunque in alienatione rerum Ecclesiasticarum statuta sunt eadem etiam in exemptionibus Canonicis obtinent nisi aliter contra depositum inveniatur *Franc. tated. cap. dudum per tot. Fumus verb. alienatio per tot.* 1

Secunda, in exemptis qui immediate summi pontifici sunt subjecti præter solemnitates & legitimam alienandi causam requiritur decretum licentia seu immediata autoritas summi pontificis *docte Castrensis Auth hoc ius porrectum num 3. & 4. C. de* 2

C. de sacros. Eccles. Navarrus cons. 5. tit. de rebus Eccles. non alienand. Clem. 1. ubi Cardinalis & DD. item glo. in verbo proprij de Reb. Eccles. non alien. Idque intelligendum est in alienatione rerum suarum secus vero in autoritate præstanda subditis Redoanus de alienat. rer Eccles. qu. 41. n 71.

3 Ratio est, tum quia eiusmodi exempti iurant se nihil alienaturos sine autoritate Summi Pontificis Hostien. cap. cum tempore de arbitrio. Martin. Landens. tract. de privilegiis & rescript. quæst. 92. per cap. ego de iureiur. Castrens. d. n. 4. tum quia non habent immediatum aliquem superiorem præter Papam cui subjiciantur à quo proinde autoritatem postulare debent ut & cætera omnia quæ iurisdictionis est supra varijs in locis recensuimus Franc. d. cap. dudum num. 33. post med. de rebus Eccles. non alien. in 6.

4 Tertia conclusio, exempti à iurisdictione ordinarij non tamen immediate subjecti summo Pontifici seu alteri cuidam Prælato habenti iura quasi Episcopalia, non opus habent in alienatione licentia Summi Pontificis, sed satis est si intervenit licentia illius Prælati cui immediate subjiciuntur Castrens. d. n. 3. & 4. Navar. d. consilio 5. Card d. Clem. 31. & ibid glo. notabilis in verb. proprij Ang. in summa verb. alienatio n. 13. But. cons. 19 Guimer tit. de annatis glo. verb. locorum in pragm. Innoc. c. statuimus de transact. Barbatia cons. 40. n. 4. vol. 1.

5 Ratio est, quia eiusmodi Prælati habent iurisdictionem quasi Episcopalem in eiusmodi exemptos seu suos subditos, ita quod ea omnia quæ ad iurisdictionem spectant exercere possint in exemptos quæ Episcopi in suos, Navarrus cons. 23. de privileg. glo. in d. verb. proprij Hieronymus à Sorbo Capucinus in annotat. ad Alphonsum à Casarubios in compend. privileg. minorum verb. Prælati Rodoanus tract. de alienatione rerum Ecclesiast. quæst. 27. n. 7. & seqq Bertachinus tract. de Episcopo quæst. 41. n. 64 & 78. lib. 4. par. 4. n. 105. vol tract. 2. fol. 178, Fumus in aurea armilla verb. alienatio n. 14 Innocent. cap. statuimus de transact.

6 Unde quemadmodum in alienatione requiritur consensus seu autoritas Episcopi Franc. d cap. dudum late Bertachin. d. par. 4. quæst. 34. n. 104. Ita similiter quoad exemptos Prælati cui immediate subjiciuntur Fumus d. n. 14. Castrens. d. n. 3. & 4. Bertach. d. quæst. 34. n. 105 Redoanus ubi supra quando enim in iure duo parificantur dispositum in uno censetur etiam dispositum in altero glos. c. si postquam de elect. in 6.

7 Troilus Maluetius tract. de oblationamagin. factis par. 4. n. 4. vol. tract. 15.

8 Limitanda autem est conclusio, nisi exempti habeant Papam vel superiores suos in remotissimis partibus constitutos, tum enim (ut inquit Abbas) procedet alienatio si urgeat præsens aliqua utilitas aut necessitas quæ dilationem aut tantam moram non patiatur Peck. de testa coniugum lib. 3 cap. 2. num. 2. Abb. cap. tuanos num. 8.

9 vers. & hoc noto quia de immunit. Ecclesiar. Archid. cap. Abbatibus 12. quæst. 2. fuse Redoanus tract. de rebus Eccles. non alienand. quæst. 51. per tot. & qu. 19. n. 43. 50 & seq.

Idem

Item, si nesciatur ubi superior sit & periculum sit in mora *Redoan. ibid. q* 30, *n* 1. 10
vide infra eod. lib qu 50 *&* 51. Quod enim iure communi non est licitum, necessitas
facit licitum, alias propter necessitatem plurima conceduntur quæ alioqui iuri
communi adversantur *cap. quod non est de reg. iur. Latißime Menoch. de arbitr. iud. casu*
182. *Fel in repert. verb. necessitas late Petr Gerardi sing.* 100. Unde ex proverbio dici-
tur necessitas non habet ferias, à Scevola, qui interrogatus quid ferijs agi oporte-
ret scite respondit, quod noceret præter missum, *Oldendor. in leges* 12. *tabularum tit.* 1.
cap. 4. *n.* 3. idque etiam maxime ratione absentiæ cuius causa plurima etiam quæ iure
communi exorbitant conceduntur *cap. nullus* 17. *quæst.* 4. *cap. nihil de elect. cap. siu. de* 11
sepult. in 6. *l. si longius ff. de iudic. glo. in verb. distantia cap. cum ex literis ubi Abb. de restit.*
in integr. lo. de Lignano Clement. ne in agro de statu regul. Abb. d. cap. tua nos n. 8. *in fin.*
Ac pro hac limitatione stat Gondislaus de Villadiego *tract. de legato par.* 1. *quæst.* 11.
n. 10. *& seq. per glo. ca. placuit* 12, *quæst* 2. *l. divus ff. de pet. hæred. l. tutor qui repertorium*
§. 1. *ff. de administrat. Archid. & DD. d cap. Abbatibus Cardinal. Clem.* 1. *de reb Eccles. non*
alien. tex. cap. fin. de Eccles. ædific. qui videri poterit. Io. Francisci de Pavinis tract. de po-
test. capit. sede vacante par. 2. *q* 9. *n.* 5. *vol. tract.* 15. *fol.* 184.

Licet sint qui existiment ad validitatem alienationis, quod Episcopus capitulo 12
vel conventui immediate Papæ non subjecto, sed cuidam alteri Prælato qui absit
vel requiri non possit debeat dare legitimum defensorem, qui nomine Prælati ab-
sentis autoritet, alioquin enim quod reversus factam alienationem irritare posset
Fileus q. 106. *Pavin. d. n.* 5. *Io. Andr. ad Spec. in rubr. ne Sede vacante Redoan. d. qu.* 30.
num. 2.

Limitatur secundo ut sufficiat auctoritas superioris qui communi æstimatione 13
superior habetur licet revera non sit idque ut omnis dolus & fraus propellatur *cap.*
consultationibus de iure patr. argu. l. Barborius ff. de offic. Prætoris.

Porro, quæ hactenus dicta sunt de omissione solemnitatis ratione urgentis ne- 14
cessitatis restringenda sunt, si post alienationem sequatur autoritas. & ratificatio
superioris sea enim hoc casu ut alienationem sequatur necesse est *Bald. cap.* 1. *nu.* 13.
in fin. de his qui feudum dare poss. l. pom. scribit ubi Las. col. 8. *vers. tertio limita*
ff. de negot. gestis Redoanus de rebus Eccles. non alien. quæst. 19.
n. 128. *& quæst.* 51. *cap.* 22, *n.* 9.

* * *

QVAESTIO II.

Quid si res alienanda non sit in eodem loco quo Ecclesia exempta.

ARticulus hic distrahitur in varias sententias, ut est videre apud Panormitanum,& late Redoanum, nonnullis asserentibus requiri licentiam superioris loci in quo res sita est,aliis in quo persona seu Ecclesia ad quam res spectat, Cæteris vero utriusque *Abb.cap.Pastoralis num.10.cum Apost.de privileg.late Bertach.tract. de Episcop.lib 4 parte 4 quæst.34. num.104. Iason.in l.cunctos populos num 96.C.de Summa trinit.* ubi dicit decretum iudicis minoris super alienatione rerum immobilium extendi ad bona extra territorium sita,& ad quæcunque bona *per l. magis puto §.non passim ff.de rebus eorum Barth.l.relegatorum §.interdicere num.2. cum add. ff.de inter,& religat.vide latissime Redoanum tract.de rebus Ecclesiæ non alienandis quæst. 41.nu 38.& seqq.Docte Villadiego tract.de legato par,1.quæst.11.n.4.5.6.7.8.vel tract. 14.fol.158*,communiter tenetur satis esse si intervenit autoritas superioris loci in quo persona seu Ecclesia exempta sita est *Abb.d.nu.10. Franc.d.c.dudum n.24.vers. Episcopus ergo de reb.Eccles.non alien.in 6. Redoanus & Bertachinus ubi supra* aliter tamen sensisse videtur Guymer.ad pragmat.sanctionem *tit. de annatis §. item fuit in glo.verb.locorum* his verbis.Ideo si exemptus alterius diœcesis habet beneficium in
„ diœcesi Parisiensi ad Episcopum Parisiensem recurretur facit Clem quia regulares
„ cir.pr.de suppl.neg.prælat.l.si prædium C.de prædiis minor.ca. ubi in alienatione
„ interponit decretum iudex loci in quo sitæ sunt res quæ alienantur l.magis §. illud
„ ff.de rebus eorum & utrobiq; Barth per cuneum & Baldum l.1.C.de contrah.empt.
„ ideo eius Episcopi autoritas requiritur qui est superior immediatus illius Ecclesiæ
„ cuius res alienatur Barth.Auth.hoc ius C.de sacrosc. Eccles DD.late in cap.pastoralis de privilegiis ita ille. Plerique autem consulunt ad cautelam ut adhibeatur autoritas utriusque qua de re extat consilium Navarri *cons.5.tit.de privileg.* his verbis:
„ Abbas quidam cum suo conventu exemptus à jurisdictione ordinaria alienavit ca-
„ su permisso quasdam res existentes extra Episcopatum illum ubi sita est Abbatia
„ illa sine illius superioris authoritate quæritur an valeat? Pro affirmativa facit quod
„ alienatio rei pertinentis ad Ecclesiam Cathedralem facta ab Episcopo cum consen-
„ su Capituli valet ut tradit Panormit.receptus c.1 de his quæ fiunt à Prælato & pro-
„ batur cap. sine exceptione 12 quæst.2. At Abbas exemptus habet iurisdictionē quasi
„ Episcopalem iux.glo. sing.& receptam Clem.1.verb. proprij de reb. Eccles.non
„ alien. Pro negativa facit Cardinalis d.Clem.quæst.34.& seq. quod licet in alienatione per Abbatem exemptum non requiratur autoritas Episcopi tamen requiritur autoritas Papæ vel Prælati superioris cui immediate subjicitur, Resolvendo dico mul-

eo multa posse utrinque adduci suadendum consulenti ut procuret alienationem ra- »
tificari per superiorem immediatum Abbatis qui facile id faciet rogante Abbate & »
conventu qui alienationem præfatam fecerunt & quod etiam faciant eam ratifica- »
ri per Episcopum in cuius Episcopatu res est sita ad informationem prædictorum »
arg. Doctorum Panorm. d. cap. 1. de his quæ fiunt à Prælato Card. d. Clem. 1. qnæst. »
35. & 37. & aliorum DD in cap. nulli eod. tit & cap. sine exceptione 12. quæst. 2. po- »
test etiam impetrare consulens confirmationem à Sede Apostolica qui si fuerit in »
forma communi patum proderit si autem per commissionem cum causæ cognitio- »
ne nonnihil tædij & sumptus adferet, Ita ille.

QVAESTIO III.

Legatus de latere an præstare possit exemptis autoritatem, alienandi.

SUMMARIUM.

1. *Responsio cum distinctione.*
2. *Hactenus dicta temperanda nisi aliter speciali privilegio disponatur.*
3. *Privilegium minorum.*
4. *Privilegium Prædicatorum.*
5. *Privilegium Augustinienſium.*

Distinguendum est velut in quæstione prima inter exemptos immediate Pon- 1
tifici subiectos & exemptos alteri inferiori Prælato subjectos Prioribus dare
non potest, posterioribus vero potest *Specul. tit. de dispensatione §. consequenter num.*
5. vers. cæterum & n 6. & seq. Abb cap. tua nos n. 10. de Eccleſiis ædificandis ubi in termi-
nu. Ratio est quia in his quæ Pontifex sibi specialiter reservavit nihil disponere po-
test *cap. quod translationem de offic. legati Abb. d. n. 10 dixi late supra li. 2. quæst. 5. nu.*
12. Redoan tract. de reb. Eccles. non alien qu. 55 n. 38. atqui reservavit sibi Pontifex ab-
solutionem à iuramento non alienandi per exemptos præstito *vide Spec de legato §.*
nunc ostendendum n. 22. vers. 24. quando dubitatur & nu. 24. cum seq. & d. tit de dispen-
sat. §. consequenter nu. 5. & 6. dixi supra q. 1. conclus. 2. Redoanus d. q. 55 num. 37. & 38.
In exemptis qui immediate subiecti non sunt Pontifici alia est ratio. Nam legatus
concurrit in iurisdictione ordinarij sive ille sit Abbas sive Episcopus sive Archiepi-
scopus sive Patriarcha ad instar Procunsulis seu Præsidis Provinciæ cuius quasi vi-
cem gerere censetur *arg. l. si in aliam § fin. ff. de offic. præsid. l. ex omnibus, & l. seq. l. sed.*
licet Spec de legato §. nunc ostendendum n 53. & 64 Abb. d. n. 10.

Undeeo casu auctoritatem præstare potest imo etiam à iuramento absolvere
quodea propter alicui Prælato præstitum fuisset *cap. venientes de iureiurand. Spec.*
de dispens. d. §. consequenter nu. 6. Abb. d. cap. tua nos n. 10. etiamsi Prælatus cui iuratum
est sit

est si alterius Provinciæ aut intuitu seu contemplatione non prælaturæ sed personæ suratum sit qua de re vide brevitatis causa speculatorem exemplificantem & Abbatem *d. tit. de dispens. § consequenter n. 6. & 7. & Abb. d. c. cum nos n. 10. Redoanus d. q. 55. n. 38. quem vide.*

2 Porro, hactenus dicta obtinent nisi speciali privilegio aliter dispositum reperiatur quod ideo dico quia Leo 10. anno 1529 fratribus minoritis regularis observantiæ & monialibus S. Claræ dedit potestatem alienandi permutandive bona immo-
3 bilia de consensu duarum partium conventus ad quem ea spectant & de consensu maioris partis ea locandi ultra triennium, modo tamen id cedat in utilitatem monasterij, idque non obstantibus etiam testamentis, &c. insuper dedit eisdem potestatem retractandi locationes factas in præiudicium ipsorum *Passarellus in collect. privilegior. fol. 80. Capuccinus in annot. ad privilegia fratrum minorum, &c. verb. alienatio.* Non secus quam dispositione Concilij Trid. locationes factæ in præiudicium successorum revocari possunt *Conc. Trid. sess. 25. cap 11 de Refor.*

4 Similiter, Clemens anno 1531 generali ordinis Prædicatorum per Italiam dedit amplã potestatem, qua de revideri poterit, constitutio desuper edita in libro privilegiorum ordinis Prædicatorum à Reverendissimo Stephano 7. Collectorum folio 204. de quo etiam meminit Capuccinus loco iam allegato.

Præterea, à Gregorio 13. concessum fuit fratribus & Monialibus ordinis Eremitarum S. Augustini const. 9 dum de Vbeiosin Bullario anno 1572. ultra supra dicta ut in Emphiteusim concedere possint usque ad duas generationes citra autoritatem Summi Pontificis antecedente tamen consensu Generalis *Capuccinus ubi supra.*

5 Denique, propter extravagantem Pauli 2. *Ambitiose de Rebus Ecclesiæ non alienand.* per quam alienatio Ecclesiasticorum & bonorum locatio ultra triennium prohibetur in consulto Pontifice, quæ an sit usu recepta multi dubitarunt, *late Redoanus de Rebus Eccles. non alien. quæst 35. 36. & seqq. Navarr. in Man. cap. 27. num. 149. Eumus in aurea armilla. verb. licentia n. 5.*

QVÆSTIO IV.

Electionum iura ordinaria an vigeant in exemptis.

SUMMARIUM.

1. *Lex generaliter loquens comprehendit personas privilegiatas.*
2. *Episcopi ad aliam Ecclesiam non elegi sed postulari debent.*
3. *Abbates vero elegi debent.*
4. *Differentia inter postulationem & electionem.*

Utique

VTique, nam lex aut dispositio quæ generaliter loquitur comprehendit etiam personas privilegitas *Decius in l.1.n.9.cum Apost. de reg.iur.late supra lib.1. quæst.5.* 1

Quod adeo verum est, ut licet Epoſcopi ad aliam Ecclesiam eligi sine Pontificis consensu non possint ex quo sint matrimonialiter propriæ Ecclesiæ alligati, ideoque non habeant liberum volatum, sed postulari debeant *tex.cap.fin.de postulat.Prælat. ubi Compost. Abb.& DD.Bertach de Episcop.lib.2.quæst.10.num.89. Petr.de Biaxio in director.elect.par.2.c.3.4.* Abbates tamen exempti quos supra quæst. prima diximus habere iura quasi Episcopalia non postulari sed eligi debent *tex.cap. si Abbatem de elect.in 6.ubi Franc.& DD.Compostell.in Apost.verb.quod Abbas.* Qua in re notandum primo antiquiora iura cap. cum venerabilis de consuet.cap. dilectus de Regular.cap. licet de Regular.quibus Abbates, & alij Prælati immediate Papæ subjecti nunc.c. non eligi sed postulari, debebant esse novissima Bonefacij 8. constitutione correcta *d.cap.si Abbatem.* 2 3

Notanda secundo differentia inter electionem & postulationem, electio enim est alicujus personæ ad Prælationem vel fraternam Societatem Canonice facta vocatio. At postulatio, est quædam gratiæ petitio à superiore facta de promovendo aliquem ad Prælationem ad quam de iure communi propter defectum aliquem vel impedimentum eligi seu promoveri non poterat *Hostiens.in summa de post Prælat.item Abb.in rubrica nu.1.& 2.* 4

Licet autem olim promiscua fuerit in iure utriusque nominis significatio seu usurpatio *ut in cap.hu omnibus dist.61. ca.literas dist.63.* hodie tamen per magna est inter utramq; differentia *vide Mandago.tract.de elect.p.1.c.65.in Apost v. fere Franc.cap.1 §. sed si de elect.in 6.& in cap.ut circa eod.tit. Cardinal. Clement.fin.eod.tit.* Adeo ut qui de iure eligi potest postulari non debeat nec è contra alioquin enim actns tanquam contra legem gestus vitiatur *Mandago.ubi supra Abb.in d.Rubr.num.3.*

Ratio est, quia per electionem datur consensus in electum tanquam in sponsum ex quo per eam contrahatur quoddam quasi matrimonium spirituale *ca. cum inter Canonicos de elect.cap.fin.de translat.prælat.* At per postulationem nihil tale, dicitur enim tantum vota ad superiorum ut de gratia velit admittere postulatum *Abb.in d.cap.Rubr.num.3.in fine mandago ubi supra.*

QVÆSTIO V.

Legatus à latere an confirmare possit electiones exemptorum.

SUMMARIUM.

1. *Appellatione sanctæ Sedis comprehenditur legatus à latere.*
2. *Exempti an administrare possint ante confirmationem.*

SOlum legatos à latere exemptorum electiones confirmare posse expressa Bonifacij VIII. constitutione definitum est *cap. si Abbatem de elect. in 6. Card. cons. 65. cap cum venerabilis de consuet. Spec. de legato § nunc ostendendum vers. 22.*

1 Ratio est, quia appellatione sanctæ Sedis ad quam confirmatio spectat comprehenditur legatus à latere *Philipp. Franc. d. cap. si Abbatem n. 4. 10. de Anania cons. 94. col. 2 vers. quod etiam sic ostendo & ubi Lud. Bologin. in addit. Socin. tract. de oblationib. mag. factis lib. 19. num 8 & seq.* Alij autem legati inferiores hoc nequeunt nisi id eis à Sede ipsa specialiter sit commissum *tex. d. ca. si Abbatem §. huiusmodi in fine.* Quod ipsum visum fuit Panormitano, his verbis. Quæro qui confirment Abbates dic» dato quod non sunt exempti; sunt per Episcopos confirmandi in multis tamen lo» cis dicit Hostiens. quod patres Abbates illos confirmant & non videt quo iure id » faciunt nisi super hoc habeant privilegium. Ita ille. *cap. 1. num fin. in fine de supplend. » negl. Prælat.*

2 Adhæc, hac in materia prætereunda non est Doctrina Navarri *in cap. acceptaopositionis octavæ solutione num. 31. de restit. spoliator. tom. 3.* eum qui à Capitulo unanimiter eligitur si sit à Curia Romana immediateque Papæ subjectus administrare posse, literis super confirmatione electionis non expeditis, tum quia etiam nullatenus confirmata electione recipi à Capitulo posset & administrare *cap. nihil de elect.* tum quia extravagans Iniuncto de elect. non debet extendi vltra ea quæ continet *Navar. d. oppos. 8. num. 13. & 31.* Tum quia Oldradus *cons. 6. incip. posito sine præiudicio* determinat Archiepiscopum Brach. qui est immediate subjectus, distans à Rom. Curia ultra 30. dietas ad instantiam sui Capituli & propter suæ Ecclesiæ utilitatem per administrationem ante confirmationem non incurrisse pœnas dictæ extravagantis injunctæ *Navar. d nu. 31. lo. Francus in glos. fin. d. extravag.* Cuius extravagantis materiam exacte & practice locis jam citatis explicatam invenies apud Navarr. ad quem si opus sit, recurri poterit.

QVÆ-

QVÆSTIO VI;

Exempti an teneantur ad Canonicam Episcopalem:

SUMMARIUM.

1. *Quid sit canonica Episcopalis.*
2. *Ratione rei non exemptæ debetur Canonica.*
3. *Ratione vero rei exemptæ non debetur.*
4. *Ratione conclusionis.*
5. *Quid si Ecclesia exempta habeat populū non exemptum.*
6. *Quid si Ecclesia tempore testamenti exempta sit, tempore vero mortis non, & è contra.*
7. *Quid si pendente conditione eximatur vel subjiciatur.*
8. *Canonica Episcopalis an impediat Parochialem.*

CAnonica nihil aliud est quam certa bonorum portio debita Episcopo ratione 1
oneris quod in administratione sui Episcopatus sustinet, introducta ex similitudine legitimæ patri aut patrono debitæ in bonis filij vel liberti, ad instar cuius visum fuit Episcopo, qui pater & spiritualis patronus est, ius ad certam in bonis suorum portionem competere *late Hostiens. in summa tit. de Sepultur. arg. l. 1. C. de bonis libert. Auth. licet C. de natur. liber. tex. cap. Pontifices 12. quæst. 3. & requisisti de Testam.*

Qua in materia, omissa prolixitate argumentorum, concludo primo, quod legato facto Ecclesiæ sive collegiatæ, sive non collegiatæ, non tamen exemptæ, debetur Episcopo Canonica portio *cap officij cap. requisisti de testament.* Ratio est, quia 2
eiusmodi Ecclesia subest Episcopo tam ratione legis diœcesanæ, quam iurisdictionis de qua plene in cap. dilectus cap. conquerente de offic. ord. & d. ca. officij de testam. dixi supra lib. 1 cap. 15. Episcopi autem nomine, hic intelligo Archidiaconum aut quemvis alium Prælatum inferiorem qui habet in ea Ecclesia iurisdictionem quasi Episcopalem. Ratio est, quia Canonica est de lege iurisdictionis *Innocent. cap. 1. de statu Monachor. Vbald. tract. de Canonica Episcopali cap. 1. num. 4* Episcopo debita iure Episcopali quod cum eiusmodi Prælati habeant in Ecclesiis sibi pleno iure subiectis habere etiam debent cum omnibus emolumentis connexis & annexis *Vbald. ubi supra c. 4. q. 4. principali n. 1. vers. notandum tamen.*

Conclusio secunda, Episcopo non competit Canonica portio in Ecclesiis exemptis, tam quoad legem diœcesanam, quam iurisdictionis seu quæ immediate Sum- 3
mo Pontifici subiectæ sunt ita contra Hostiensem *in summa de Sepulturis §. A quibus* concludit late Petrus de Vbaldis- *tract. de Canonic. Episcop. capit. 4. quæst 6. latissime Bald. l. si quis ad declinandam col. 6. vers. iuxta hoc C. de Episcop. & Cleric. Abb. cap. officij*

officij de testam. Io. Andr. c. certificaturi de Sepulturis Angel. in summa verb. Canonica num 7.

4 Ratio Vbaldi est, quia Canonica debetur Episcopo, ac inducta est propter onus quod Episcopus sustinet in celebrando solemniter, ordines conferendo, prædicando ac alia omnia ferendo quæ tam ad forum contentiosum quam pœnitentiale spectant item propter communionem, quæ est inter Ecclesiam & Episcopum præterea quia spiritualia sua communicat Ecclesiis quia est præordinator in cunctis ac propter curam quam præ omnibus gerere debet *Vbald. d. quæst. 6 n. 5. & 7. late Hostiens. in summa Sepultur. n. 14.* At vero Episcopus non celebrat in locis exemptis non ordinat exemptos *cap. nullus de tempor. ordin. in 6.* non præiudicat aut Cathedram collocat in loco exempto nec ea quæ ad forum contentiosum aut pœnitentiæ spectant exercet *Vbald. d. quæst 6 n. 7.*

Præterea, exempti in iure æquiparantur filio emancipato, liberto, Prælato, in alio am Ecclesiam translato *dixi supra late lib. 1. qu. 1. Vbald. d. quæst. 6 n. 9.*

Cum enim per exemptionem liberentur à potestate diœcesani consequenter liberantur ab omni iure quod Episcopus ab eis prætendere posset. Postremo Pontifex eximendo advocat ad se omne ius Episcopale adeo quod Papa sit Diœcesanus Exemptorum *cap. autoritate de privileg. in 6.* Ac ita pro hac conclusione rescripsit olim Clemens V. *in Clem. dudum §. verum in fin. de Sepulturis Vbald. ubi supra num. 12. Lapus eod. tract §. quia de n. 10.*

5 Conclusio tertia, Ecclesia exempta quæ habet Capellas vel populum non exemptum tenetur Episcopo ad Canonicam *per cap. ex ore de privileg. Innoc. & Io. Andr. cap. in nostro de Sepultur. d. cap. officij ca. requisisti cap. fin. de testam Lapus tract. de Canonica Episcop. §. quia de n. 6 vers. secundo quæritur Vbald. eod. tract. cap. 4. q. 5. & late q. 8. 9. 10. 11.* Fallit tamen si populus pleno iure subiectus esset Ecclesiæ exemptæ *Vbald. d. quæst. 9. n 3.*

6 Conclusio quarta, si fiat legatum Ecclesiæ exemptæ tempore mortis, subjectæ vero tempore testamenti, distinguendi sunt hi casus. Primus, si utroque tempore testamenti scilicet & mortis exemptio fit, non debebitur Canonica rationibus antescripsit. Secundus, si subdita sit tempore testamenti, exempta vero tempore mortis non debebitur quoque Canonica, ratio est quia inspicitur conditio & status tempo ris quo legatum cedit non vero quo legatur *l. post diem ff. quando dies leg. si uxor. C. de insert. l. quæ legata ff. de reg. Iur. Lapus d. tract. §. quia de n. 12.* Tertius si exempta sit tempore testamenti, subdita vero tempore mortis debebitur canonica ratio, quia inspiciendum est tempus mortis, non autem tempus testamenti. *Plene l. si cognatus ff. de reb. dubijs l. generaliter §. si homini libro ff. de fideicom. libert. Vbald. d. c. 4. quæst. 7. n. 3. l. si filius ff. de verb. oblig.*

7 Conclusio quinta, Si Ecclesiæ exemptæ sub conditione relinquatur, v. g. tempore mortis Ecclesia quidem exempta est, at vero postea subjicitur,

jicitur, tandemq; extat conditio videtur canonicam non deberi, nam tempore testamenti, & mortis Ecclesia exempta est unde si postea mutet statum, ideo fieri non debet præiudicium Ecclesiæ cui prius fuit ius quæsitum *l. id quod nostrum ff. de reg. jur.* E contra vero, videtur inspiciendum tempus conditionis existentis quo quidem tempore Ecclesia subiecta invenitur *l. si usufructus ff. quand. dies usufr. legati l. quæ legata ff. de reg. iur.* Paucis articuli hujus diudicatio pendet ex eo utrum conditio existens retrahatur ad tempus mortis seu testamenti, qua de re suis in sedibus fuse Doctores *Barth. l. si quis pro emptore ff. de usucap l. qui Balneum ff. qui pot. in pig.*

Utrum autem canonica Episcopi impediat petitionem canonicæ parochialis dubitatur, paucis dicendum est quod non, tam altera ab altera diversa est & ex diverso iure competens *Hostiens. in summa de sepulturis n. 14. §. & utrum illa ratione oneris Episcopalis ut dixi conclusione secunda.* Hæc autem ratione oneris parochialis quod consistit in quotidiana celebratione, Baptisatione, pœnitentiarum injunctione, qua de re videatur fusius Hostiensis & DD. *cap. in nostra de Sepulturis cap. certificari cap. cum super eod.* 8

QVAESTIO VII.

Utrum generalis exemptio censeatur etiam eximere à subsidio per Papam imposito.

MInime. Quia nemo ab eiusmodi charitativo subsidio Papæ debito exemptus esse censetur *Io. Andr. ca. cum instantia de censib. Oldr. ad cons. 104. incip. circa propositam quæstionem per l. 1. C. de indict. lib 10. l. neminem C. de sacros. Eccles.* Quod tamen restringendum est nisi quis speciali privilegio ab eiusmodi onere nominatim eximetetur *ca. decet de reg. iur in 6. ca. 1. & 2. 25. q. 2. Bellencin. tract. de charit. subsidio qu. 58. n. 3.* quod non est præsumendum quippe quod illud concedi non consueverit *d. cap. cum instantia vers. quod non credimus & cap. accedentes de præscript.*

QVAESTIO VIII.

Utrum Episcopus cum Clero eximere possit à subsidio charitativo.

POsse, responderunt plerique *Spec. tit. de censib. §. nunc dicendum vers. quid si.* Aptius tamen cum distinctione respondendum iudico nempe in præjudicium Papæ nō posse at vero in præiudicium Episcopi posse *l. vacuatis ubi DD. C. de decurionib. lib. 10. l. inter debitorem ff. de pactis Bellenc de charit. subsid. quæst. 60.*

QVAESTIO IX.

Ordinarius an exigat charitativum subsidium ab exemptis.

SUMMARIUM.

1. *Concluditur negative.*
2. *Limitatur nisi exempti habeant populum non exemptum.*
3. *Item nisi exemptio concessa sit cum clausula volumus quod in charitate cum Episcopo permaneas.*
4. *Ordinarium munus quod sit.*

1 QUod exigere non possit tenet Cardinalis &' cum eo ita concludendum est *Card. Clem. frequens §. nonnulli in 3. oppos. de excess. prælat. ubi Paul. & Petr. de Ancharano in vers. 8. not. Innoc. cap. 1. circa med. de statu Monach.*

Quod maxime procedit si exemptio sit data cum plena libertate id enim importat exemptionem non modo à jurisdictione sed etiam ab omnibus quæ sunt de lege Diœcesana inter quæ subsidium charitativum numeratur *ita Innoc. cap. venient in glo. super ver. libertate de verb. signif. in 6. Bellenc. de charit. subsid. quæst. 32. n. 8.*

2 Limitatur primo, nisi exempti haberent populum non exemptum quia eo respectu exigi posset eiusmodi præstatio *Innoc. cap. 1. circa med. de statu Monach. Bellenc. d. qu. 32. n. 5. vers. & pro talibus.*

3 Limitatur secundo, nisi in privilegio exemptionis apposita esset clausula vulgaris volumus autem quod Ecclesia hujusmodi exempta in charitate priori cum Episcopo suo remaneat *Abb. cons. 102. omnipotentis Dei postulato suffragio vol. 1. de quo dixi supra lib. 1. quæst. 9. n. 9.* Non refragatur, quod ejusmodi munus videatur ordinarium ex quo imponatur à lege seu canone ad quæ ordinaria munera etiam exempti adstringuntur *Barth. l. vacuatis C. de decur. lib. 10. l. 1. C. de indict. lib. 10. in l. 2. ff. de immunit. l. unica C. de vacat. muneris li. 10. Barth. l. omnes C. de annonis & tributis lr. 10.*

4 Quia falsum est quod subsidium charitativum sit munus ordinarium, nam ut quid censeatur munus ordinarium non satis est ut imponatur à lege seu Canone sed præterea opus est ut habeat certam annuam & regularem præstationem *Gulielm. de Cugno l. neminem C. de sacros. Eccles. Cyv. l. voluntarie in 1. qu. C. de excus. tut. Barth. l. 1. col. ult. C. de mune. & in quo loco lib. 10. Bellenc. d. quæst. 32. n. 6.* Quod non est in præstatione subsidij quæ nec annua est, nec uniformis, sed incerta ut pro re & necessitate enata exurgens.

* *
*

QVÆ-

QVAESTIO X.

Quid si ad exemptos, pervenerit res non exempta & è contra an tenebuntur.

ARticulum hunc prolixe discutit Petrus antiboli ad quem visum fuit lectorem remittere *tract. de mune. par. 3. §. 4. n. 50. 56. & seqq. vol. tract. 11 folio 68.*

QVÆSTIO XI.

An Episcopus conferre possit ordines exemptis.

SUMMARIUM.

1. *Episcopus confert exemptis ordines.*
2. *Si Episcopus neget possunt ab alio petere.*
3. *Quid si priuilegium habeant à quo ma-luerint Episcopo ordines accipiendi.*
4. *An exempti possint recipere clericos alterius diœcesis sine dimissoriis ?*

FUisse aliquando in hoc articulo dubitatum refert Rebuffus dum dicit Perusium putavisse Episcopum non posse *Rebuff. in praxi benefic. par. 1. tit. de Clericis & à quibus & quomodo creentur. n. 22.* in qua sententia cum Perusio videtur residisse Vbal- 1
dus suprà à me allegatus *tract. de Canonic. Episcop. cap. 4. qu. 5. n. 5. & 6. v. supra lib 4. q. 6. per cap. nullus de tempor ordin. in 6.* Veruntamen, Rebuffus contrarium concluſit cum enim ordinum receptio à proprio Episcopo sit valde favorabilis si id non licere diceremus, certe exemptionem quæ in favorem exemptorum concessa est, in eorum damnum & præjudicium converteremus quod foret per absurdum *Rebuff. d. n. 22. vide supra lib. 2. q. 45 vers. 11.* Pro quo est glossa notabilis dicens quod exem- 2
pti debeant primo Episcopalia petere ab Episcopo qui (inquit) si deneget possunt tum ab alio petere *glo. cap. Abbatibus 18. quæst. 2. Petr. Brixiens. in repert. verb. exemptio* 3
col. 6. quod ipsum plenius inquirit Navarrus *cons. 14. num. 3. & 4. de privileg.* addens quod Abbas unius monasterij invitatus possit in alio monasterio ordines conferre si illud sit exemptum *Franc. ca. Abbates in fin. vers. in glo. fin. de priuilegiis in 6.* quæ tamen conclusio vera est nisi exempti privilegium habuerint à quo maluerint Episcopo ordines accipiendi qua de re latius speculator *part. 3. tit. de clericis peregrinis n. 5. cum Apost.* ubi dicit virtute eiusmodi privilegij posse eos in aliena diœcesi ab alieno Episcopo ordines accipere sed non tamen in propria diœcesi nisi tamen detur Episcopo nova venia ibi ordines conferendi Io. *Andr. cap. cum & plantare in fin. de priuileg.* An autem exempti possint clericos alterius diœcesis recipere sine literis 4
commendatitiis notat idem speculator *vbi supra num. 7.*

QVAE-

QVAESTIO XII.

Religiosi exempti an transire possint ad strictiorem regulam venia non obtenta.

SUMMARIUM.

1. *Licentiam satis est petere licet non concedatur.*
2. *Secus in exemptis.*
3. *Differentia est an licentia petatur à Papa vel à legato à latere.*
4. *Consensus an præcedere vel sequi possit.*
5. *An valeat consuetudo transeundi ad aliam religionem sine consensu Papæ aut legati.*

1 INnocentius tertius Pontifex Priori & conventui Dimolensi rescripsit posse religiosum zelo sanctioris vitæ ad religionem transire strictiorem, petita prius licentia prælati sui, licet non obtenta etiamsi primum monasterium sit privilegiatum
2 quod de illo ad aliud etiam arctius transire non possit *cap. licet quibusdam de regular.* Quod quidem licet ita regulare sit in Prælatis tamen exemptis aliud dicendum est qui quidem ad strictionem religionem transire non possunt petita solum venia, sed est omnino necesse ut eam obtineant ita determinavit Clemens 4. referente
3 Hostiensi ex Imola & Archidiacono *cap. si Abbatem de elect. in 6. Io Andr. d. cap. licet & cap. cum non sit at de reg. iur. in 6. ubi Franc. num. 2 usque ad finem.* Quæ de re Philipp. Franc. eodem loco distinguit inter Papam & legatum à latere, Etenim cum solius sit Papæ religiones confirmare eius etiam solius esse potest professiones & transitiones in aliam religionem impedire *Anto. de Rosellis tract. de concilijs qu. Pontifex maximus nunquid circa impedim. matrimonij &c. vol. tract. 2. fol. 51. col. 4.* qui quidem si (inquit) non quidem denegavit licentiam Prælato exempto sed nec etiam dedit tunc Prælatus poterit prælaturam dimittere, & religionem ingredi *per not. d. cap. lices & cap. cum venerabile de consuetud. in 6.* non enim videtur exemptus fortius adstrictus Papæ quam Monachus Abbati vel servus Domino Maxime quod Papa semper in potestate habeat professum ad priorem religionem revocandi *Franc. d. n.* 2. At vero, legatus à latere si Prælato exempto licentiam deneget poterit licite in aliam transire religionem atque profiteri, non enim obtinet legatus quamvis à latere supremam potestatem nec religiones approbare aut tollere potest *Io. Andr. d. c. cum non sit at. ubi Franc. num 3.*

Utrum autem quando obtineri debet licentia ea debeat actum præcedere vel
4 satis sit si sequatur plenioris est disquisitionis, sufficienter ab Abbate disputatum ad quem recurri poterit *in lata Apostilla ad d. ca. licet de Regular.*

5 Item utrum valeat consuetudo quod Prælatus exemptus transire possit ad aliam digni-

dignitatem sine licentia legati aut Papæ determinat Innocentius negative *per tex. in cap. cum venerabilu de consuet. Bald. in Margarit. verbo Abbas exemptus.* Hodie quisquis ille sit qui ad strictiorem, monasticæ vitæ normam transilire satagit, laudabiliter facit, si auctorante S. Pontifice aut S. congregatione Illustrissimorum Cardinalium negociis Regularium præpositorum id faciat: tum quod tutius, tum quod gratius S. Sedi, quemadmodum suis ad me litteris, scripsit summæ vir prudentiæ Ricardus Pauli stravius Protonotarius & dictæ congregationis à secretis.

QVÆSTIO XIII.

Concedere an possit Pontifex privilegium ne quis excommunicetur.

SUMMARIUM.

1. *Concesso privilegio nn ab Episcopo excommunicari possit poterit nihilominus ab eo puniri seu coram eo conveniri.*
2. *Privilegium non valet ne quis à Papa excommunicari possit.*
3. *Imperator imperium non potest lacerare.*
4. *Papa non potest sibi ligare manum.*
5. *Papa & Imperator frater nisant.*

DUplex facio huius quæstionis caput, prius ne ab Episcopo posterius ne à seu à sancta Sede excommunicetur in priori nemo unquam merito dubitavit uti superius à nobis satis notatum est *lib. 1. quæst. 3. sub finem* licet incidenter dubitatum fuerit an concesso eiusmodi privilegione quis ab Episcopo excommunicati possit coram eo saltem in jus trahi conveniri ac puniri possit, cui dubio cum Abbate affirmative respondemus *in cap. cum capella n. 6. vers. ultimo quæro de privilegiis dixi supra lib. 2. c. 49. & infra qu. seq. n. 8.* Quo vero ad posterius, sunt qui id privilegij vendicant, quod ne quidem à Pontifice excommunicari possint teste Ioanne Feraldo *in privilegijs regum Franciæ privilegio 6.* Veruntamen, eiusmodi privilegia inutilia esse & vana supra ex Abbate Felino & alijs tradidimus *d. qu. 3. sub finem 10. And. c. cum instantia de censib Bellenc. de charit. subsidio q. 58. n. 1. Oldra cons. 104 incip. circa propositam quæstionem in fin.* 1 2

Quemadmodum enim Imperator lacerare Imperium non potest *Abb. c. cum non liceat n. 16. vers. nec etiam posset ubi Fel. n. 14. & in c. ad audiendam n. 4. de præscript ex Epistola n 5. de probation. Rastaur. de Imperat. q. 104.* ita nec Papa, qui sibi ligare manus non potest, *c fin. ubi glo. de rescript. in c. c. innotuit de elect. dixi supra. li. 3. q 1 in pr.* Papa enim, Ecclesia, & Imperator, Fratres nisant, unde merito de uno ad alterum juris similitudine ducitur argumentum *Rastaur. de imper. qu. 70. n. 6. Iason. cum add. in l. 1. n. 2. lect. n. 24. C. de sacros. Eccles.* 3 4 5

QVÆ-

QVAESTIO XIV.

Exempti an obligentur interdictis ordinarij.

SUMMARIUM.

1. *Interdictum quid sit.*
2. *Ferri non potest contra exemptos.*
3. *Exempti tenentur observare interdicta quæ servat Ecclesia matrix.*
4. *Alioqui incidunt in pœnas Canonicas.*
6. *Differentia inter interdictum generale & Prælati exemptorum.*
7. *Quid si exempti non paruerint interdictis an puniri possint ab ordinario, & numer. 8.*

1 INterdictum est censura Ecclesiastica qua prohibentur divina officia sacramenta & sepultura active & passive *Navarr. in manuali 27. num 164. & seqq. ubi docte & late.* Porro, licet illud ferre non possit ab ordinario contra exemptos seu receptos
2 in speciales filios Ecclesiæ Romanæ *cap. 1. de verb. sig. in 6. c. quando de privileg. Navarr. d. n. 164. vers. octavo Fumus in Aurea Armilla verb. interdictum n. 25.*

Nihilominus tamen exempti tenentur observare interdicta quæ servat Ecclesia
3 matrix *Clem. 1. ubi Card. n 10. de sent. excom. Fel. cap. licet n 6. vers. & nota quod exempti de foro compet. Fumus in Aurea Armilla verb. excommunicatio 52. præclare Abb. c. cum inter nu. 3. cum Apost. de consuet.* Matrix inquam Ecclesia hoc est loci maior vel Baptismalis si autem eo in loco non esset Ecclesia Cathedralis sed plures matrices si omnes serviant exempti etiam sese conformare debent, si autem una servat alia
4 non secùs dicendum est *Fumus d. verb. excommunicatio 52. in fine* exemptis autem casu debito non servantibus interdicta incidunt in pœnas variis in constitutionibus expressas *d Clem 1. de sent excom. cap. Episcoporum de privileg. in 6. Clem. eos de sepult. Io. de Lignano tract de censur. Eccles. §. 27. n 3. vers. nono vol. tract. 16.* Quæ adeo vera sunt ut in contrarium præscriptio vel consuetudo non subsistat imo privilegium è contra obtentum censeretur surreptitium *d. ca. cum inter ubi Io. Andr. Fel. Abb. & alij cap in Lateranensi de præbend. Sayrus in Thesauro Theol. moralis par. 1. lib. 5. cap. 19. n. 15.*
5 Violaretur enim nervus Ecclesiasticæ disciplinæ quod non est amittendum *Clem. 1. verb. nervum. Ecclesiasticæ disciplina de sent. excom. Barbatia d. c. cum inter n. 10. vers. nota quod Episcop. Calderin. tract de Ecclesiastico interdicto q. 3. 5. 6. & 24. memb. 2.*
6 Porro, inferenda hic est differentia quædam inter interdictum generale ordinarij & interdictum Prælati exemptorum illo enim celebrare divina possunt inter se sed secreto ut ab extris non videantur hoc autem nulla ratione ne quidem nec secreto nec inter se *c. quod in te de pœnitent, Host & Innoc. cap. nuper vers. orando de sent. excom. Card d. Clem. 1. de sent. excom.*

Inciden-

Incidenter autem dubitatur an si exempti non paruerint interdicto ordinarij an 7
ab eo puniri possint Ioannes Monachus tenet quod possint puniri ex quo hoc in
casu denudati sint suo privilegio *Io. Monach. tit. de privileg. in 6. per cap. tuarum extra*
eod. videtur tex Clem. ex eo §. quod si in verb. satisfactione præmissa, & c. de sent. excom. c.
eū & plantare §. excommunicatos de privileg. ubi DD. Ad Imola & Cardinal. *d. Clem. 1.*
n. 10. quæst. 9. contrarium asserit atque probat. consulens ut ordinarius denunciet
Papæ ad obtinendum judicium delegatum, qua de re infra à nobis aliquid scriptum
est *eod. lib. cap. 33.*

Pro coronide itaque dico, quod personæ singulares privilegiatæ per Pontificem 8
ne excommunicari aut interdici possint non intelliguntur exemptæ à sententijs or-
dinariorum, sed possunt non obstante tali privilegio ab eis interdici nisi sint Reges
aut Reginæ vel eorum filij *cap. ne aliqui de privileg. in 6. ubi* DD. *Silvester in verb. in-*
terdictum Henriques lib. 13. de excommunicat. cap. 25. §. 5.

Quod ampliatur etiamsi essent personæ religiosæ, quibus ratione seu inœuitu
personæ eiusmodi personale privilegium concessum est *glo. cap. ne aliqui in verb. ra-*
tione de privileg. in 6. Secus vero si privilegium concessum esset ratione loci religios
v. g. monasterij aut ordinis *Henriques lib. 7. de indulgent. cap. 24. §. 2. & lib. 13. c. 24.*
§. 1. comperdium privileg. ord. minorum verb. exemptio. Quale privilegium concessum
esse Societati Iesu, Prædicatoribus, Minoribus, Benedictinis testatur Gregorius
Sayrus *in Thesauro Theolog. moralis par. 1. lib. 5. cap. 10. n. 8. & DD. iam citati.* Adeo ut
nec directe nec indirecte interdici possint *cap. quantum de privil. Silvester ubi supra*
vers. primum Sayrus d. cap. 10. n. 9. c. cum dilectus de relig. dom. Clem. frequens de excess. Prælat. directe inquam cum ipsimet vel eorum loca interdicuntur indirecte vero
cum alij ipsorum respectu v. g. qui cum eis negotiantur, frequentant, emunt, ven-
dunt, molunt *d. c. quanto Sayrus d. n. 9.* Denique, exemptione non gaudere eum qui
fuit causa interdicti ostendit Hieronymus Gonsales *tract. de mensibus & alternativa*
Episcoporum glossa 27. n. 33. per c. licet in fine de privileg. in 6.

QVAESTIO XV.

SUMMARIUM.

1. *Ordinarius non potest tollere pravas consuetudines exemptorum.*
2. *Res exemptæ comparantur rebus sitis extra territorium.*
3. *Castrum ereptum à iurisdictione civitatis Capitalis non regetur amplius illius consuetudinibus.*

Licet

LIcet ad Diœcesanum spectet tollere pravas consuetudines suæ diœcesis *Abb. cap. Abolendæ num.3 de Sepulturis Abb.c.ex frequentibus n.4.de institut. ubi Innoc. Angel in summa verb Archiepiscopus n.1.* Id tamen in exemptis non potest qui licet sint in diœcesi non tamen ideo sunt de diœcesi *cap.grave ubi Fel c.pen. de offic.ord.*

1 Quapropter (inquit Abbas) non est præsumendum quod Papa subjicere voluerit exemptos Episcopis per verba quantumlibet generalia qui proinde consuetudines exemptorum pravas abrogare non poterunt *Abb.d.c.abolendæ n.3.* vide inquit idem, si exempti habeant consuetudinem vendendæ sepulturæ pravam alioquin atque plane irrationabilem Episcopus eam abrogare non poterit *d.c. abolendæ ubi* DD. Ra-

2 tio est, quia tam exempti, quam res exemptæ comparantur locis seu rebus extra territorium seu diœcesim constitutis *cap grave ubi Fel. Abbas & DD.de offic.ord.Cardin.Clem. Archiepiscopo §.simili in fine de privil. Ang.cons.230.incip.quædam Margareta vol.2.* Unde, cum Episcopus extra diœcesim non habeat ius terrendi seu administrandi *Alciat.l.pupillus §.territorium ff.de verb signif.* consequens est ut non possit deo consuetudines moderari, tollere, abrogare, derogare, iudici quippe extra territorium ius dicenti impune non paretur.

3 Quare, pulchre ex Romano Socino censuit Alciatus, quod si castrum ab omnimoda civitatis superioris iurisdictione sit ereptum amplius superioris civitatis consuetudinibus non regetur *Alc.d §.territorium Rom.cons.218.Soc.cons.81.* Alioquin enim regulare est quod castra regulari debeant & sequi consuetudines civitatis capitalis *Amanellus sing.235.n.1 Barth.l.2.q.36.C.quæ sit longa consuet. Iason.l.de quibus n.6.ff de legibus Menoch.cons.257.n.51.li.3.late Rochus tract.de consuetud.n.341.*

QVÆSTIO XVI:

Exempti an præstent iuramentum fidelitatis superioribus Prælatis à quibus eximuntur.

SUMMARIUM.

1. *Exempti præstant iuramentum Episcopo ratione populi non exempti.*
2. *Potest quis vasallus esse diversorum Dominorum.*

FRanciscus de Aretio in hac specie quæstionis consultus respondit negative *cons.150.n.1.* Ratio est, quia eiusmodi iuramentum præstatur in signum subjectionis estque libertati & exemptioni ex diametro contrarium *cap. cum olim 2. de privileg glo.cap.antiquo eod.cap.nimis prava ubi Butr.de excess.Prælat.* ideoque exempti istud iuramentum Pontifici præstant non autem alij, *DD.d.cap.nimis & cap.dilecti de maiorit. & obed.* nisi tamen exemptus habeat populum non exemptum seu

Ca-

Capellas, Ecclesias aut loca non exempta nam eorum respectu subijcitur ordinatio 1
c. cum capella de privileg. ubi DD. & consequenter eorum contemplatione iuramentum fidelitatis Episcopo præstare potest, idque argumentum sumendo à feudis potest enim aliquis esse vasallus duorum pro diversis feudis ac utrtusque respectu præstare utrique Domino iuramentum fidelitatis cap. 1. quæ sit nova forma in feud. 2
cap. de forma 22. quæst. vlt. c. 1. in fine hic finitur lex. cap. grandi de supplend. neglig prælat. in 6 Spec. de feudo §. 2. vers. 12. Quod genus argumenti in hac exemptionum materia procedere diximus frequenter supra lib. 1. qu. 45.

QVAESTIO XVII.

Archiepiscopus, Episcopus, an celebrare possit in locis à se exemptis.

QUæstionem hanc tetigimus supra quam proinde nolo hic iterum repetere supra lib 2 q. 45. vers. 25. & 62. Quid autem de alijs prælatis vel Abbatibus an Pontificalia exercere possint extra eorum Ecclesias item in præsentia suorum prælatorum superiorum vide copiose Francum cap. ut Apostolice n. 5. & 6. de privileg. in 6.

QVAESTIO XVIII.

Archiepiscopo vel Episcopo celebrante in loco exempto cuius erunt oblationes in missa factæ.

SUMMARIUM.

1. Diœcesis est parochia Episcopi.
2. Omissum remanet in dispositione iuris.
3. Solutio quæstionis cum distinctione.
4. Troilus indistincte censet deberi Episcopo.

VIdetur quod Diœcesani quia tota diœcesis est parochia Episcopi cap. licet 16. q 3. & alij curati dicuntur adiutores Episcopi cap. fin. de offic. Archipresbyteri. Præterea oblationes veniunt accessoriæ ad missam ideoque videtur quod celebranti debeantur cap. accessorium de reg. iur in 6. 1

In contrarium vero facit quia diœcesano permissum est quidem ut celebret in loco exempto iuxta Clem. Archiepiscopo de privileg. at vero de oblationibus nihil 2
dispositum reperitur; unde fit locus axiomati quod omissum remaneat in dispositione juris communis l. commodissime ff. de liber. & post. Petrus de Anchar. hacin quæstione sic distinguit ut si celebret exequendo officium Pastorale, quod ei oblationes debeantur, idque ut subveniatur in necessitate constituto secus vero si voluntarie 3

rie *arg.d.cap.accessorium & arg.l.si.fide iussor.ff.qui satisdar.cogant. Anchar.d.Clem.Archiepiscopo* Cardinalis vero Sabarella dicit quod de urbanitate Episcopo celebranti debeantur, de iure vero ei cui competunt iura Parochialia computantur enim oblationes inter iura Parochialia cui etiam assentitur Felinus *Card.d.Clem. Archiepiscopo n.11, Fel cap.dilectus n.1.vers.& adde de offic.ordin.* At vero Troilus maluetius
4 sequendo Imolam indistincte censet deberi Episcopo *Tract.de oblat. imagini facta par.4.n 2.Imol.d.Clem.Archiepiscopo col.pen,vers.ulterius quarit.* tum quod oblationes dentur propter meritum magis merito ut est Episcopus *arg.l. nec adiecit ff.pro socio* cum quod tota diœcesis dicatur Parochia Episcopi cæteriique curati eius tantum adjutores *d.cap licet & d.cap.fin* Qua in re semper collimandum est ad priuilegia & consuetudines *Marian.Socinus tract.de oblationibus lib,18.num.60.& seqq.per cap.porro de priuileg.*

QVÆSTIO XIX.

Exempti an teneantur venire ad Synodum.

SUMMARIUM.

1 *Synodus est signum subiectionis.*
2 *Synodus an sit de lege diœcesana vel iurisdictionis.*
3. *Iudex in varietate opinionum bene facit eligendo mediam viam.*
4. *Exempti non tenentur venire ad Synodum.*
5. *Idque nisi habeant populum non exemptum,*
6. *Libertas non veniendi ad Synodum an præscribi possit:*
7. *Abbates exempti qui interesse Synodo debent quali amictu uti debeant,*

1 QUod venire ad Synodum Episcopi sit signum subjectionis apud omnes est indubitata *cap.fin.de causa possess.& propr.Spec.de test §.nunc videndum vers.intendit probare Milu in repert.verb.Episcopus* §.1. Unde fit dubium an exempti ad eam venire compellantur, pro solutione cuius præmitto, variè olim fuisse disputatum utrum Synodus sit de lege diœcesana an vero de lege jurisdictionis, quod sit de lege
2 diœcesana tradidit glossa & eius sequaces *in cap.dilectus ubi Abbas de offic.ordin, Innoc cap.1.de statu Monach.Imol.d.cap.dilectus col. 2.& in cap super his not.2.de maior. & obed.per cap Episcopus dist 17.cap.fin.1. quæst 2.* ea enim omnia dicuntur esse legis diœcesanæ à quibus monasteria de iure reperiuntur esse exempta *d.ca. Episcopus & d.cap.fin.& dixi supra lib.1.qu.15.*

Quod autem sit de lege iurisdictionis, censuerunt plerique alij *vide Host.d.c.dilectus ubi Io.Andr.& Card.& in cap.conquerente sod.tit. Gemin.cap.1.10.quæst.1.* Ratio est

tio est, quia Abbates iuxta communem sententiam non subsunt Episcopo quo ad legem diœcesanam, qui tamen tenentur venire ad Synodum Episcopi *cap. quod super his de maior. & obed. cap. fin dist.* 18, Præterea, venire ad Synodum tenere vocare punire non venientes non est pati nec recipere sed potius agere, ergo non est de lege diœcesana, *vide supra d q.* 15. Tertij putaverunt Synodum mixtam esse de lege diœcesana & iurisdictionis *Host. d. cap. super his ubi Io. And. Abb. Card. d. cap.* Episcopus censentes quod Synodus sit quidem de lege diœcesana sed in quantum in ea aliquid statuitur ordinatur iudicatur quod sit de lege iurisdictionis, At Vero Turrecremata *d. cap.* 1. 10. *quæst.* 1, longe aliter putat quod convocatio activa sit de lege iurisdictionis sed obligatio ad obediendum Episcopo de lege diœcesana Paucis in conflictu harum opinionum videtur implectenda media quæ mixta est utraq; lege *Hostiens. d. cap. super his.*

Nam iudex inter varias opiniones bene facit si eligat mediam. quippe quod hoc pacto neutri minus præjudicari possit *Fel. cap.* 1. *col. fin. vers. secundo nota de constit.* 3 *Anchar. cons.* 120. *incip. inter contraria col.* 1. *arg. l. adeo §. cum ex aliena ff. de acq. rer. dom. cap. literas § sane de rest. spol. Henric. Botteius tract. de Synodo par.* 1. *n.* 63. Non tamen rusticorum more qui quæstiones occurrentes per medium secant quod reprobatur glo *l. nesennius in verb. videantur ff. de neg. gest.*

Concludo itaque, nec Abbates nec alios quosvis exemptos non habentes capellas seu membra aut populum non exemptum teneri venire ad Synodum *cap. ex ore de privileg. ubi Abb. c.* 1. *ubi glo. verb. instituta eod. in* 6. *glo. c. ut Apostolice verb. videtur &* 4 *ca. exemptione verb. curam eod. in* 6. *Archid. ca. Abbates col. fin.* 18 *quæst.* 2. *Fed. cons.* 183. Quod ampliatur etiamsi Abbates exempti habeant alios sibi superiores *Lapus inter cons. feder.* 89. *incip. Reverende pater.* Limitatur autem nisi exempti habent membra § vel populum non exemptum *dixi lib.* 2 *q.* 45. *casu.* 23. & 63, alioquin venire debent nisi habeant privilegium non veniendi ad Synodum DD. *ubi supra c. quoniam per confessionem de privileg. c. nimis de excessib. prælat. Host. in summa de offic. ord. §. quid pertinet. vers. capella etiam Monachorum Imol. d. ca. quod super his.*

Limitatur secundo iuxta Concil. Tridentinum, quod exempti omnes qui alias 6 cessante exemptione interesse deberent nec capitulis generalibus subduntur Synodo interesse debeant *sess* 24. *c.* 2. *de refor.* Utrum autem præscribi possit libertas non veniendi ad Synodum longioris est materiæ nec huius instituti *vide Henricum Bollenum tract de Synodo par.* 2. *num.* 40 *& seqq.*

Postremo, Abbates exempti qui interesse debent Synodo, quo amictu, & orna- 7 mentis uti debeant compendij causa peti poterit aliunde, *vide Spec. de privileg. par.* 4. *n.* 6. *Boer. de autoritate magni Concily par.* 1, *n.* 13. *Franc. c. ut Apostolica de privil. in* 6.

QVAE,

QVAESTIO XX.

Prælati exempti qualem habeant in subditos iurisdictionem.

SUMMARIUM.

1. *Prælati exempti habent iurisdictionem quasi Episcopalem.*
2. *Excommunicare possunt subditos.*
3. *In alienationibus interponunt autoritatem.*
4. *Vota tollunt. Indulgentias non concedunt.*
5. 7. *Differentia inter inferiores Prælatos & Episcopos.*
6. *Dictio quasi est nota improprietatis.*
8. *Habent iurisdictionem etiam fori interioris.*

1 RESpondeo quasi Episcopalem *glo. sing. Clem. 1. verb. proprij de rebus Eccles. non alienand. Navar. cons. 23. de privileg. Hieron. à Sorbo. Capuan. in addit. ad Alphons. à*
2 *Casarubios in compend privileg. fratr. minor. verb prælati.* Unde subditos excommunicare possunt *Sayrus in Thesauro Theologiæ moralis lib. 1. cap. 6. n. 13. par. 1.* in alienatio-
3 nibus suam interponunt auctoritatem *dixi supra lib. eod. q. 1. n. 4.* Vota suorum irri-
4 tant commutant dispensant *Navar. in Manuali c. 12. n. 76. vers. tertio Silvester verbo votum 4. q. 3. adde supra li. 1. c. 24. n. 6 Navar. in Manuali c. 27. n. 254.* Cæteraq; ad iurisdictionem Episcopalem spectantia expediunt, paucis quibusdam casibus exceptis,
5 inter quos comprehendo indulgentiarum concessionem, quas inferior Episcopo concedere non potest *dixi infra li. eod. q. 5°. n. 1.* Inferiores enim prælati, præsident tantum viri velut familiæ seu conditioni hominum sicuti Abbates Monachis qui
6 proinde iurisdictionem quasi Episcopalem habere perhibentur adiecta dictione quasi, quæ est nota improprietatis, quemadmodum late probatur apud Albertum de Pergamo *tract. de propositionibus num. 92. § quasi Anton. de Rosellis tract. de Concilijs*
7 *Rubr. sententia quæ potius attendendo an Papæ an Concilij n. 16. in fin.* At vero Episcopi rectores, integri populi, & quasi reges in parvo regno præsidentes hominibus omnium ordinum statuum, sexuum, conditionum proprie & absolute prælati esse per-
8 hibentur *Bellarminus tract. de indulgentiis li. 1. cap. 11. q. 3. S. Thom. in 4. dist. 10. qu. 1. art. 4. q. 1.* ad quos proinde indulgentiarum elargitio spectat *Bellar. d. q. 3.* insuper, vendicant sibi eiusmodi Prælati iurisdictionem in suos, non modo fori exterioris sed etiam interioris, qualem Episcopi habent in animas Parochianorum Parochiarum sibi subjectarum *Navar. cons. 15 num. 2. de prabend. par. 1.* quæ per negligentiam prælatorum, ne in Episcopum transferatur advigilari debet *Navar. d. cons. 15. numer. 6.*

QVAE-

QVAESTIO XXI.

Qualiter intelligenda sit clausula, Quatenus sint in usu, & sacris Canonibus & decretis Concilij Tridentini non adversentur.

SOlutionem huius quæstionis nobis præbet Hieronymus à Sorbo *in annotationibus ad Alphonsum à Casarubios de privilegijs minorum ordinum ad Bullam Clement. 7 editam anno 1526. May 30. & adverb. privilegia Fratrum.* Cuius verba hic referre non pigebit. Advertendum est (inquit) quod dum in hac clausula dicitur sacris Canonibus & decretis, non est intelligendum ut aliqui male sentiunt de sacris Canonibus summorum Pontificum in decretis & decretalibus contentis, sed de sacris Canonibus & decretis Concilij Tridentini cum clare pateat ipsum Concilium & Canonibus & decretis constare & illud operetur illa clausula, &, coniungendo Canones cum decretis Concilij Tridentini ideo male sentire mihi videntur qui aiunt sub illa particula Canonibus intelligi decreta & decretalia Summorum Pontificum & sub illa alia decretis Concilij Tridentini ea quæ sunt in Concilio Tridentino & quod proinde nulla aut paucissima remaneant privilegia & ita esset æquidem si hæc illorum valeret opinio, sed quam sit absurdum & à mente & verbis Pontificum alienum nemo sanæ mentis non videt dixissent enim si intelligi voluissent de decretis & decretalibus, Quatenus sunt in usu & sacris Canonibus Summorum Pontificum & decretis Concilij Tridentini, Ita ille.

QVAESTIO XXII.

Exemptio an extendatur ad Ecclesias futuras seu postea ædificatas?

DIscutiunt hunc nodum varijs in locis Doctores *late Iason l. si stipulatus fuerim §. cum stipula. num. 9 fol. 108. ff. de verb. oblig. in l. si ex toto num. 11. fol. 22. de leg. 1. l. qui filiabus numer. 15. fol. 42. ff. eod. Abb. cap. cum capella. num. 5. de privileg. Guid. quæst. 489. num. 1. & 3. Castr. l. si cognatis num. 3 ff. de reb. dubijs Faber in Rubr. C. de sacros. Eccles. Cucles. & in l. si quis C. quæ res pegn. Castr. l. iubemus numer. 8. C de sacros. Eccles. Cucneo Auth. omnia privilegia C. eod 10. dilect. de arte testandi lib. 6. cautel. 10.* Qua de re alibi satis scripsi, nolens eadem tædiosa prolixitate repetere *v. supra li. 1. ca. 37. & 38.*

QVÆSTIO XXIII.

Visitare an possit Episcopus loca exempta.

SUMMARIUM.

1. *A potestate Pontificis nemo eximi potest.*
2. *Episcopus visitat exemptos immediate Papæ subiectos tanquam sancta Sedis legatus.*
3. *Alteri vero Prælato subiectos non visitat.*
4. *Visitatio & procuratio an & quando præscribatur.*

1 PRincipes & reges quantumcũque exemptos & visitari & ex causa à Pontifice deponi posse ex historiis & sacris Canonibus est plus satis manifestum *ca. alius 15. quæst. 6. c. in apibus 7. qu 1. c. venerabilem de elect. c. licet de voto late Restaurus tract. de Imperatore q. 81. per tot. docte suo more Navarrus in repet. ca novit not. 3. nu. 5. de iudic. tom. 3. fol. 64.* Adeo ut Pontifex ab hac sua potestate neminem, ut supra aliquoties diximus, consueverit, aut possit eximere *v. lib 1. qu. 3. sub finem lib. 4. qu. 13. 6. cum instantia ubi tex. & Abb. in terminis de censib. Restaur. d. q. 81.*

2 An autem à visitatione Episcopi exempti liberentur supra quædam attigimus *li. 2. q. 45 casu 7.* quibus addo, Episcopi esse visitare loca exempta immediate subiecta Summo Pontifici tanquam Sedis Apostolicæ delegati *Cardinal. Clem. attendentes q. 6. & 7 de statu Monach. Concil. Trid. sess. 7. ca. 7. de refor.* Si vero sint exempta quidem à sua iurisdictione, sed subiecta alteri alicui prælato, Episcopus non visitabit 3 nec iure delegato, nec ordinario, sed Prælatus cui immediate subiecta sunt, quem supra diximus habere iura quasi Episcopalia *lib. 4. qu. 20. glo. Clement. attendentes in verb. aliam Cardin ibid. quæst. 6. 7. 8. & §. illas numer. 2.* Insuperius hoc visitationis, ad-
4 eo est favorabile, ut nullo temporis curriculo præscribi possit ne Ecclesiæ visitentur, aut ne procurationem non solvant proprio Prælato visitanti seu ut doctissime scripsit Molina, non possunt subditi præscribere adversus Prælatum aut Episcopum ut non visitentur & ut visitanti procurationem non solvant *Molina de iustitia & iure tom. 1. tract 2. disputat 83. fol. 358. Item disput. 70. per ca. cum ex officij de præscript. c. cum instantia de censib. & dictum est supra lib. 3. q. 27.*

Licet alius Prælatus præscribere possit adversus alium Prælatum, ut ad ipsum subditi talis Prælati pertineant & ut ab ipso visitentur & ut ipsi procuratio non autem antiquo Prælato debeatur *ita Molina ubi supra per d. cap. cum ex officio ubi* DD.

QVÆ-

QVÆSTIO XXIV.

Capitulum ſede vacante an ſuccedat in viſitatione exemptorum.

SUMMARIUM.

1. *Epiſcopus viſitat tanquam ſanctæ Sedis delegatus.*
2. *Quæ iure ſpeciali ad Epiſcopum ſpectant non tranſeunt in capitulum.*
3. *Defuncto Prælato an Capitulum ſuccedat ei in iuriſdictione ei à iure delegata.*
4. *Ratione moræ & neceſſitatis receditur à regulis iuris.*

QUæſtio hæc valde dubia, ut teſtatur Abbas & Io Franciſci, *ille in ca. cum olim col. 3. verſ. quinto dubitatur de maiorit. & obed. hic tract. de poteſt. Capituli ſede vacante par. 1. quæſt. 7. num. 7. & 8. & quæſt. 10. Feder. conſil. 290.* Probabilior eſt ſententia, quod non poſſit viſitare.

Ratio eſt, quia Epiſcopus obit munus huiuſmodi viſitationis iure ſpeciali tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus *d. Clem. attendentes de ſtatu Monach.* 1

Quæ autem iure ſpeciali ad Epiſcopum ſpectant, non tranſeunt in Capitulum ſed tantum quæ iure proprio Epiſcopali *abb. & Io. ubi ſupra Card. d. Clem. attendentes in pr. num 6. quæſt. 4.* Quæ tamen concluſio maius expoſcit examen, pendens ab hoc articulo utrum defuncto prælato capitulum ſuccedat in iuriſdictione à iure ei delegata, qua in re diſtinguitur, an ſit utile expediri, & an mora periculum ſit allatura ſi forte expectaretur ſucceſſor, ut de inquiſitione hæreſeos in exemptos quod in Capitulum tranſit, & ſimilibus exemplificari ſolet quæ omnia fuſe & docte petantur ab eodem Io. Franciſci *d. tract. de poteſt. capit. ſed vac. par. 1 quæſt. 10.* 2 3

Cui addo, propter moram neceſſitatemve à communibus iuris regulis recedi ſolitum, quod ſupra in alienatione rerum Eccleſiaſticarum oſtendimus *eod. lib. quæſt. 1. ſub finem.* Sunt etiam in argumentum huius quæſtionis quæ antea à nobis in eadem materia allata ſunt quæ non iuvat hic repetere *lib. 2. quæſt. 2. verſ. dubium autem.* 4

* *
*

QVAESTIO XXV.

Quæ beneficia dicantur exempta?

SUMMARIUM.

1. Episcopus confert beneficia suæ Diœcesis.
2. Beneficia exempta quæ dicantur.
3. Duplex eorum species.
4. Differentia inter beneficia reservata & exempta.

PRæmitto, quod licet Pontifex habeat ordinariam potestatem omnia totius mundi beneficia conferendi c. 2. de præbend. in 6. Clem. 1. ut lite pend. c. cuncta per mundum 9. q 3. latissime 10. de Selva tract. de beneficio par. 2. qu. 1. n. 34. & seqq.

1 Tamen concessione speciali & iure velut proprio Episcopi omnia diœcesis suæ beneficia conferunt, ex quo ea omnia sub Episcopi potestate constituta esse censentur, ac retro de iure præsumantur, c. noverint. c. regenda 10 q. 1. c. omnes Basilicæ 16. q. 17. Rebuff. in praxi benefic part. 1. tit. de unionis revocatione n. 18 Gaspar de Perusio tract. de reserv. benef. in pr. n. 1. 2. & seq 10. de Selva d. par. 2. q. 22. Late Fel. in repert. verb. Ecclesiæ sitæ fol. 40 col. 4. & fol. 41. Rom. cons. 429. Ant. de Pratis tract de iurisd. Episcopi c. 1. n. 1. & 2. Flaminius de resign. benefic. par. 1. li. 17. q. 14. n. 2. Nisi tamen ut alias scripsi, de

2 aliqua beneficij exemptione doceatur supra lib. 1. q. 8. post. pr. Itaque exempta beneficia non inepte describi possunt ea esse quæ cum sint in diœcesi, sunt tamen ab Epi-

3 scopi seu diœcesani collatione erepta seu exempta v. infra q. 27 n. 4. quæ traduntur esse in duplici specie seu differentia, quædam scilicet & quidem proprie quæ soli Papæ eiusve collationi sunt subjecta, alia & magis improprie quæ exempta quidem à proprio Episcopo, verum subiecta sunt alteri quidam proprio Prælato exempto cum suis membris Petr. de Vbaldis de permutat. benefic. par. 2. q. ult. n. 27. & seq. Petr. Andr. Gammarus in c. 1. n. 148. vers. Septimo quæritur de permut. in 6. Flam. Paris. tract. de resig. benef. li. 2. quæst. n. 5.

4 Porro, licet beneficia hæc exempta plurimum symbolisent cum natura beneficiorum reservatorum, re tamen & substantia prorsus inter se differunt. Ratio est, quia Pontifex confert beneficia reservata tanquam communi iure affecta, & spectantia ad collationem alterius. At vero exempta, confert tanquam ordinarius & tanquam is ad quem ordinaria illorum collatio spectat Aeneas de Falconibus tract. de reserv. benefic. q 2. principali vers. secundus casus n. 12. vers. sexto de beneficijs exemptis. per c. fin. de renunt. Præterea reservatio fit ne ordinarius in collatione præveniat in collatione autem beneficiorum exemptorum non est periculum præventionis ex quo Pontifex sit ordinarius collator Aeneas d quæst. secunda n 9 vers. primus casus.

QVAE-

QVÆSTIO XXVI:

Legatus an conferat beneficia exempta.

SUMMARIUM.

1. *Legatus à latere confert beneficia exempta non vero legatus simplex.*
2. *Legatus à latere dicitur diœcesanus exemptorum.*
3. *Legati à latere varia autoritas.*

QUod legati à latere non autem alij ipsis inferiores beneficia exempta conferre possint communiter à doctoribus traditur *in c.si Abbatem de elect in 6.per illum* 1
tex.ibi & tamen ab alio Paris.Flamin.tract.de resig.benef.li.7.quæst.11.n.ult. Ratio est
quia eiusmodi legatus censetur diœcesanus locorum & personarum exemptarum 2
c.venientes in pr.de verb.sig.in 6.c.1.& c.quod translationem de offic.leg. dixi supra li.2.
q.2. Hinc transfert Prælatos exemptos ad aliam Ecclesiam confirmatq; eorum ele-
ctiones *d.cap.si Abbatem* ac concedit licentiam ut in locis exemptis fiant oratoria & 3
capellæ etiamsi Papa dixerit fieri id non licere sine speciali venia Sedis Apostolicæ
c.autoritate ubi glo.in verb.Sedis Apostolicæ de privileg.in 6. Paucisque, unit beneficia
exempta ut dicetur infra *q.31.n.4.* Quæ indubie procedunt in priori specie, benefi-
ciorum exemptorum, de qua in quæstione præcedenti *n.3.* de posteriori non est
proprie huius tractatus & instituti, An autem beneficia reservatá conferre possit
alterius est disquisitionis, aliis, aliter atque aliter censentibus *vide Gigant.tract.de pen-*
sionib.quæst.6.n.19.& seqq.Corasius de beneficiis par.3.c.3. Aeneas de Falconib. & Gaspar
de Perusio tract de reservat benefic.

QVAESTIO XXVII.

Exempti an beneficia resignare vel permutare possint.

SUMMARIUM.

1. *Exempti resignant ad manus Pontificis.*
2. *Papa est ordinarius exemptorum. Exempti magis subiiciuntur Papæ quam alij.*
3. *Solutio quæstionis cum distinctione.*
4. *Beneficium exemptum est quod soli Papæ subiectum est.*

POsse, si tamen id fiat ad manus Pontificis post multos alios respondit Flami-
nius Parisius *tract de resig.benefic.lib.2.c.7.& li.3 c.11.par.1.c.dilectus de renunt.* 1
cap.si

cap. si Abbatem ubi Franc. de elect. Mandos. in singnat. gratiæ tit. exemptiones col. 4, vers. exempta beneficia Spec. de legato §. nunc ostendendum num. 12. vers. 22.

2 Ratio est, quia Papa est prælatus & ordinarius exemptorum *cap. nulla dist. 93. cap. autoritate de privileg. in 6. Abb. cap. nihil de elect.* cui exempti magis subjiciuntur quam aliqui alij, ex quo nullum alium habeant iudicem sive superiorem *late Sarnens. ad reg. Cancell. tit. de infir. resignant. q. 4. Flamin. de resig. benef. li. 11. q. 4.* Pro cuius clariore explicatione, ita videtur distinguendum cum Petro de Perusio & Andrea Sammaro, qui sic loquuntur, Tres sunt causæ quando beneficium est exemptum & soli Papæ subjectum, tunc Papa censetur istius beneficij ordinarius, ideoque Episcopus non autorisabit *d. cap. autoritate not. in Clem. 1. de reb. Eccles.*

3 Quædam sunt beneficia exempta à potestate diœcesani, quæ tamen subsunt Prælato exempto, cum suis membris, ipsa tamen membra subsunt Prælato totius ordinis *glo. Clem. 2. de statu Monach* & tunc similiter non potest autorari, quia illud beneficium non subest Episcopo, nec etiam autorari potest principalis & maior Prælatus ipsius ordinis, ex quo caret Episcopali dignitate, quæ enim Episcopo competunt, non possunt expediri per inferiorem, etiamsi pleno iure tales Ecclesiæ ad inferiorem prælatum pertinerent *c. Si una de reb. Eccles. Clem. ne in agro §. adhæc de statu Monach.* Licet eiusmodi adversus Episcopum privilegio vel præscriptione acquiri possint *glo. d. §. adhæc ca. auditis ca. olim de præscript. docte Feder. de Senis de permut. benef. qu. 23.* quo fit ut isto casu Papa vel legatus à latere qui sunt iudices exemptorum autorari debeat *d. cap. autoritate d. cap. si Abbate Pavinus de potest. capit. sed vac. par. 2. q. 2. sub n. 16.*

Quandoque Ecclesia est exempta à jurisdictione Episcopi sed populus non est exemptus & tunc Episcopus autorisabit permutationem. Ratio quia Episcopus habet curam animarum populi subjiciturque Ecclesia ratione populi non exempti in omnibus *cap. ex ore cap. cum capella de privileg. Innoc. cap. veniens eod. in 6. ita Andreas Gammarus cap. 1. num. 148. de rer. perm. in 6. & Petr. de Perus. eod. tract. par. 2. qu. ult. vers. quid si.* Parisius tamen apertius loquitur in hæc verba, *d. lib. 2. cap. 7. n. 5.*

4 Beneficium exemptum est, quod soli Papæ subiectum est *Gammarus cap. 1. n. 132. de rer permut. in 6.* diciturque triplici ratione. Primo, quia soli Papæ est subiectum: Secundo, quia est exemptum à proprio Episcopo, verum subest proprio prælato & hoc casu si proprius prælatus habet iurisdictionem Episcopalem aut privilegium ipse poterit recipere renunciationem. Tertio, quia Ecclesia est exempta à iurisdictione Episcopi, populus vero nequaquam, & hoc casu secundum Petrum de Perusio *tract. de permut. benefic. 2. par. quæst. ult. & Gammarum* poterit Episcopus recipere renunciationem, ita Flaminius,

* *
*

QVAE-

QVÆSTIO XXVIII.

Beneficia exempta an veniant in reservatione.

BEneficia exempta videntur comprehendi sub reservatione, etiamsi reservatio restringatur ad certam Diœcesim Io. *Andr. c. si propter de rescr. in 6. Gaspar de Perusio tract. de reservat. benef. §. quæ autem beneficia n.* 1. Ratio est, quia exempti comprehenduntur sub generali dispositione, ut late supra probavimus *li. 1. qu. 5. per tot. Flam. de resig. benef. lib. 11. q. 4. n. 17.* & ideo, sicut ordinarius non habet iurisdictionem in exemptos, ita nec conferendi potestatem beneficia exemptorum *cap. fin. de Renunciat. Rota decis. 4. n. 2 Cassad. decis. 8. de præbend. Abb. in ca. 2. de conceff. præbend.* Cæterum, Hieronij Gonzalez *ad Reg. VIII. Cancell. gloss. 51. n* 42. scribit nullum iure expressum locum quod exemptorum beneficia sint reservata ex sola causa exemptionis, nec unquam vidisse aut audivisse tale quid practicari; quibus autem rationibus respondeat argumentis in contrarium allatis illum vide *n.* 43.

QVÆSTIO XXIX.

Appellatione beneficiorum diœcesis an veniant exempta.

SUMMARIUM.

1. *Differentia Interdictiones in diœcesi & de diœcesi.*
2. *Differentia inter dispositionem odiosam & favorabilem.*

POntifex v.g. mandat Episcopo ut alicui provideat in aliqua Ecclesia suæ diœcesis, an providere poterit in exempta, in hoc articulo Doctores intricate locuti sunt, v. *Fel. & Abb. grave de offic. ord ubi late c. Abbatem de rescript. cap. si propter rescript. in 6. in cap. pro illorum de præbend glo. &* DD. *c de monialibus de sent. excom.* Dupliciter tamen, conciliari solent, primo, ut si dicatur in diœcesi comprehendantur exempti ex eo quod sint in diœcesi, si vero dicatur de diœcesi, minime, non enim dicuntur exempti esse de diœcesi à qua per exemptionem sunt erepti, *Fel. d. 6. grave* DD *supra allegati Brixiens. in repert. verb. exemptio vers. an per mandatum Gemin. d. c. si propter ubi* DD. Io. *Copus de fructibus lib. ult. c. 3. n. 14. & 15. Anto. de Rosellis tract. de indulgent. nu* 314. *Lapus Clem. 2 de privileg. vide Guymer in pragmat. sanctione tit. de annatis §. item fiat in glo. verb. in diœcesi ubi id explicat similitudine sermonis de bonis & in bonis arg. l. rem in bonis ff de acquir. rer. dom.* Secundo sit distinctio an sit

an sit dispositio favorabilis vel odiosa. Priori comprehenduntur exempti, posteriori
2 minime *Fel. d. c. graue Petr. Andr Grammar. in c 1. n. 109 de permut. benef. in 6 per not. Fel. in ca. postulasti n. 4 vers. circa glo. 2. de rescr.* qua de re etiam supra tractavimus *lib. quæst. 5. n. 4. 20 21. & seqq.*

QVÆSTIO XXX.

Exemptis negligentibus ad quem devolvatur collatio.

SUMMARIUM.

1. *In causa negligentiæ aut more exempti subiiciuntur ordinario.*
2. *Devolutio cur instituta.*
3. *Regulatur ad instar appellationis.*
4. *Negligentia quando commissa censeatur.*
5. *In exemptu immediate subiectis Papa devolutio fit ad Papam.*
6. *Id non procedit in Francia.*
7. *In exemptis alteri Prælato subiectis devolutio fit ad Prælatum immediatum.*
8. *Ab exemptis regularibus devolutio fit ad ordinarium fallit tamen ut hic.*
9. *Episcopo autoritate delegata negligente devolutio fit ad legatum.*
10. *Facta deuolutione quid ordinarius possit in exemptos.*
11. *Super altis exemptorum negligentiis se non intermiscent nisi iure expressum sit.*
12. *Capitulo negligente non fit devolutio ad Prælatum.*
13. *Delegato Papæ ad cognoscendum de crimine negligente ordinarius supplebit.*
14. *Inferior non supplet negligentiam superioru.*
15. *Nisi vertatur periculum animæ.*
16. *Requiritur interpellatio & monitio.*
17. *Negligentia non præsumitur.*
18. *Ea probatur per trinam denunciationē.*

PRæmitto primo, legislatoribus magnæ fuisse curæ, ut res non modo privatæ, sed etiam publicæ, ea qua par erat diligentia administrarentur unde tot tit. de supplenda iudicum & Prælatorum negligentia, leges & sancita, quibus negligentia iudicis Ecclesiastici suppletur per laicum, & è contra *cap. ex transmissa ca. licet ex suscepto de foro compet. Aufrer de potest. Eccles. super laicis n. 24. 29. 38. & de potest. sæculari super Ecclesiasticis personis reg. 4. n. 48. Menoch. de ret. poss. Rem. 3. 9. 52. n. 3 54. ubi late. & nu. 414. Spec. de compet. iud. addit §. 1. vers. 23. n. 27. Fel. cap. cum dilecta n. 7. in fine de rescript.*

1 Unde recte volunt Aufrerius, exemptos subjici ordinario si Pontifex seu eorum iudex sine mora & notabili periculo adiri non possit. *Aufrerius in repet. Clem. 1. qu.*
2 *10. numer. 3 vers. unde in principali de offic. ordin. dixi infra quæst. 50. & 51.* Præmitto secundo, devolutionem ideo esse inventam ne Ecclesiæ diu maneant in suspenso,

quod

quod valde dispendiosum &c. damnosum est Ecclesiis *cap quam sit de elect. in 6.* Tum ne iura Ecclesiastica diu maneant in incerto *arg. l. 1. ff. de usu ca. Rebuff. in praxi benef. par. 1. tit. de devolut. num. 8.*

Præmitto tertio, devolutionem fieri de superiore in superiorem gradatim usque ad Papam, ad instar appellationis quæ iure civili gradatim fieri debebat idque iure communi & in materia indifferenti *cap. 2. ubi Abb. & cap. pen. & ult. de supp. neg. prælat. Cardin. Clem. 1 qu. 3. in fine eod. tit. Rebuff d. tit. de devolut. n. 7.*

Præmitto quarto, negligentiam censeri commissam si intra menses sex collatio non fiat, idque ipso iure de persona in personam, seu de superiore in superiorem gradatim *cap. cum nostris cap dilectus cap. postulatis ubi Abb. de concess. præb. cap. fin. de supp. negl. prælat.* In nonnullis autem dignitatibus maioribus brevius est tempus constitutum ut patet ex Rebuffo *d. tit. de devolut. n. 2.* 4

Quibus præmissis formo has conclusiones. Prima in exemptis immediate Papæ subiectis, devolutio fit immediate ad Papam vel legatum de latere *per cap. licet c. sicut de suppl. negli. prælat. Rom. cons. 361. in casu Rebuff. in § si quid vero in verbo ad alium de collat. in Concord. & d. tit. de devolut. num. 36 vers. nono Io. de Selua tract. de beneficio par. 3. quæst. 9. n. 4. Docte Abb. cap. grave n. 6. & 7. de offic. ord. idem ca. 2. de concess. præbend. & apposito Guymer. ad pragm. sanctionem tit. de collationib. §. quod si verb. gradatim.* Ratio est, Quia ista devolutio iuxta determinationem Concilij Lateranensis fit ad immediatum superiorem, proximus autem superior exemptorum est Papa *cap. nulla dist. 94 cap. autoritate cum tibi not. de privileg. in 6. Io. Selua d. n. 4.* 5

Limitandum est iuxta pragmaticam sanctionem in Francia vigentem inter Leonem 10. & Franciscum Regem quæ ius facit in Francia tantum, aliud est enim de iure teste Rebuffo in Concordatis *Rubr. de collat. § si quis in vero in glo. verb. ad alium superiorem vers. in exemptus fol. 628, & 629 & 630.* 6

Secunda, in exemptis non subiectis immediate Summo Pontifici sed cuidam alteri Prælato fit devolutio ad Prælatum istum immediatum *Cardin. Clem. 1. qu. 3. de supplen. negli. Prælat.* Ratio est, quia devolutio fit de superiore ad superiorem gradatim, proximus autem immediatus Prælatus huiusmodi exemptorum non est Papa, sed alius inferior Prælatus, ergo, DD. *ubi glo. ca grave de offic. ord. Marcus de ph. decis. 123. par. 1. Anfrerius in repet. Clem. 1. q. 10. n. 125. de offic. ord.* Ideo Prælato inferiore negligente, fit devolutio ad Abbatem qui superior est penes quem sunt iura quasi Episcopalia conferendi *Cardin. d. Clem. una n. 6. q. 3. de suppl negli.* 7

Tertia, ab exemptis regularibus fit devolutio ad ordinatiorum qui Apostolica auctoritate conferet *c. cum singula de præbend. in 6. d. Clem. una ubi Card. & DD. Rebuff. d. tit. de devolut. n. 32. DD. c. 2. de concess. præbend.* Idque nisi si Prælatus regularis habeat alium prælatum cui immediate subjiciatur, tum enim ad illum fiet devolutio, *Card. d. Clem. una q. 3. arg. glos. super verb. alia in Clem. attendenta de statu Monach.* 8

9 Quarta Episcopo qui auctoritate Apostolica conferre debet negligente devolutio fit ad legatum Provinciæ qui auctoritate Apostolica conferre poterit quemadmodum post longam disputationem concludit Ioannes de Selva *tract. de beneficiis part. 3. qu. 66. n. 1. usque ad finem & par. 2. qu. 3. n. 53. & seqq.* cui tamen nominatim adversatur Rebuff. *d. tit. de devolut. n. 37.*

10 Quinta, Episcopi & alij quicunque facta devolutione omnia adversus exemptos exercere possunt sine quibus collatio effectum sortiri non posset *cap. prudentiam cap. præterea de offic. deleg. l. 2. ff. de iurisd. om. iud. præses loci à consequenti ad antecedens.* pro cuius uberiori disquisitione videri poterunt quæ infra tradentur *eod. tit. quæst. 33.*

11 Sexta, ordinarij super aliis exemptorum negligentiis se intromiscere non possunt nisi quatenus à iure aliter expressum aut virtualiter concessum reperiatur Cardinal. *Clem unica. n. 15. in fine de supplenda negl. prælat.*

12 Septima, Capitulo exempto negligente, non fit devolutio ad Prælatum sive Episcopum, vel è contra *Marcus decis. Delchmali 1235. par. 1. Cardin d. Clem un. n. 5. 9. 2.* tum enim cessat ratio communis, quæ est fundamentum hujusmodi devolutionis, quemadmodum tradit Guymer. *ad pragmat. sanctionem tit. de collation. §. quod si in glo. verb. superiorem.*

13 Octava, Si delegatus Papæ datus ad cognoscendum de crimine alicuius est negligens ita quod criminosus in peccato perseverat ordinarius debebit supplere & punire eiusmodi criminosum non obstante quod delegatus inceperit cognoscere *tex. cap. significavit ubi Abbas de offic. ord. glo. ca. cum venerabilis in verb. paschalis de præscript.*

14 non obstat quod ordinarius velut inferior intromiscere se non possit causis delegatis *cap. ad hæc cap. ut nostrum de appellat. cap. studuisti de offic. de leg.*

15 Quia id non obtinent quando vertitur periculum animæ vel peccati *cap. Dominus noster. 23. q. 2. c. qui sine peccato 3. q. 7. l. si appellationem C. de appellat. glo c. cum sit generale de foro compet.* Secus si causa esset pecuniaria tum enim etiamsi delegatus esset negligens, esset ad Papam recurrendum *Host & Abb. d. cap. significavit.*

16 Notandum tamen in casu hujus conclusionis ordinarium non posse procedere nisi delegato prius antemonito, ac ipsa pare ut litem prosequantur, quia quando certum tempus non est statutum à iure vel homine ad expediendum aliquem actum, requiritur præambula monitio, ut probetur negligentia ac præfixo ceti termini infra quem actus expediatur *Innoc. cap. extirpandæ §. quia vero de præbend. Card. cons 50. Bald. auth. hoc amplius col. 4 C. de fideicom. Alex. l. ita stipulatus col. 5. de verb. obl. g. facit tex. ca. si capitulo de concess præb. in 6. Rota dec 528 in antiq*

17 Quibus congruit doctrina Rotæ novissi. *dec. 514 n. 3. & seq. par. 1.* negligentiam non præsumi, sed probandam esse *l. 3. §. si ad diem ff. de Re Milit. Afflict. dec. 13, nu 18.*

18 *Grat. cons. 100. num. 1. lib. 2.* probarique per trinam interpellationem ad effectum ut possint

possit appellari negotiumque devolui ad superiorem *Ioan. And. in cap. dilecto de appellat. Fel cap. proposuisti, De foro comp. Dec. & Abb. in cap. ex parte de appell.* qui tamen modus probandi negligentiam, alios modos non excludit, ut ibidem Rota *n.* 5. attestatur *per not. Barbat. in cap. Caterum num.* 11. *de iudic. adde supra lib.* 1. *quæst.* 6. *num.* 19. & 20.

QVÆSTIO XXXI.

Beneficia exempta quis unire possit.

1

SUMMARIUM.

1. *Vniones regulariter fiunt per ordinarios.*
2. *Ordinarij appellatione qui comprehendantur.*
3. *Ordinarius non unit beneficia exempta.*
4. *Legatus à latere unit beneficia exempta*
5. *Legati à latere varia potestas.*
6. *Prælatus immediatus exemptorum unit beneficia exempta.*
7. *Ordinarius an Ecclesiam sibi subiectam uniat Ecclesiæ exemptæ.*
8. *Quid de legato Sedis Apostolicæ.*
9. *An interponat autoritatem in alienatione rerum Ecclesiæ sitarum extra Provinciam si Ecclesia sita sit in eius Provincia.*

REgulariter uniones Ecclesiarum fieri debent per locorum ordinarios *Clem.* 1. § *ad hoc de statu Monach. ubi glo. verb. ordinarios cap. sicut unire de excess. prælat. Petr. de Perus. de unionib. Eccles. c.* 4. *n.* 21. *& seq.* quorum nomine intelligo Episcopos eorumve superiores Archiepiscopos, Patriarchas ad quos de jure communi hoc pertinet *d. cap. sicut Clem un de reb. Eccles. non alien. Caccialupus tract. de unionibus artic.* 4. *num.* 5. *vers. tertio quæro dixi lib.* 1. *c.* 1. *num.* 9. seu alios quoscunque inferiores qui Ecclesias sibi pleno iure & quasi Episcopalia præscripserunt, aut ex privilegio obtinent *cap auditis de præscript. cap. accedentibus de excess. prælat. docte Caccialup. ubi supra art.* 3. *num.* 21. *& seq. Petr. de Perusio d. num.* 21. *&* 22. vel ut pulchre explicat Flaminius Parisius *tract. de resig. benef. li* 3 *q.* 11. Sub verbo ordinarij (inquit) intelligo omnes habentes iurisdictionem ordinariam, ut tradit Geminianus *in cap.* 2. *de constit in* 6. *Silvester verb. excommunicatio* 8. *n.* 92. *Abb. cap. cum ad Ecclesiarum num.* 1. *de offic. ord Bellam. cons.* 30. *Bero cons.* 24. *lib.* 1. *Dec. cons.* 121. *Abb. cap. ut famæ num.* 6. *de sent. excom.* 1 2

Ideoque, quando Concil. Trid. nominatim committit aliquid ordinariis id non modo commissum censetur Episcopis, sed indistincte quibusvis aliis ordinariis imo etiam

etiam vicario Episcopi, quippe quod is habare dicatur iurisdictionem ordinariam ac esse ordinarius *Barth.l.1.§ ab eo n.1.vers.quod patet ff quis & quo appell. Rot.dec.de offic.vicar.in novis Iason in rubr.de offic.eius.n.2.ubi Alex.n.15.* & est communis iuxta Abbatem *cap.si quis contra Clericum n.29.de foro compet. Flamin.ubi supra d.qu.11.* aliud certe si committeretur diœcesano, tum quia quivis ordinarius non comprehenderetur quod à nobis supra ut memini satis notatum est *lib 1.qu 1.n 9 & seqq.*

3 Quibus præmissis, dico ordinarium unire non posse beneficia seu Ecclesias exemptas, sed solius Pontificis esse iura & uniones revocare *Rebuff.in praxi benef.par.1. tit.de unionis revocatione.* Ratio est, quia cum unire spectat ad ordinarium exempti non habent alium ordinarium, quam Papam cui immediate subiiciuntur *c. auctoritate de privileg.in 6.Lapus Card.& DD.Clem 1.§.cum hoc de statu Monach Petr.de Perusio d.c.4.n.25.c veniens de verb sig.in 6.c.cum nullus in fin.de temp ord.in 6.*

4 Declaratur primo hæc conclusio, quod licet solius Pontificis sit unire exempta tamen Legatus à latere unire poterit *Petr.de Perus.d.cap.4.n.* Licet valde dubitet Caccialupus *ubi supra art.3.n.2.usque ad n.16.* Ratio est, quia eiusmodi legatus reputatur diœcesanus seu ordinarius locorum & personarum exemptarum *ca.venientes de verb.sig.in 6.c.1.de offic.leg.& ca.quod translationem.* Hinc est quod transferre possit prælatos exemptos ad aliam Ecclesiam confirmetq; electiones eorundem *ca. si Abbatem de elect.in 6.dixi eod lib q.5.* concedat licentiam ut in locis exemptis fiant oratoria & capellæ licet Papa dixerit fieri id non posse sine licentia speciali Sedis Apostolicæ, soli enim legati à latere veniunt sub Appellatione sanctæ Sedis ut supra copiosius à nobis notatum est *li.2.q.2.d.c.authoritate ubi glo.in verb Sedis.*

6 Declaratur secundo, prædicta obtinere in immediate subjectis Summo Pontifici, in exemptis enim ab Episcopo sed subjectis alteri cuidam Prælato exempto haud dubio is poterit Ecclesias sibi hoc modo pleno iure subiectas unire. Ratio est, quia eiusmodi prælatus habet iurisdictionem ordinariam & quasi Episcopalem *dixi supra eod.lib.q.20 late Caccialupus de unionib.art 3.n.21.& 22.* ita quod omnia ea exercere possit in sus subditos quæ Episcopi consueverunt in proprios *dixi supra li.1. quæst.17.vers.quæritur quinto*

7 Declaratur tertio, secundum Lapum hæc procedere in unione locorum exemptorum ad invicem facienda & quæ subsunt immediate Papæ secus si alii quia tunc sufficit consensus illius cui subsunt, nec requiritur licentia Papæ item secus si utrumque non est exemptum unde (inquit) Episcopus potest Ecclesiam sibi subjectam in qua exemptus habet institutionem &, destitutionem rectoris unire monasterio exempto *Lapus d Clem.1.§. ad hoc per c. cum dilectus in fin quod met causa c.tuarum in prade privil.Innoc.& Host.c.inter dilectos de donat.Card.d.§ ad hoc ubi docte Caccialup. d art 4.n 7* quod tamen dubitatione non caret propter autoritatem Petri de Perusio contra sentientis *d.tract.de unionib.ca.4.n.10.* qui sic loquitur.

Sed

Sed quæritur, an legatus Sedis Apostolicæ Ecclesiam sibi subiectam iure legatio- 8
nis posset unire Ecclesiæ immediate Papæ subiectæ videtur quod sic per ea quæ di-
cit Abbas *in Clem. 1. § ad hoc de statu Monach.* ubi dicit quod Episcopus Ecclesiam
sibi subjectam potest unire monasterio exempto, etiamsi Abbas habeat in illo mo-
nasterio institutionem & destitutionem. Præterea quoad potestatem uniendi con-
siderandum est an Ecclesia unita subiecta sit Prælato unienti *ca. sicut unire de excess.*
prælat. Nihilominus dicendum videtur quod legatus unire non possit Ecclesiam
jure legationis sibi subjectam alteri Ecclesiæ immediate Pontifici subjectæ. Ratio,
quia in unione requiritur causæ cognitio, quæ respicit non solum Ecclesiam unitam
sed etiam Ecclesiam cui fit unio, an autem subsit causa respectu Ecclesiæ cui fit unio
non potest legatus cognoscere, sed solus Papa, non enim potest legatus Ecclesiam
sibi subjectam unire Ecclesiæ sitæ extra suam provinciam. Nec similiter Episcopus
unire Ecclesiam sibi subiectam Ecclesiæ exemptæ aut constitutæ extra suam diœce-
sim, quandoquidem in unione autorisandâ requiritur ut utraque Ecclesia autorisanti
sit subjecta *d. cap. sicut unire.* Ita ille.

Ex eodem fonte sunt quæ supra notavimus, quærendo utrum legatus vel Epis- 9
copus autoritatem interponere possit in alienatione rerum Ecclesiæ extra provinci-
am si Ecclesia sit sita in provincia id enim plurimum controverti tum ex Villadie-
go tum ex Bertachino ostendimus *eod. lib. qu. 2.*

QVÆSTIO XXXII.

Exemptus delinquens intra Diœcesim Episcopi an possit ab eo puniri.

SUMMARIUM.

1. *Argumenta opinionis affirmativæ.*
2. *Rationes opinionis negativæ quæ vera est.*
3. *Proconsul non cognoscit de causis Fiscalibus.*
4. *Episcopus punit aliquando exemptos autoritate delegata.*
5. *Opinio affirmativa sustinetur in exemptione realis, negativa vero in personali.*

PRo parte affirmativa est quod ratione delicti quis sortiatur forum non suum 1
Auth qua in provincia C. ubi de crimine Auth de mandat. Princ pum §. quod si delin-
quentes col. 3 l. 1. C. ubi senatores late Hostiens. in summa de foro compet. num 6. nul-
lo obstante privilegio vel exemptione, siquidem reatus omnem honorem ex-
cludit *d. l. C. ubi Senatores* & frustra legem aut privilegium invocat qui spe illius
communitatis delinquit, ex quo prætextu privilegiorum crescere non debeat

flagitiorum auctoritas *cap. fin. de immunit. Eccles. cap. qui frustra, de usuris, l. 2. C. de priv. schol. lib. 11.*

Præterea, Exemptio concessa est propter oppressionem ordinarij, *dixi supra lib. 1. quæst. 1.* Ergo, si exemptus delinquendo opprimit ordinarium, amittere debet privilegium ut puniatur in loco, in quo deliquit *text. in cap. privilegium 11. q. 3. cap. recolentes §. 1. de statu Monach. Abbas in cap. fin. de verb. signif. & in cap 1. ne clerici vel Monachi.* Paucis nec consuetudo nec lex nec pactum nec appellatio delinquenti debet esse præsidio *cap. fin de consuet. cap. fin de præscript. l. si unus §. pacto ff. de pact. cap. cum speciali §. porro de appellat. c. licet de offic. ordin. cap. tuarum §. 1. in fin. de privil.*

2 Pro contraria autem opinione, quæ & vera est, sunt textus expressi *c. frater noster 16. q. 1. c. sicut nobis §. fin. de suppl. negl. prælat. ibi nisi à iurisdictione tua exempta sint & c. in singulis §. ordinetur c. & quæ §. hæc eadem de statu Monach. c. cum & plantare §. fin. de privilegijs.* Confirmatur; à simili, sicut enim ordinatus à Papa propter excellentiam manus Papæ, alibi ordinari non potest *ca. cum in distribuendis de tempor. ordin. dixi lib. 1. cap. 21.* ita nec immediate ei subjectus ab alio iudicari potest *arg. cap. abolendam §. fin. de hæretic. cap. nullus Episcopus de paroch.* ad instar Proconsulis, qui licet maior sit post Principem, tamen de causis fiscalibus sese intromiscere non potest
3 *l. ne quicquam §. ubi ff. de offic. proconsul.* Postremo, stant pro hac conclusione omnes autoritates, quas parte secunda attuli in quæstione quarta, & aliquot sequentibus, quas non operæ pretium sit hic repetere.

4 Non autem obstant argumenta contraria, quia si Episcopus quandoque exemptos punit, id facit autoritate Apostolica *d. c. ad abolendam* non autem propria, ideoque, non tam ipse quam Pontifex judicare & exemptos punire censendus est *arg. c. inter corporalia § sed neque de translat Episcopi v. supra par. 2 quæst. 14.* Quæ omnia Hostiensis curiose & longe lateque persequitur *in summa de privilegijs num 11.*
5 *12. usque ad finem ut dixi succincte lib. 2 quæst. 45 casu 20. & casu 1.* Porro, opinio affirmativa sustinetur in exemptione reali, at vero contraria in exemptione personali, uti liquet ex notatis alibi à nobis *d. casu 20. & li. 1. quæst. 2. n. 4. & seqq.*

QVÆ-

QVÆSTIO XXXIII.

Episcopus an possit punire exemptos in casu sibi à iure permisso non obtemperantes.

SUMMARIUM.

1. *Cui conceditur consequens conceditur antecedens.*
2. *Lapi & Card. opinio est quod Episcopus hoc in casu cogere aut punire non possit exemptos.*
2. *Regula cui conceditur consequens. &c. non procedit in spiritualiter reservatis Papæ.*
4. *Distinctio inter exemptiones immediatas, & mediatas.*

Videtur quod sic, quia cui conceditur consequens, conceditur etiam antecedens, & cui jurisdictio data est, ea quoque concessa esse videntur, sine quibus jurisdictio explicari non potest, velut est punitio, coercitio, executio, *tex. ubi glo. & DD. l. cui iurisdictio ff. de iurisd. om. iud. latissime Præses in loco à consequenti ad anteced.* 2

Nihilominus tamen Lapus & Cardinalis *in Clem. Archiepiscopo §. fin. n. 5. de privil.* *7. Card. Clem. 1. n. de sent. excom.* contra censuerunt, nempe quod Episcopus agere debeat coram superiore exemptorum, ut eos cogat ad parendum, ac non parentes puniat *arg. c. nullius de iure patr. Lap. & Card. ubi supra* quod etiam alibi videtur voluisse Abbas *cap. fin. n. 5 vers. Si vero populus de cleric. peregrin. ubi* DD. *adde supra eod. lib. quæst. 15. n. 7. & infra eod. libro. quæst. 64.* Qui punctus cum sit prolixioris disquisitionis, brevitatis causa legi poterit Præses citatus aliquot in locis & alibi Doctores *d. l. cui iurisdictio Barth. l. à divo Pio in pr. ff. de re iudic. tetigit, idem supra li. 4 quæst. 14. n. 7. Præses. d. loco à concessione antecedentu vers. tertio limitatur*, ubi dicit d. l. 2. non obtinere in specialiter reservatis Principi quales esse certæ speciei exemptos nos etiam alibi diximus *d. lib. 1. cap. 2. lib. 2. cap. 5. vers Secundo & vers. tertio. cum seqq. & cap. 29. in fine.* 3 4

Paucis, distinguendum videtur inter exemptos immediate Papæ subiectos, & alteri cuidam Prælato inferiori, quemadmodum in discursu huius operis frequenter insinuavimus.

QV AE-

QVAESTIO XXXIV.

Exempti an teneantur Episcopo ad ius reverentiale.

SUMMARIUM.

1. *Exemptiones unde originem sumant.*
2. *Opinio negativa.*
3. *Opinio affirmativa.*
4. *Iacobus Puteus utramque conciliat.*

1 DIximus initio huius tractatus Exemptiones ortas à similitudine iuris emancipationum manumissionum, cæterorumque iurium quibus ex potestate superioris aliquis eripitur, *lib. 1. quæst. 1. late Rebuff. respons. 142.* Unde non sine causa in hac materia dubitatum reperitur, an exempti ad instar libertorum Episcopo ad ius reverentiale teneantur, juxta tex. l. fin. in verb. reverentiam ubi glo. & DD. C. de bonis libert. in quo articulo sunt etiam pugnantes sententiæ.

Pro negativa est Parisius Flaminius, ac ante illum Iacobus Puteus *ille de resig.*
2 *benefic. lib 3 cap. 11. hic decisione 11. 5. par. 3.*

Atè contra, pro affirmativa Castrens. *l. sed si hac lege §. patronum n. 4. cum Apost. ff.*
3 *de in jus vocando Oldra. cons 224. Rom sing. 482. per tex. in l. fin. ubi Bal. & Barth. & Apost. in verb. reverentiam C. de bonis libert. Balbus tract. de præscript. part. 1. quint. part. 9. 12. nu. 6. Felin. in cap. cum inter. n. 4. circa med. de re iudic. cap. cum non liceat n. 2. de præscript. videatur idem Fel. in cap. conquerente in pr. ubi alios allegat. de offic. ordin. Barth. tract. de Episcop. lib. 4. par. 2. qu. 35. n. 8. Belleri. de charit. subsidio quæst. 28* Utramq; Puteus hoc fœdere conciliat, nempe ut exempti exemptione data ab Episcopo ad ius reverentiæ teneantur, si vero Pontifex exemerit ab ordinario, tum quoque à reverentiali iure exemptio concessa esse censeatur *Puteus d. decis. 115.*

QVAESTIO XXXV.

Exempti cui confiteantur.

SUMMARIUM.

1. *Exempti comparantur extraneis.*
2. *Extranei sortiuntur forum in loco delicti secus vero forum pœnitentiale.*
3. *Pœnitentiale forum est improrogabile.*
4. *Exempti prorogare non possunt pœnitentiale forum Episcopi.*
5. *Exempti possunt eligere confessorem.*
6. *Eligere possunt Episcopum qui absolute delegata potestate.*
7. *Limitanda omnia nisi exempti subsint spiri-*

spiritualiter alicui Prælato.
8. *Per liberam electionem confessariorum disrumpi dicitur nervus Ecclesiastice disciplinæ.*
9. *Ideo eiusmodi libertas restringenda.*

VIdetur quod confiteri non teneantur Episcopo seu loci paracho quia frequenter diximus exemptos comparati forensibus seu extraneis *Ang. cons. 337. alias 307. in ip. in causa Card. Clem. Archiepiscopo §. simili in fine de privileg. Ant. de Rosellis tract. de indulgent. n. 323. ca. grave ubi Abb. Fel, & DD. de offic. ord.* 1

Qui licet forum sortiantur in loco delicti, forum tamen pœnitentiale ibi non sortiuntur *docte Abb. cap. cum contingat. num. 29. & advertendum & in repet. cap. si quis contra n. 50. vers. aut quæritur de foro compet. cap. 1. ubi* DD. *de rapt. Rochus de consuet. n. 709.* Est enim pœnitentiale forum improrogabile, *Abb. ubi supra.* Ideoq; exempti pœnitentiale forum sui Episcopi prorogare non possunt, *late Abb. c. cum contingat. n. 11. per tot. de foro compet.* qui proinde quemvis sibi alium confessorem idoneum eligere possint *tex. cap. fin. de pœnitentijs gloss. a. cap. si Episcopus in verb. eligere ubi Franc. n. 6. eod. tit. in 6. Card. Clem. dudum ubi late §. & si idem n. 2. & 3. de Sepult.* Qua quidem facultate eligere poterunt proprium Episcopum seu loci parochum, aut quemvis alium idoneum, tamen à quo absolventur non potestate ordinaria sed autoritate Apostolica *Franc. d. cap. si Episcopus n. 6 glo. Clem fin. de pœnit. & remiss. Clem. penul. de sent. excom. glo. & Card. Clem. si de beneficio de præbendis Feder. cons. 95. incip. super dubitatione col. 2. Navar. cap. placuit. n. 29. & seq. de pœnitent. dist. 6.* 2 3 4 5 6

Quæ omnia limitanda sunt, nisi exempti subsint alicui alteri Prælato spiritualiter, tali enim casu eidem confiteri tenebuntur, *Felin. cap. conquerente in pr. vers. dum dicit Abbas de offic. ord. Angel. in summa verb. confessio 3. n 5* maxime, quia per eiusmodi liberam confessorum electionem distumpi dicitur nervus Ecclesiasticæ disciplinæ *c. cum inter vos de consuetud. Abb. d. cap. conquerente n. 5.* Ideoque quantopere 7 9
fieri potest istiusmodi licentia est restringenda, ne ad familiares exemptorum extendatur *Abb. cap. fin num 4. & 5. de censib.* Hac ratione putavit Abbas privilegium mendicantibus concessum, ut possint audire confessiones quorumcunque, valde esse nocivum, ideo non modo restringendum, sed etiam revocandum *in c. quid sit novale nu. fin. in fine cum Apost. de verb. significat.* quod tamen cum Navarro non sequimur ex quo eiusmodi gratia nemini est onerosa, sed tota favorabilis & in animæ favorem concessa, *Navarr. in d. cap. placuit ut de inceps nu 170 sub finem & num. 184. & seqq.*

An autem confessarij per exemptos electi absolvere possint ab excommunicatione aut casibus reservatis, videatur apud Angelum de Clavasia *verb: confessio 3. num. 7.*

Quid autem statuendum sit de Regulatibus confessariis quos ordinarius semel approbavit extat infrascripta declaratio sacræ congregationis Cardinalium negotiis

tiis Episcoporum & regularium præpositorum quam à D. Prothonotario Apostolico Ricardo Pauli Stravio qui in eiusdem congregationis Secretaria Sedi Apostolicæ plurimum annorum spatio inservivit accepi:

DECRETVM.

Quo locorum Ordinarijs Regulares à Confessionibus audiendis suspendendi ratio præscribitur.

CUm Sacræ Congregationi Cardinalium negociis Episcoporum, & Regularium Præpositorum innotuerit, Confessarios Regulares graviter conqueri, quod ab Archiepiscopis, Episcopis, & locorum Ordinariis ab audiendis confessionibus quavis de causa indiscriminatim suspendantur; & propterea sæpe contingere, ut ab iisdem Archiepiscopis, Episcopis, & locorum Ordinariis omnibus simul omnius Conventus Confessariis confessiones audiendi facultas adimatur; Illustrissimi ejusdem Sacræ Congregationis Patres, rati vix fieri posse, ut hæc sine scandalo, magnaq; Animarum pernicie contingant, re mature perpensa, ad omnem scandali materiam summovendam, & quo magis spirituali piarum mentium consolationi consulatur, statuunt, ac decernunt, Archiepiscopis, Episcopis, aliisq; Locorum Ordinarijs, ad quos Confessarios approbandi ius spectat, Confessarios Regulares, alias ab ipsis libere approbatos, ab audiendis confessionibus suspendere posthac minime licere, nisi ex nova causa, eaq; ad confessiones ipsas pertinente, aut ob non servatum interdictum ab ipsis Ordinariis positum. Statuunt insuper eosdem Archiepiscopos, Episcopos, Locorumque Ordinarios Confessiones audiendi facultatem omnibus simul unius Conventus Regularibus Confessarijs, eadem Sacra Congregatione inconsulta, nullo pacto adimere posse. Quod quidem Decretum, ut iidem Illustrissimi Patres opportunum & necessarium duxerunt, ita inviolabiliter iubent observari Romæ 20. Novembris 1615.

A. MAR. EPISC. HOSTIEN. CARD. GALLUS.

Locus † Sigilli.

V. Theatin. Secret.

QVAESTIO XXXVI.

Instrumentum exemptionis amisso, an probetur per illius confirmationem.

SUMMARIUM.

1. 3. *Exemptio an vires sumat à confirmatione.*
2. *Hodie privilegium non valet nisi sit confirmatum.*
4. *Quid si adjecta sint clausulæ maiores.*

Dicendum est probari, nam exemptio vires suas & robur etiam assumit à confirmatione *glo. & ibi ad cap. si Romanorum in verbo definit. dist. 19. Iason Barth. & DD. l privilegia C de sacros. Eccles. Fel. cap. inter dilectos col. 6. in fin. de fide instr. late Gaill. lib. 1. obs. 1 per tot n. 16. Card. cons. 118.* Illius scilicet, qui autoritatem habet communitates seu exemptionem concedendi *Card. d. cons. 118 col. 2. vers. in contrarium dixi supra.* Idque maxime hodierna praxi & consuetudine, qua privilegium prodesse non potest nisi prius solemniter fuerit confirmatum *Rebuff. ad constit. reg. tit. de appellat. art. 2 glo. una n. 16. Cremen sing. 81.* Declaratur id verum si de mente & voluntate sententiæ principis constet, alioquin enim in generali confirmatione præsumitur actum confirmasse eo modo quo de iure communi solet, ita nempe ut confirmatio privilegiorum veterum nihil novi adferat, *cap. cum dilecta cap. quia intentionis de privileg. Gaill. d. obs. 1. n. 6.* Secus si Pontifex id confirmet mente sciens & ex plenitudine potestatis, de qua tamen nisi aliter appareat non præsumitur *v. Gaill. d. obs. 1. n. 17.* Item si cum clausula ex certa scientia, quæ æquipollet plenitudini potestatis *v. Gaill. lib 2. obs 56. n 14 VVames. cons. 64 n. 2. tom. 1. adde supra lib. 1 qu. 8. n. 8.* 1 2 3 4

QVÆSTIO XXXVII.

Ecclesia exempta quinam censeantur exempti.

Dico primo quod exempta Ecclesia exemptus censetur Vicarius perpetuus Præsitus Canonici & clerici Ecclesiæ *Rebuff. in praxi benef. par. 1. tit. de vicariis perpetuis n 16 cap. per exemptionem de privilegiis in 6 ubi late Franc dec. cons. 152.* Quod tamen limitandum est, si Prælatus seu vicarius non esset de corpore Ecclesiæ

cleſiæ v.g. ſi exemptum Hoſpitale habeat rectorem laicum, & alios clericos ibi divina celebrantes, certe rector exemptus dici non poterit, *Barth. l. quod conſtitutum ff. de militari teſta. & conſ. 96. n. 5. & 6. Clem. 1. de relig. domib. Barbat. Clem. fin. ſuper gl. verb. ſtatuimus de reſcript.*

Dico ſecundo, Exemptis Canonicis neque Eccleſiam neque converſos vel alios Clericos cenſeri exemptos *c. per exemptionem ubi Franc. de privil. vide ſupra lib 1. q 13.*

QVÆSTIO XXXVIII.

Coloni exemptorum an cenſeantur exempti.

SUMMARIUM.

1. *Privilegia realia Dominorum tranſeunt ad Colonos.*
2. *Familiares acceſſorie gaudent privilegio Dominorum.*
3. *Odium ordinariorum præſumitur etiam ferri in familiares.*
4. *Privilegia ſcholarium trahuntur ad familiares.*
5. *Exemptiones non egrediuntur perſonam.*
7. *Coloni perpetui gaudent privilegio Eccleſiarum.*
8. *Exempti veniendo ad defenſionem Colonorum trahunt cauſam ad ſuum forum.*
9. *Privilegium expreſſe eximens mercenarios obſervandum eſt.*
10. *Coloni Eccleſiæ ſeu loci cuius iuriſdictio temporalis pertinet ad Eccleſiam cenſentur exempti.*
11. *Liberti Eccleſiæ cenſentur exempti.*
12. *Coloni conventi coram laico rationem rum Eccleſiæ retrahere poſſunt cauſam ad iudicem Eccleſiaſticum.*
13. *Mercenarij in dubio non ſunt exempti.*
14. *Quid ſi religioſi ſint exempti à ſolutione decimarum an eorum coloni partiarij exempti cenſebuntur.*

1 PRo affirmativa, adferri ſolet quod coloni privilegiatorum gaudeant privilegio ſuorum Dominorum, adhibita præſertim diſtinctione inter privilegia realia, & perſonalia, ut illis coloni gaudeant, his minime *Parisius conſ. 25. n. 10. & conſ. 69. n. 6. vol 1. Borguin de uſufruct. mulieru n. 163. Boer. deciſ. 213. n. 18. Alciat. conſ. 14 Cephalus conſ. 451. num. 18 3. vol. 4 Burſat. conſ. 25. lib. 1. Vincent. Carocius tract. de locato par. 2. tit. de collectis n. 8. & tit de Colonis privilegiatorum.*

2 Idque ad inſtar domeſticorum & familiarium qui acceſſorie foro & privilegio ſuorum Dominorum potiuntur *per tex. l. 1. verſ verum etiam hominibus eorundem ubi Caſtrenſ n. 8. C. de Epiſcop. & clericis l. præſenti §. pen. C. de his qui ad Eccleſ. confugiunt Cap. dec. 12. Bonacoſſa tract. de famulis q. 15. per tot. Alex. conſ. 114. n. 10. & conſ. 100. n. 8. vol. 4.*

vol.4.dixi supra lib.1.quæst 30. Cum enim exemptiones ortas esse dixerimus *lib.1.* 3
q.1.n.13. ratione præsumpti odij ordinariorum, idem odium quoque habituri videntur in colonos, quemadmodum latius prodidit Iason *in l. cum quædam puella ff. de iudic arg l. unicæ in verbis universa eius domus C. si qua præditus potestate* DD. *cap. cum sit generale de foro compet.* repugnante tamen ei Innocentio *in ca. insinuante ubi doc. de offic. deleg.* Quæ cum in materia fori clericalis differantur, eadem analogia ad hanc exemptionum materiam duci possunt *dixi supra lib.1 quæst.45.n.5.*

Secundo, privilegia, immunitates & exemptiones Scholarium, extenduntur ad 4
eorum famulos *late Rebuff. de privileg scholar. privileg.166. per tot.* ergo, à proportione & analogia idem dicendum est in exemptis *dixi d. quæst.45.n.30.*

Tertio idem stabiliri videtur apertis textibus, per varias glossas confirmatis *cap. continuum 11. quæst 1 cap. fin. de officio Archid. glo. cap. eos dist.32. glo.1. & c. clericum 11. quæst.1. glo. cap. generaliter §. novarum 19 quæst.1. & ca. Ecclesiarum servos 12. quæst. 2.* à quibus non dissentit Archidiaconus *in d. cap. clericum Abb. cons.53. lib.1.* Castrens. *l. si quis C. ubi causæ fiscales Gemin. d. cap. eos Rom. Ias. &* DD *d. l. cum quædam Neinsan. in Sylva nupt. par 5 n 25.*

Pro negativa non desunt etiam rationes ac authores *Fed. de senis cons.3.n.9. Spec.* 5
de compet. sud addit. §.1 num.27. Abb. Fel. & DD. *cap.2 de foro compet. Præpos. d. cap. eos Auffer. de potest seculari super Eccles reg.2.n 36. Didacus pract. q.c.35.n.2. vers. quinto non video Capic. dec 12. num.2. dicens esse communem Osascus ped. dec. 31. Iason l. servi electione §. Labei de leg.1. Lucas de Penna & Ioannes de Platea l. senatorum C. de dignitat. lib.10.*

Ratio est, quia communi Doctorum calculo teste Antonino Tessauro *ped. dec.* 6
216. & Thoma Grammatico *Civil. cons.102.n.16. & per tot.* exemptio ita adhæret personæ privilegiatæ, ut ad eius colonos extendi non possit.

Utraque opinio conciliari poterit sequentibus conclusionibus. Prima conclusio 7
Colonj perpetui gaudent privilegio Ecclesiarum, secus autem si sint temporales *Abbas. d. cap. 1. Ripa de peste tit. de præservat. remedijs §. devenio n.128. Gram. d n.15. & 16.* Hoc sensu exaudienda est opinio affirmativa.

Secunda. exempti interveniendo & veniendo ad defensionem suorum colono- 8
rum declinare possunt tribunal ordinarii *Ripa cap. decernimus n.2. & 4. de iudic. præposit. cap. clericum 11. qu.1. dixi supra lib.2. qu.37.*

Tertia, si privilegium esset tale quo famuli & mercenarij exemptorum etiam 9
eximuntur ei esset standum *Abb. d. cap.2. Bursat. d. cons.25. n.9. & seqq. Tessaur. d. dec. 32. n.7.*

Quarta, Coloni Ecclesiæ seu loci cuius jurisdictio temporalis pertinet ad Ec- 10
clesiam, censentur esse exempti *præpos. d. cap. clericum col. penult. Tessaurus d. num. 7. vers. sexto.*

11 Quinta, liberti Ecclesiarum gaudent privilegio Ecclesiæ *glo. d. ca. iudicatum & l. cap. Ecclesiarum servos.*

12 Sexta, coloni qui conveniuntur coram laico, ratione rerum quas ab Ecclesia tenent, retrahere possunt per inhibitoriales causam ad iudicem Ecclesiæ *Spec. d. n. 27.* de quo articulo distincte videri poterit Cacheranus *ped. dec. 32. DD. cap si clericus laicum de foro compet.*

13 Septima, Mercenarij exemptorum non sunt exempti *glo. cap. pen. de privil. & in Clem. 1 de relig. & ven sanct las l. scrinsarios n. 1. C. de testa militari.*

Quid si religiosi exempti sint à solutione decimarum, an eorum partiarij coloni

14 vel censuales exempti censebuntur ? Quidam id decidendum asserunt ex verbis privilegii, scilicet an eximat terras à decimis, an vero personas religiosorum; priori specie exemptos censeri posteriori minime *glo Clem. 1 verb excolendas ubi Card q. 25. de decimis Abb cap ex parte 1. eod. tit. Soc cons. 268 sed cons. 111.* At vero alij indistinctim contra censuerunt *Remigius Gauni in suo tract. an Ecclesia vel clerici sint exempti ab exact. laicorum fol. 233. glo. Imol. Card. & DD. Clem præsenti de censib. Rip. de peste in 1. parte 3. partis qu. 15. v. Paris. d. cons. 25. Nicolaus sestasius tract. de æstimo & collectis fol. 97. num. 43 & seq. Abb cap. veniens col. 2. vers. nota hoc ultimum de transact.*

QVAESTIO XXXIX.

Episcopo Invocante contra exemptos brachium sæculare, an parendum sit, si exempti dicant se appellasse

SUMMARIUM.

1. *Ancharani hæc est quæstio.*
2. *Exempti an obedire debeant Episcopo invocanti eorum auxilium.*

1 QUæstio hæc proponitur ab Ancharano *in Reg. ea quæ quæst. 10. col. 21. de reg. iur. in 6.* Cui respondit negative, hac ratione quod sæcularis iudex parere non debeat injusto præcepto ordinarij *cap. 1. de offic. ord. vide latius supra lib 2. q. 44.* attenta præcipue appellatione, quæ ligat manus Episcopi, qua de re sæcularis cuius brachium invocatur cognoscere potest, ne præmatura sua executione exemptis injuriam inferat, quod ipsum in ipsissima hac exemptionum specie late docet Abbas *cap 1 n. 12. vers & per hoc & n. 13. cum Apost. de offic. ord. vide latius infra quæst. 82.*

2 Quid autem è contra, an exempti teneantur obedire Episcopo eorum auxilium invocanti? tradit Alciatus resolvitq; negative *arg. Clem. pastoralis ubi Card. Imola, Bal-*

Baldus & DD. de Re iudic. Alciat. cap pernicioſam num. 126. de officio ord. Poterit tamen (inquit Alciat) *d. num. 26.* Epiſcopus ſupplicare Papæ, ut eos compellat qui hoc facere tenebitur *arg. cap. fin. de except. in 6. ubi DD.*

QVÆSTIO XL.

Exemptus ab Epiſcopo excommunicatus, an à iudice appellationis poſſit petere ad cautelam abſolutionem.

SUMMARIUM.

1. *Exemptus petens abſolutionem debet antea fidem facere de abſolutione.*
2. *Abſolutio ad cautelam quid ſit.*
3. *A quibus cenſuris concedi poſſit.*
4. *Quando concedi poſſit.*
5. *Quare concedatur.*
6. *Concedi non poteſt niſi vocata parte.*
7. *Quis abſolvere poſſit.*
8. *Delegatus an abſolvere poſſit.*
9. *Pars aut iudex an impedire poſſit abſolutionem.*
10. *Abſolutio ad cautelam non præſumitur.*
11. *Petens abſolutionem ad cautelam non præſupponit excommunicationem.*
12. *Confeſſarij an abſolvant ad cautelam.*

POteſt, idque vel per viam revocationis attentatorum, vel per modum abſolutionis, antea tamen debet non plene, ſed aliqualiter de exemptione fidem facere, idq; quia jus commune reſiſtit exemptionibus, quibus facile ordinatiæ illuderetur poteſtati, ac ne per figmenta exemptionum dolis & impunitatibus via aperiatur *Innoc. cap. ſolet de ſent. excom. in 6. Rota deciſ. 234. in novis & deciſ. 308.* licet Io. Andr. *in d. cap. ſolet.* variavit *Rot. deciſ. 116 in antiquis Milis in repert. verb. excommunicatus ſi petat Fel. ca. Apoſtolice n. 20. verſ. & ſubdit de ſent. excom. Rot. dec 6. de ſent. excomm. in novis & dec. 7. eod. tit. in antiquis* de qua abſolutione ad cautelam videatur exactiſſime & latiſſime Gregorius Sayrus Benedictinus in Theſauro Theologiæ moralis *par. 1. lib. 2. cap. 17 n. 8.* in qua materia paucis formabo quaſdam concluſiones quæ ſummatim omnem illius ſubſtantiam complectentur. 1

Prima concluſio, abſolutio ad cautelam eſt ab Eccleſiaſtica cenſura conditionalis abſolutio, conceſſa ratione periculi cum de valore cenſuræ dubitatur, *Io. Andr. in cap. ſolet ubi DD. de ſent. excom. in 6. Hugolin. de Cenſuris Eccleſiæ tab. 3. cap. 22. §. 1. numer. 4.* 2

Secunda abſolutio ad cautelam concedi poteſt ab omnibus cenſuris excommunicationis ſuſpenſionis & interdicti excepto interdicto generali loci *Anchar. d. ca. ſolet. num. 5. Gemin. ibid. in §. in ſecunda num. 11 Franc. ibidem verſ. 4. Stephan. Coſta in rep. num. 49 & ibi omnes cap præſenti de ſent. excommun. in 6. ubi DD. glo. in verb. generali* 3

generali & in verb. declaramus ubi assignatur ratio, quare interdicto generali dati non possit relaxatio ad cautelam. Idq; sive censuræ latæ sint ab homine, sive à iure, si tamen probabile dubium sit facti, aut iuris, quemadmodum exemptis demonstrat Gregor. Sayrus *d. cap. 17. n. 7. Anchar. d. cap. solet. n. 5. Gemin. d. n. 11. Franc. n. 27. Stephan. Costa n. 49. Navar. in Manuali cap. 27. n. 277. & 278. Hugol. de cens. Eccl. tab. 3. cap. 22. §. 1. num. 9.*

4 Tertia, absolutio ad cautelam peti & concedi potest, quoties sententiæ nullitas allegatur, v. g. quia lata fuit à iudice competente, contra exemptum dummodo fiat aliqua fides & semiplena saltem probatio de exemptione aut nullitate sententiæ *Innoc. cap. venerabili n. 5. de censib. DD. d. cap. solet Abb. cap. Apostolice n. 10. ubi Fel. n. 22. de except. Covarr. ca. alma mater par. 1. §. 12. n. 7. Primum de sent. excom. in 6.*

5 Ratio est, quia hæc species absolutionis concedi solet ut absolutus sine conscientiæ scrupulo divinis & humanus se intermiscere possit *Sayrus d. c. 17. n. 3. & 8. in fine & n. 13.* quæ ratio indifferēter militat in omni casu nullitatis *Sayrus d. n. 8.* Dividitur-que à Navarro *d. n. 277.* in dimidiatam, quæ ad certum tempus & actum fit, & integram quæ dubitatur esse lata, & eam quæ scitur esse lata sed dubitantur an valeat *DD. d. cap. solet Innoc. in cap. veniens ubi glos. final. de testib.*

6 Quarto, concedi non aliter potest, quam vocata parte ad cuius instantiam excommunicatio fuit lata, quæ si se opponat ac infra tempus octo dierum iustam excommunicationem non probet condemnandus erit in expensis ea propter factis *DD. ubi supra Sayrus d. cap. 17. n. 9.*

7 Quinta, à censura iuris ad cautelam absolvere potest, qui simpliciter auctoritatem habet absolvendi *arg. cap. nuper de sent. excommunic.*

Sexta, à censura lata ab homine is absolvere potest ad cautelam qui excommunicavit vel illius superior quando causa ad eum via appellationis est devoluta *glo. d. c. solet verb. per superiorem ubi DD. Hostiens. Io. And. & ca. per tuas de sent. excom. Covar. d. §. 12. n. 8. Sayrus ubi supra n. 14.*

8 Septima, de delegato reperiuntur pugnantes sententiæ, placet sententia Covarruviæ *d. §. 12. nu. 8. vers. iudex* qui eas fœdere distinctiones conciliat, dicens delegatos Apostolicos qui delegantur ad cognoscendas causas extra Curiam, habere facultatem absolvendi ad cautelam, delegatos vero ad cognoscendas causas in Rom. Curia non habere hanc facultatem, nisi speciali commissione eis concessa sit, & sic usu & praxi observari asserit. Vide Navarrum in Manuali *cap. 27. numer. 278. vers. quarto dico.*

9 Octava, absolutionem ad cautelam nec pars nec iudex impedire potest nisi in casu manifestæ injuriæ, quæ si negetur, probari debebit infra dies octo *d. cap. solet & DD. ubi supra Sayrus n. 6.*

Nona, absolutio ad cautelam obtenta non præsumitur, nisi probetur *cap. sicut nobis de*

bù de sent.excom.glo.cap.proposuit in verb. de absolutione de cleric. excom. ministrante Navar.in Manuali cap.27.num.278.vers.septimo.

Decima, petens absolutionem ad cautelam non præsupponit aut fatetur se ex communicatum, secus si simplex absolutio postuletur *Stephan.Cast.ad.cap.solet,n.46. Sayrus lib.2.cap.16. n.16.* 10

Undecima, Confessarius cui committitur absolutio ad cautelam non astringitur solemnitatibus antescriptis *Navarr.d.nu.nu.278. vers.quinto* quid autem si committatur ei in utroque foro? vide apud eumdem Sayrum & Navarrum, ubi plura de hac materia. 11

QVAESTIO XLI.

Monachus exemptus à quo ab excommunicatione absolvi possit?

SUMMARIUM.

1. *Distinguendum inter excommunicationem illatam ex violentia manuum injectione & alias.*
2. *Temperatur nisi accessus ad Papam sit difficilis.*

QUod Episcopus possit absolvere, videtur censuisse Federic.de Senis *cons. 14. Io. de Lignano Clem.ne in agro de statu Monach.Navar.cons.31 de pœnitent.* At vero contrariam sententiam tenuit, Io. Andr.Abb.Fel.*cap.significasti de foro compet.ca. pastoralis §.præterea vers.limita hanc primam de offic. ord.glo.fin. in Clem. penult.de sent.excomm.in c.grave de offic.ord.Ang.de Clavasio in summa verb.exemptus. §.6.*

Paucis, distinguendum inter excommunicationem illatam ex violenta manuum injectione,& alias alterius speciei. Quoad illam, Episcopus absolvere potest ne detur religiosis occasio evagandi uti censent. Io Andr. Dom. Anchar Francus & alij *in cap.religioso de sent.excom.in 6.* qui extendunt hunc Canonem ad exemptos, quo vero ad alios, absolvere non potest, quia ligare non potest *Abb cap.cum dilectus 2.not. de relig.dom.Bald in Margarit.verb.excommunicatus arg l. qui condemnare ff. de reg. iur.* nemo autem absolvere potest, qui ligare aut condemnare non potest *ex.l. nemo qui ff.de reg.iuris.* 1

Quod temperandum videtur, si accessus ad Romanam Curiam seu ad Papam esset difficilis & periculosus, qua de re abunde satis aliis in locis scripsimus *supra. eod.lib.cap.1.vers.limitanda autem est & infra quæst.50.& seqq.Card.Clem 1.quæst.3.de offic.ord.Clem. attendentes in fin.de statu Monach* Conceditur enim Episcopis absolutio casuum reservatorum in casu quo quis legitime impedimento detentus ad sedem Apostolicam vel eius Nuncium accedere non potest. *cap.quamvis, cap.ea noscitur* 2

tur cap. de his de sent excom. Siquidem necessitas semper excipitur à quibusvis legibus & prohibitionibus humanis, *Processus in praxi Episcop. parte 1. cap. 1. sub finem.*

QVAESTIO XLII.

An accipiant ab Episcopo ea quæ sunt ordinis Episcopalis?

SUMMARIUM.

1. Episcopalis ordinis quæ sint.
2. Postulari debent ab Episcopo.
3. Nisi Episcopus conferre renueret.
4. In actibus voluntariis exempti subsunt Episcopo.
5. Nisi per actum voluntarium præiudicetur Episcopo.

1 DIximus supra *lib. 1. quæst. 6. in fin.* ex sentẽtia Canonistarum, Episcopatum esse ordinem addę Io. Andr. *in proemio sexti in verb. Episcopus ubi* DD. *Albert. Troylus de profecto clerico lib. 1. cap. 2. num 4. & seqq.* à quo plurima emanent quæ ordinis Episcopalis esse perhibentur, ut est Chrismati, oleum sacrum, Consecratio altaris Ecclesiæ, item reconciliatio, Clericorum ordinatio, dispositio, suspensio, & alia similis generis allata & probata à Bertrachino *tract. de Episcopo lib. 4. part. 1. quæst. 19. nu. 53.* quæ præbuerunt causam huius quæstionis ad quam Paucis respondeo omissis eis quæ supra in eadem materia attuli *quæst. 11 eod. lib.* exemptos hæc debere
2 postulare ab Episcopo, ita disponente tum iure *cap veniens §. Chrisma ubi Io. Andr. Abb & DD. præscript. Anania cap per tuas not. 1. de Simonia ubi loquitur de Carthusiensibus Oldra cons. 244. Clem. 1. §. præsentatos ubi Card. de excessib. prælat cap. cum nullus vers. inferiores de temp. ord. in 6. glo. cap Abbatius 18. qu. 2. Calder. cons. 4. de priuileg.* tum universali & immemoriali consuetudine ut testatur Cardinalis *cons. 112. viso privilegio* Tum Concilio Trident. *sess. 23. cap. 10 Nauarr. in Manuali cap. 22. num 18. vers. tertio qui contrauenit.*

3 Quod tamen moderandum est, nisi Episcopus nollet ea exhibere Canonice ut oportet, puta gratis, tum enim potuerunt ea petere ab alio præside *tex. d. ca. veniens §. Chrisma ubi* DD. *Franc. c. 1. ubi late in verb. instituta de priuileg. in 6. ubi Io. Andr. &* 4 *Domin.* Ex quibus corrolarie infertur. quod exempti subsint diœcesano in actibus voluntarie iurisdictionis, ita censuit Hostiens. quem refert Ioannes Andreæ *in cap. Canonica de sent. excom. & in cap. quod ob gratiam de reg. iur. in 6. Lapus d. cap. cum nullus* nisi tamen per actum voluntarium fieret præiudicium priuilegio seu sanctæ Se-
5 di *tex. cap. cum tempore de arbitr.* aut nisi actus voluntarius seu factum iurisdictioni eius non subiaceat. *Dom. & Franc. d. c. cum nullus in glo. super verb. religioso.*

QVÆ-

QVÆSTIO XLIII

Abbates & alij Prælati exempti, an possint subditis dare literas dimissorias ad ordines.

PAucis respondendum, si ita sint exempti quod Episcopi non habeant in eorum Clericos ordinationem, eas concedi posse, alias minime *cap. fin. ubi* DD. *de clerico peregrino* ad quod Concil. Trident. inhibuit *sess. 7 cap. 10. & seq.* velut uberius explicavit Navarrus, quem videre poteris *cons. 14. de privileg. dixi lib. 4. quæst. 11.*

QVÆSTIO XLIV.

Abbates vel Prælati exempti an possint extraneum ordinare habentem dimissorias?

ID plane pendet à tenore privilegij, qui semper ad amussim sequendus est ut frequenter dixi *cap. porro cap. sane de privileg.* Itaque, si ejusmodi sint exempti cum omnibus membris suis familiaribus & capellis populum habentibus, id possunt propter exemptionem quam habent plenissimam *c. 2. §. fin. de supplen. negl.*

Si vero exempti sint sine populo, tunc similiter id eis licebit in capellis populum non habentibus, secus si habeant populum, quia tunc prius recurrendum est ad Episcopum, qui dimissorias visitabit, & decernet ordinandum id, quod si Episcopus recuset, recurrendum erit ad superiorem ita Abb. Innoc. & DD. *cap fin. de clerico peregrino* hac forma non observata Episcopus punire poterit ordinatum *Abb. Host. Io. Andr. ubi supra* quæ omnia sacrum Conc. Trid. temperavit ut præcedenti quæstione scriptum est & doctissime post omnes discussit Navarrus *cons. 14. de privil.*

QVÆSTIO XLV.

Exemptus habens dimissorias an possit ab Episcopo examinari de literatura & idoneitate.

SUMMARIUM.

1. *Semel per Principem approbatus non debet iterum approbari.*

POtest, *tex. pulcher. c. sanctissima dist. 73.* adeo, ut si repererit eum idoneum admittere non debeat *Archid. cap. miramur dist. 61. per tex. ca. venerabilem & ibi*

Innoc. de elect. Navarr. conſ. 8. de privileg Secus v. g. ſi Papa à ſe promotum mandaret per Epiſcopum benedici, quia ſemel per Principem probatus per inferiorem non
1 debet iterum examinari *tex. l. quidam conſulebat & ibi Caſt. de re iud.* talem enim Epiſcopus ſine alio examine ordinare tenebitur *Innoc. cap paſtoralis circa med. de donat. Collect. cap. meminimus & ibi Fel. de accuſat. Capel. Tholoſ. deciſ. 449. incip. item fuit quæſitum an Epiſcopus Nauarr. in Manuali cap. 27. Miſcell. 1. num. 266.* Idque in æquali gradu, Idoneus enim ad unum officium, cenſetur idonius ad ſimile *Abb. ca. accepimus n. 6. de ætate & qualitat. ord.* Cæterum, ſi maior perfectio requiratur in hoc, quam alio gradu, aliud ſubeundum eſſet examen *Nauarrus conſ. 2. de præbendis.* Item niſi notiore foret idoneus, notorie enim dignus examinari non debet *cap. nullus diſtinct. 24. Nauarr. cap. cum contingat cauſa ſecunda nullitatis n. 13. de reſcript.* De hac materia videri etiam poterit Henricus Botteius *tract. de Synodo par. 3. art. 1. n. 283. vol. tract 2. fol. 227. indiſtincte tenens approbatum reprobari poſſe & late Fel. cap. cum venerabilis n. 48. & ſeqq. de except. ubi Abb n. 55. & ſeq. & DD. ibid.*

QVÆSTIO XLVI.

Hæres exemptus an ex perſona defuncti non exempti conveniri poſſit coram ordinario.

SUMMARIUM.

1. *Hæres ex privilegio communi declinare poteſt ſecus ex proprio.*
2. *Privilegia communia ſunt ad inſtar iuris communis.*
3. *Hæres eiuſdem conditionis qua defunctus.*
4. *Concluſio fallit ſi agatur ad legata.*
5. *Item ſi privilegium exemptionis exuberaret.*

1 CONveniri poſſe teſtatur Ulpianus in hæc verba, hæres abſens ibi defendendus eſt ubi defunctus debuit & conveniendus eſt, ſi ibi inveniatur, nulloque ſuo proprio privilegio excuſatur *tex. l. hæres abſens in pr. ff. de iudiciis.* Pro explicatione refricanda eſt differentia inter privilegia communia, ſic dicta quod inſerta ſint corpori iuris communis, ut eſt priuilegium clericorum, legatorum, miſerabilium perſonarum, & propria *dixi ſupra lib. 1. cap. 1. n. 5.* Iſta per legem conceduntur, hæc autem privatum per Principem *glo d. l. hæres in verb. excuſatur* velut privatæ leges ſeu priuata legia *præſes in loco ab Ethymologia & dixi d. n. 5. Alciat. lib 2. n. 51. de verb. ſign. Maſſagaleſius ad form. Cameræ oblig. ad 2. par. qu. 2. n. 6 fol. 74.* Hæres priuilegio communi utens, conveniri non poterit coram iudice defuncti, ſed coram proprio ſeu competente v. g. clericus hæres laici conveniendus erit non coram iudice laico defuncto, ſed coram Eccleſiaſtico iudice hæredis. At vero hæres proprium habens

priui-

privilegium, declinare non poterit judicem defuncti, quem ipse juris fictione repræsentat *glo. in d. verb. excusatur.* Quod ipsum Cynus Barthol Castrens. & DD. fusius tractaverunt *in d. l. Hæres Massa galesias 1d form. Cam. oblig. ad secundam partem quæst 2. per tot. & signanter n. 4. & seqq. ubi docte fol. 72. Sebast medices tract. de morte par. 1. n. 91. Caroc. de excuss bon par. 2. qu. 57. n. 20 Fel. cap. quia V. n. 3 vers limita dummodo de iudic. Straccha tract de mercatura tit. quomodo procedendum sit in causis mercat. ubi id exemplificat in mercatoribus qui habent speciales iudices sicut exempti n. 44 fol. 490. & seq Abbas cap. quia V. n fin. de iudiciis ubi & clare loquitur Fel. ibidem n. 3 vers. limita dummodo.* Quæ fuit causa ut Cynus referente Castrensi in hæc verba *d. l. hares. n. 4.* Consulerit contra fratres de Carmelo qui erant exempti ab Episcopo, & suberant immediatæ Papæ, deinde succesſerat cuidam laico, & agebatur contra ipsos ex persona laici coram Episcopo allegabant privilegium exemptionis, certe quia illud non erat clausum in corpore juris, non poterant allegare sed privilegium clericatus, quod erat clausum, bene poterat allegare, ut sic non conveniantur coram judice sæculari, sed coram Episcopo, Ita ille. Confirmari potest, tum quia privilegiatus succedens in jus privati utitur jure privati *l. cum quidam §. fiscus ff. de usuris Balbus de præscript. in 1. parte quintæ partu quæst. 3. per tot.* „ „ „ „

Tum quia, privilegia communia non sunt proprie privilegia ex quo regulantur & sunt ad instar juris communis *Andreas Gammarus tract. de extensionibus num. 164.* sumq; aliis privilegiis potentiora *Fel. cap. cum ordinem num. 20. vers. ultimo de rescript.* 2

Tum quia, hæres jus suum ex propria persona metiri non debet, sed ex persona defuncti cujus jure uti debet *l. si is ff. de iudic. l. apud Iulian. in fine ff. ex quib. caus. in possess. eatur l. 2 §. 1. ff. de verb. oblig. in d. verb. excusatur.* 3

Declaratur primo, hæc esse vera, nisi hæres conveniatur pro legatis, cum enim legata demum debeantur adita hæreditate, quæ amplius defunctum non repræsentat *l. 1. ff si familia furtum feciſſe dicatur l. hæreditas in multis ff. de acq. dom. l 1. §. scævola ff. si quis testam. liber esse iussus dixi supra lib. 2. q. 20. n. 3. Rol. à Valle d. qu. 17. n. fin. in fin. in part. 2. tract. de inventario* fit, ut mutatione personæ muteretur etiam privilegium status & conditio rei *l. per procuratorem ubi Barth. & DD. ff. de acq. hæred. & d. quæst 20. n 4. cap. 1 de iure patr. in 6. Rol. à Valle tract de inventar. par. 2 quæst. 17. n 5. & seqq.* ac proinde ut eo casu hæres ex proprio capite conventus jurisdictionem ordinarii declinare & proprio exemptionis privilegio se tueri possit *Rot. dec. 572. in antiq. Aufrer. in repet. Clem. 1 fall. 6. regula 2. de officio ordinarij* bona enim postquam acquisita sunt per privilegiatos sumunt naturam privilegiatorum *Abb. cap. porro de privilegiis.* 4

Declaratur secundo, nisi privilegium exemptionis esset tam plenum & abundans quod etiam hunc casum sua exuberatione includeret, quemadmodum hac in

materia supra notavimus, dum de continuatione instantiæ in exemptum quæsivimus *lib 2.quæst.19.n.7.item quæst.5.n.6.9.10 & seqq.item quæst.16.n.12.& seqq.*

Tota enim exemptionum vis ex verbis & mente Pontificis dependet, velut hactenus satis frequenter probavimus *lib.1.cap.43.n.1 & 2. per cap.quanto cap.porro.c. recepimus de privileg.l.credendum ff. qui petant tutores.*

QVÆSTIO XLVII.

Ordinarius an procedit contra hæreticos exemptos.

SUMMARIUM.

1. *Ordinarius procedit contra hæreticos exemptos.*
2. *Quod verum est in hæresi proprie sumpta.*
3. *Ab ordinario ad sanctam Sedem appellandum.*
4. *An procedat contra asserentem fornicationem non esse peccatum.*
5. *Quid de communitate per hypocrisim.*
6. *Quid de insordescente.*

ORdinarius inquirendi jus habet atque judicandi hæreticos *Abb.cap. cum contingat col.7.de foro comp.Lap.alleg.114.circa fin.Iacob. de bellonisu rep.c. Romana §. contrahentis de foro comp in 6.oppos.6 fol 26.* Idque tanquam Apostolica autoritate delegatus *tex.ubi Abb.& DD.cap ad abolendam de hæreticis glo. c.per hoc ver.delegata eod.in 6.c irrefragabili §.excessus de officio ord.Clem.cum ex eo de sent. excom.* 1

Quod tamen de hæresi vera & proprie sumpta intelligendum est, contra autem improprie hæreticos exemptos procedere non posset *Calder.cons.5.de hæretic. Oldra.cons 210.Rot.decis.875.incip.accusatus de hæresi in antiq.* verba enim in proprio significatu sunt accipienda *c.ad audientiam de decimis l.non aliter de leg.3.* Unde infero, quod ab ejusmodi ordinario procedente appellari debebit ad sanctam Sedem *c.super quæstionem de offic.deleg. Abb d.c.ad abolendam n.16.dixi supra li.2.ca.12.* 2 3

Utrum autem ordinarius procedere possit contra exemptum dicentem v.g. fornicationem non esse peccatum, videatur Capell. Tholos.*dec.306.* 4

Item an cognoscat de exempto per Hypocrisim recipiente hostiam non consecratam *Calder.cons.4 de hæreticis.* 5

Contra insordescentem in excommunicatione videtur quod inquirere possit ne nervus Ecclesiasticæ disciplinæ corrumpatur, *cap. excommunicatorum 32.quæst.5. cap.cum inter vos de consuet.* quando quidem ejusmodi non caret scrupulo hæreticæ pravitatis, qui Ecclesiæ censuras & mandata contemnunt, *Abb. cap.1.ubi late* 6

de in-

iudiciis glo. cap. excommunicamus §. qui autem de hæreticis optime Menoch. de arbitr. iudic. cent. 5. casu 46. n. 53. & seqq. estque id dispositione Concilij Trident. pro indubitato sess. 25. cap. 3. de refor. quod Menoch explicat non modo in excommunicatione ex causa criminali, sed etiam ex debito civili d. casu 416. n. 54.

QVÆSTIO XLVIII.

Exempti an pro absolutione decimarum conveniri possint coram ordinario.

SUMMARIUM.

1. *Exemptus non solvens decimam dicitur delinquere in loco non exempto.*

PRo affirmatiua, pridem respondit Dominianus à S. Germiniano *cons. 27. incip. quia punctus iste* quem refert Rebuffus de decimis *quæst. 15 num. 18.* ubi inquit quod exemptus non solvens decimam, delinquit in loco non exempto, attento loco in quo debet fieri solutio licet delictum originem sumat in loco exempto: quia quando delictum surgit ex facto negativo, cuius contrarium scilicet factum affirmativum debebat fieri in certo loco non exempto, tunc locus delicti censetur in quo actus ille affirmative explicari debeat, negatio enim cognosci non potest nisi per respectum adhibitum, cum non habeat terminos possibiles *cap. bona 1. de elect. cap. quoniam contra de probat. not. Barth. l. libellorum de accusat.* Id quod etiam confirmat Philippus Francus adhibita tamen quadam distinctione *in cap 2. §. diœcesani n. 2. in fin. de decimis in 6* His verbis, Quod si Ecclesiæ sunt exemptæ & per consequens decimæ dictis Ecclesiis debitæ, tunc Diœcesanus se non potest intromittere, & ita debet intelligi iste text. & supra de negl. prælat. suppl. cap. sicut. Sed si Ecclesiæ non sunt exemptæ, tunc Diœcesanus se intromiscere potest, licet decimæ sint exemptæ, vel Ecclesiæ sint exemptorum, ut hic in 1. parte text. & supra eod. tit. cap. 1. de præbendis, Ita ille. Ne sim fusior, invenio Paponium hanc quæstionem valdè copiosè disputantem, à quo articuli hujus examen peti poterit *vide in arresto lib. 1. tit. 10. des Chevaliers de S. Iean. arresto 5. per tot. ubi late* Ita tamen ut semper considerari debeat privilegiorum tenor, à quibus totus hic tractatus & dijudicatio dependet *cap. porro de privilegiis.* 1

QVÆ-

QVAESTIO XLIX.

Executores testamentorum si sint exempti an cogi possint ab ordinatio ad reddendam rationem.

SUMMARIUM.

1. *Executores qualiter hic usurpentur.*
2. *Executio demandari potest regularibus & sæcularibus.*
3. *Regulares rationem reddere debent coram Episcopo secus in sæcularibus.*
4. *Laicus exequitur testamenta clericorum.*
5. *Statutum Episcopi afficit eiusmodi executores.*
6. *Sæculares exempti rationem non reddunt coram Episcopo.*
7. *Quando contra privilegium emanat constitutio pœnalis ea non egreditur suos terminos.*
8. *Concil. Trident. subjicit executores ordinariis.*

1 PRæmitto executores latius me hic usurpare quam fecerint aliqui, nempe ut cum Felino comprehendam executores non modo actuales, sed etiam verbales, hoc est quibus à testatore data est facultas v. g. nominandi vel eligendi personas pauperum, aut alia ejusve generis verbaliter tantum explicandi *Angel. cons. 64.*
2 *late Fel. ca. si quis contra num. 2 vers. contrarium ubi allegat alios de foro compet.* Præ-
3 mitto secundo, executionis onus demandari, aut regularibus, aut sæcularibus. Unde concludo regulares sive religiosos exemptos gestæ executionis rationem reddere debere coram ordinario, ac ab eo puniri posse si mala gesserint *tex. Clem. 1. de testa. Ang. in summa verb. executor. n. 20 Barthol. l. interdum §. ff. de iudic. Fel. c. fin. numer. 6. vers. & addo de iudic. collecta cap Ioannes col. 3. circa fin. vers. sed quia religios de testa. lo. Andr. in add. ad spec. tit. de instr. edit. §. nunc aliqua vers. sed an simplex commissarius num. 45. Io Francisci Pauin tract. de visitat. quæst. 5. secundæ partis num. 92. Fumus verb.*
4 *executor. num. 14.* Idque exposcit favor executionis testamentorum, qui tantus est ut etiam ipse Prætor, imo etiam teste Rebuffo, laicus exequatur testamenta clericorum ad pias causas, ac sibi executionem usurpet, contra clericos, personas alioquin privilegiatas *Lucas de Penna l. una col. pen. C. de expens. ludorum lib. 11. Rebuffus de sentent. provisionalib. in præfat num. 83. & 84. Cavalcan decis. 28. n 45 part. 1* Quo fit ut majori ratione negligentibus executoribus id onus ad Episcopum devolvatur ad quem spectat in diœcesi munus supplendi negligentiam suorum *dixi supra eod. lib. cap 30.*
5 Ex quibus infertur, quod cum Episcopus hanc habeat potestatem à jure sibi attribu-

tributam, quod si quippiam statuat quod concernat ejusmodi executionem v. g. quod post annum executor privetur potestate exequendi tale statutum, afficiet regulares exemptos, ratio est, quia hoc casu executores sunt à jure subjecti ordinario, quo fit, ut ejus statutis hoc in articulo ligetur *per c. 2. de maior. & obed. ca. ut animarum de constit. in 6. d. Clem. 1. de testam.*

Concludo secundo, Exemptos non regulares, sed v. g. Canonicos aut clericos sæculares executores, nec reddere rationes coram ordinario, nec coram eodem conveniri posse, ita nominatim sentit glossa & doctores *in Clem. 1. de testamentis glo. ibid. verbalcs Cardinal. num. 12. quæst. 6. dixi supra lib. 1. c 46. num. 11 12. & seqq.* 6

Ratio est, quia quando contra privilegium emanat constitutio pœnalis, ea suos non egreditur terminos *Io. Andr. Dom. cap. dispendia de rescrip. in 6. Card. ubi supra q. 6. Ang. d. num. 20. Fumus d. num. 12.* 7

Confirmatur, quia dispositio Clementis 5. in Concilio Viennensi, *in d. Clem. 1. de testam.* est correctoria juris veteris, quæ proinde generaliter intelligi, nec extra casum suum extendi debet. sed restringi per legem veterem, *Docte præses in loco à ratione legis stricto ad restrictionem legis, ubi exemplificat Milis in repert. verb. privilegio speciali fol. 373.*

Adhæc, notandum Concilium Trident. indistincte constituisse Episcopos velut 8 Apostolica authoritate delegatos executores omnium piarum dispositionum *sess. 22. cap. 8 de refor.*

QVAESTIO L.

Quid si accessus sit difficilis vel periculosus ad Papam, an vigeant adhuc jura exemptionum?

SUMMARIUM.

1. *Si accessus sit difficilis ad Papam cessabunt iura exemptionum.*
2. *Quo casu unusquisque sibi potest ius dicere.*

DIximus in eadem hac materia exemptionum propter absentiam superiorum aut difficilem illorum aditum, recedi solere à communibus iuris regulis, ibique id copiose satis probavimus *lib. 4. q. 1. vers. Limitanda & quæst. 41.* Hoc loci pro conclusione affirmativa satis sit autoritatem adduxisse Felinum atque Cardinalem *istum cap. significasti num 4. de foro compet. hunc in Clem. 1. q. 3. de offic. ord.* à quibus non dissentit Innocentius *in c. olim & in ca. ut famæ in fracit at.* dum dicit emergente tali casu, unicuique licere ius Authoritate propria dicere *l. generali C. de decurionib. lib. 10. & l. aut Prætor. §. si quis ff de his quæ in fraud. Barth. l. creditores ubi DD. C.*

DD.C.de pignor.Colerus de proceßib.executiuis part.1.cap.2.num 276 in cap. olim.1.de reſt ſpol.in cap.ut fama de ſent. excom. arg.l.1. C.quando liceat unicuique ſine iudice.

3 Confirmabiturque idem copioſius quæſtione ſubſequente,quibus addi poterit doctrina Navarri,tradentis ordinarium cognoſcere de cauſis ad Papam interpoſitis,ſi ad eum facilis ſit recurſus *Navar.in relect.cap.cum contingat,remed.4. n.3.de reſcript. rom.3.& cap.accepta oppoſit.8.ſolutione nu.31.de reſt.ſpoliat.*

QVAESTIO LI.

An ordinarius præſuppoſito acceſſu difficili ad Papam conferre poſſit beneficia exempta aut reſervata.

SUMMARIUM.

1. *Quando is ad quem iuriſdictio ſpectat abſens eſt,ea devoluitur ad inferiorem.*
2. *Epiſcopus abſolvit in caſibus ſanctæ Sedi reſervatis quando Papa adiri non poteſt.*
3. *Neceßitas non habet ferias.*
4. *Ordinarius diſpenſat in gradibus à iure prohibitis quando Papa adiri non poteſt.*
5. *Exemptiſi opprimantur poſſunt ſibi dicere ius.*
6. *In alienatione quando requiritur neceſſitas ſuperioris.*
7. *Electus ad Eccleſiam remotam à Romana poteſt ſtatim adminiſtrare non expectata confirmatione.*

1 OMiſſis pluribus quæ in alteram partem adduci poſſent,ſint hæc pro tuitione opinionis affirmativæ, Imprimis regula generalis quoties is ad quem exercitium iuriſdictionis ſpectat abſens eſt,nec commodè expectari poteſt, fit devolutio ad illius inferiorem alioquin inhabilem *tex. l.ubi abſunt ubi DD. ff.de tutorib. datis ab his cap.ſi Epiſcopus de ſuppl negl. prælat.in 6.*

2 Deinde Epiſcopus abſolvit in caſibus ſpecialiter ſanctæ Sedi reſervatis, quando Pontifex commode aditi poteſt *cap.de catero de ſent.excom.cap.eos eod.in 6.* Idque, quia intereſtne quis in excommunicatione diu perduret *cap. quam ſit de elect. in 6.* prout quoque intereſt ne Eccleſiæ diu maneant viduatæ,unde quò diuturnæ vacationis pericula amputentur,expedit ut talis caſu ad ordinarium recurſus habeatur *cap. ſanctorum diſt.70.*neceſſitas enim conjuncta utilitati publicæ , legem non admittit

3 *cap.ſi quis propter neceßitatem de furtu cap.licet de feriis dixi eod.li.q.4.in fine.*

Præterea,eſt argumentum in iure receptum à matrimonio Carnali ad matrimonium ſpirituale *cap.inter corporalia de tranſ.Epiſcop. Præſes loco à matr. Carn.ad ſpirituale.*quo arguitur , quod quemadmodum ordinarius diſpenſat in gradibus à iure prohibitis,quando Papa commode aditi non poteſt v.g. propter bella, ſcisma,vel

alia cujuscunque generis impedimenta *late Anchar. cons.* 409, ex eo quod tali dispensatione derogetur tantum juri positivo, ita & hoc in casu, status enim beneficiorum exemptionumque sunt à jure positivo, *Abb. cap. postulasti de Rescriptis cap. Episcopus de prabend. tot. tit. de privilegiis* Accedit glossa finalis *Clem.* 2. *de elect.* quæ dicit obligatos ad adeundum Papam pro confirmatione, absolvi, si interveniant impedimenta ad hæc eadem confirmat Auferius *in rep. Clem.* 1. *q.* 10. *vers. unde in principa. ti puncto & vers. singe enim difficilem de offic. ordin.* post multa dicens quod si clerus opprimat exemptos quod auctoritate propria sibi ius dicere possint *Calderin. cons.* 20. *circa med. de regular. arg. lib.* 1. *C. quando licea at unicuique.* 5

Similiter, in alienatione per exemptos facienda diximus supra *lib.* 4. *cap* 1. *sub finem* quod licet regulariter autoritas superioris intervenire debeat, si tamen superioris vel Pontificis accessus sit difficilis, alienatio omissa authoritate subsisteret. 6

Postremò, est quod notat Barth. *in l. ex eo tempore nu.* 6. *ff. de milit test.* quod in Ecclesiis valde remotis ab Ecclesia Romana electus statim post administrare non expectata confirmatione *cap. ne pro defectu de elect. Abb. cap. nihil per tot. ubi vide n.* 8. *qui dicantur esse remoti à Papa de electione.* De qua materia late & fuse Redoanus *tract. de rebus Eccles. non alienand. quæst.* 51 *per tot, Navar. cap. accepta oppos. it.* 3. *solut. n.* 31. *de rest. spol.* 7

QVÆSTIO LII.

An exempti si sit periculum fugæ, possint ab ordinario capi.

SUMMARIUM.

1. *Reipub. interest puniri delicta.*
2. *Creditor potest arrestare suum debitorem.*
3. *Temperatur si index exemptorum aliri posit.*

POsse, diximus obiter supra *lib.* 2. *quæst.* 45. *casu sexto num.* 10. quod paucis hic confirmo alijs auctoritatibus *Auth. de defensorib. Civitatum* §. *audient. col.* 3. *Auferer. Clem.* 1. *quæst.* 20. *fol.* 60. *de offic. ord.* Ratio est, quia cum Reipublicæ interfit maleficia non remanere impunita *l. ita vulneratus ff. ad. l. Aquil. l. longius* 3. 1. *ff. de iudic.* magna impunitati fenestra aperiretur, si eam potestatem ordinario abnueremus,

Quandoquidem privatim id videtur etiam concessum ut debitor fugitivus à suo creditore arrestari fistive possit *glo. not. l. nullus C. de Iudeis Anchor. cons.* 439. *t. ait prator* §. *si debitorem ff. quæ in fraudem creditorum glo.* §. 1. *inst. de act. verb. in iudicio laudata per Bald. & Ang. ibidem glo.* §. *necessitatem verb. detinere Auth. ut iudices sine quoquo suffrag. collat.* 2. *cap. unico in pr. ubi glo. verb. potestatem de pace iuram. firm.*

Abb. cap. eum non ab homine de iudic. Iason. §. 1. instit. de act. Barth. l. si quis in seruitut. ff. de furtis Bald. l. si quia per calumniam C. de Episcop. & Clericis Anchar. reg. eaque q. 20. de reg jur. in 6. & DD. quos supra allegavi. d. quæst. 45. num 10. Unde non immerito traditum est, exemptum si sit periculum fugæ ab ordinario ad instantiam creditoris detineri sistivè posse fugitivus enim amittit privilegia legalia *late Peck. l. de iure sistendi ca. 8. nu. 7.* An autem incompetentiam judicis allegare possit, vide apud eundem Peckium cap. 10. *num.* 11. Paucis, attestatio hæc non aliter permissa est quam ut debitor caveat de stando juri in foro suo, velut apud Cavalcanum probatum est *decis. 1. num 13. par. 1. Peck. ubi supra q. 45 nu. 7. & seqq.*

Limitanda autem est prædicta conclusio in casu quo non possit haberi copia iudicis exemptionum, aut saltem non commode, quin interea daretur causa elabendi. nam cum capto exemptorum sit nominatim ordinario interdicta *Clem. 1. §. & ibi Card. de censib. Paul. de Leazar. c. si clericos de sent. excom. in 6. Guido. sing. 492.* Si com-
3 modè ac citra periculum haberi, aut expectari posset, autoritas iudicis exemptorum ordinarius tali captura injuriam faceret, & exemptio capto & judici illius *tex. l. generale ibi si præsidis copia desit C. de decurio lib. 10.* Ita declarant Barth, & Balduspost Asonem *l. 1. C. ubi de crimine agi oporteat.* Alioquin de spolio agi posset *v. infra quæst. 65 num. 12.* Quæ quidem apud Præsidem Everardi etiam tractata sunt *in locis loco à surrogatis vers. 24.* quippe sicut Iudex extra suum territorium sententiam suam executioni non mandat *l. extra ff. de jurisdict. om. iud. 10.* Ita nec pars suum debitorem extra provinciam propria authoritate sistere potest, ne plus liceat parti, quam judici *Præses loco iam allegato* ibi tradit, quid si creditores debitorem suum in alienam usque provinciam persequantur, Porrò diximus frequenter exemptos extraneis & loca exempta locis extra territorium comparari *lib. 1. q. 45. num. 5. & infra qu. 54. nu. 2.*

QVAESTIO LIII.

Ordinarius à iure potestatem habens visitandi monasteria monialium, an poterit Abbatissas destituere.

SUMMARIUM.

1 *Ordinarius tanquam delegatus visitat moniales.*
2 *Non potest destituere.*
3 *Delegatus destituere non potest.*
4 *A visitatione ad destitutionem argui non potest.*

1 MOniales licèt immediatè subjectæ sint Pontifici, tamen ab ordinario auctoritate Apostolica visitari possunt, estque id conforme Concilio Tridentino *Clem. attendentes de statu Monach. ubi DD. Concil. Trid. sess. 25. cap. 9.* non

ideo

deo tamen destituere poterit *glo.d.Clem.verb.compelli ubi Card.Lazar. & alij.*

Quia hoc in casu, ordinarius procedit tanquam delegatus, qui potestatem non habet privandi, nisi ei specialiter & expresse committatur *cap. penult. de offic. vicarij in 6.Innoc. & Host.cap.quaris de ætate & qualitate ordin.cap.dilectus de rescript.* nec enim à facultate visitandi arguere licet, ad destituendi autoritatem *per not.infra q.67.* 3

Quod dixi ordinarios auctoritate delegata posse Moniales exemptas visitare, id restringi debet ad visitationem duntaxat clausuræ, à quibus sigillatim disquirí poterunt ea omnia, quæ clausuram concernunt, non verò alia quæ earum personas concernunt: illudque examen fieri non debebit intra monasterij septa, sed aut in colloquutorio, aut ad crates, vel fenestram, per quam porrigitur Monialibus Eucharistia, uti tota Italia observari mihi nuper scripsit Dominus protonotarius Ricardus Pauli Stravius S. Congregationis Illustriss. Cardinalium negotijs Episcoporum & Regularium propositorum à Secretis. 4

QVÆSTIO LIV.

Subditus ordinarij delinquens in loco exempto an ligetur statutis ordinarij.

SUMMARIUM.

1. *Effectus statuti non porrigitur extra territorium.*
2. *Locus exemptus & extra territorium aquiparantur.*
3. *Statutum non extenditur ad loca exempta.*
4. *Quando in jure duo aquiparantur dispositum in uno habet etiam locum in alio.*
6. *Intra diœcesim Episcopus potest facere statuta pœnalia.*
7. *Ius tertij allegari non potest.*
8. *Conclusio quæstionis cum distinctione.*
9. *Differentia statuti de ingresso aut ingrediente Monasterium.*

QUæstio hæc à plerisque vocatur in disputationem *Io. And. cap. ut animarum de const.in 6.Calder.cons.13.de foro compet.Fel.cap.fin.ubi Abb. eod.tit. Andr. Barba.cons.4.incip. scribitur primo col. 4. vol.1. Butrio cap. fin. charta pen. de consuet.Barth.& Alex.l.si convenerit §.si nuda, ff.de pig. act. Sayrus in Thesauro Theologiæ moralis part.1.lib.1.cap.7.num.9.& 10.* ac in primis pro negativa adfertur quod effectus statuti non extendatur extra territorium statuentis 5 sicut nec sententia *l. cum unus §.16.qui ff.de bonis autor.iud.poss.l.relegatorum ff. de interdict.* Locus autem exemptus non censetur esse de territorio seu de diœcesi Episcopi *cap. luminoso 18. quæst.2.Clem.Archiepiscopo de privileg.tex.cap grave ubi Abb. & Fel.de offic. ord.* imo com- 1 2

comparari solet loco extra territorium *Card. d. Clem. Archiepiscopo §. simili in fine Ang. cons.337. Anton. de Rosellis tract. de indulgent. nu.323. Io. And Clem.1. ubi glo. verb. quia nomine de foro compet.* adeò ut statutum extendi non possit ad loca exempta

3 vel personas exemptas, quippe quod inter se æquiparentur *Socyn. cons.74. col.4. vol.3. de reg. in 6. & d cap. grave.*

4 Quando autem duo à jure æquiparantur, dispositum in uno, habere etiam debet locum in alio *glo cap. si postquam de elect. in 6. late Navar. cap. pœnanum 6. 13. 14. de pœnit. dist. 1. Troilus Maluetius tract. de oblat. imagin. sactis par. 4 num. 4. dixi supra lib. 1.*

5 *cap 45. num. 7.* Præterea statuere est jurisdictionis contentiosæ *l. 1. ubi DD. ff de jurisd om. iud. l. omnes populi ff. de iust. & iure* quam Episcopus explicare non potest in loco exempto *cap. cum Episcopus de offic. ord. in 6. cap. ut animarum de const. in 6. not. sup. prælib. 2 cap. 1* non secus quam judicialem suam sententiam, legis enim & hominis sententia æquipollent *l. servus hac lege ff de manum.*

6 Pro affirmativa autem militat Dominicus & sequaces *c. 1. §. fin. de stat. regular. Feder. cons. 2. & 99.* Ratio, quia Episcopus pœnalia statuta facere contra suam diœcesim potest *cap. si quis de maior. & obed. cap. cum contingat de foro compet.* quin autem locus exemptus sit in diœcesi, licet non sit de diœcesi, nemo unquam negavit *d. cap. grave d cap. cum Episcopus.*

7 Deinde, si subditus qui in alieno territorio deliquit, exemptionem allegaret, ius tertij allegaret, quod non permittitur *l. cum servum C. de servis fugit Compost. c. mandatum de rescript. Barth. l. qui cum hærede ff. de execut. rer. iudicat. late Sazius in l. qui ill*

8 *num. 8 9. 10. explicatur clare quando liceat. allegare ius tertij ff. de except. rei iudicat.* Pro concordia videtur cum Petro de Ancharano utraque opinio conciliari posse distinctiuncula *in cap. postulasti quæst. 4. de foro compet. ubi latè* nempè, quod aut prælatus exemptus habet jurisdictionem quasi Episcopalem in loco exempto, & tunc vera est opinio negativa Joannis Andreæ & sequacium, aut non habet ibi talem jurisdictionem, & tunc procedit opinio affirmativa Federici. Vel succinctius dicendum, attendenda esse verba statuti quæ si v. g. dixerint quod euntes ad monasteria monialium luent certam pœnam, erit locus opinioni affirmativæ, quia delictum, nempe actos eundi ad locum vetitum committitur in diœcesi, si vero statutum afficeret actum gestum in ipso loco exempto, illud non ligaret subditum *Barthol. & Bald. l. fin. C. de pact. Petr. de Anchar. rep. c Canonum statuta quæst. 11 de constit.*

9 Simile adfertur, si statuto disponatur quod monasterium ingressus non succedat, non valebit, ut pote dispositiones de persona exempta & dicata Deo, si autem disponeret quod ingrediens monasterium non succedat, subsisteret, quia eo casu non disponit de clerico, sed de laico ingrediente *Bald. l. Deo nobis circa finem C. de Episc. & cler. arg. l. Stichus servus meus ff de manum testa Innoc. cap. præterea requisisti de testam. l. Arethusa ff. de statu nom. Mathos sing. 145. Barth. cons. 37.* Quæ distinctio

con-

congruit doctrinæ Gregorij Sayrij *d.lib.1.cap.6.nu.39.40.41.42 & seq.& ca.7.nu.10* apud quem hæc plurifariam vario exemptorum genere explicantur.

QVÆSTIO LV.

Locus exemptus sitne in diœcesi vel de diœcesi.

SUMMARIUM.

1. *Differentia inter particulas* in *&* de.
2. *Locus exemptus est in diœcesi sed non de diœcesi.*
3. *Quid si concedatur Episcopo privilegium de præcipiendis fructibus beneficiorum primi anni vacaturorum in sua diœcesi.*
4. *In generali sermone non comprehenduntur beneficia exempta.*

HAc de re variæ sunt ortæ disceptationes propter differentiam quam Doctores videntur constituisse inter particulas *in* & *de*, *Latißime Felin, ca. grave ubi* 1 *DD.de offic.ord. Feder. de senis latè cons. 2. per tot, Cosmas Guimier. in pragmat. tit.de annatis §. item quod ratione vers. in diœcesi glo.in Clem. 1. verbi aut earum de foro compet. Milu in repert.verb.diœcesis Bald.cons 426.par. 1. Collectareus ca. si proponente de rescript. Abb.c. Apostolica not.3.de donat.Caster cons. 187. vol.2.Ang.cons.133. Iason.l. extraterritorium num.5.ff. de iurisd.om.iud.*

Paucis, generalis sermo diœcesis adjecta particula In comprehendit quicquid est 2 inter illius fines, ita quod nullus locus excipitur *Bald.d.cons 420.* idque suadet communis loquendi usus *arg ca, ex literis de sponsalib.* nam communiter dici non potest nullius esse diœcesis *cap, nulla dist 93.* Quod verò locus exemptus non sit de diœcesi, plurimi voluerunt, ut est videre apud Felinum *d.c.i.grave & notavi supra lib.4.q.29.* Undeinferunt doctores quod concesso privilegio Episcopo de percipiendis fructibus primi anni beneficiorum vacaturorum in sua diœcesi, comprehendentur 3 beneficia spectantia ad exemptos, modo tamen beneficia non sint exempta *Archid. ca.si propter tua debita de rescript.in 6 Rot.dec.269.in antiq.* In generali enim sermone non comprehenduntur beneficia exempta *Bald.l. 1.col.pen. C.de furt.arg l.legato* 4 *rum §.qui plures ff de leg. 2.Castr.cons.187 vol 2.Guimier loco allegato.Io de Selua.de beneficio par.11.quæst.3.n.21.tex ca.quamvis de præbend.in 6.* de cujus veritate videri poterunt quæ supra notavimus *lib.1.cap.5 num 4.20.21.22.& seq.*

QVÆSTIO LVI.

Regulares exempti an possint in Confessione absolvere in casibus quos specialiter Episcopus sibi reservavit.

NOn posse, urget hæc ratio, quod Papa concedendo potestatem audiendi confessiones, & absolvendi subditos Episcoporum, non dederit eis ampliorem facultatem, quam Curatis *tex.Clem.dudum §. statuimus de sepultur.*

Unde cum Episcopus specifica reservatione possit detrahere de ordinaria potestate

state curatorum *cap. si Episcopus de pœnit. lib. 6. ubi* DD. *& glo. verb. reservamus*, dicendum est, quod ejusmodi reservatio afficiat etiam & liget manus ejusmodi exemptorum, idque nisi habeant alia propria atque uberiora privilegia iuxta glossam solemnem *d. Clem. dudum §. per huiusmodi in verb. concessa ubi latè*. Cujus tamen uberiorem discussionem reservo in alium locum *infra eod. lib. qu. 76*. Quid autem in hac materia invaluerit in Italia constabit tam ex declaratione S. Congregationis Illustriss. Cardinalium negotiis Episcoporum & Regularium præpositorum edita anno 1601. Ianuarij die 9. & 1602. Novembris 26 quam ex constitutione Pauli V. de anno 1617. Ianuarij 7. quorum constitutionum mihi nuper communicaturam à Reverendo Domino protonotario Apostolico Ricardo Pauli Stravio eiusdem S. Congregationis Secretario tenor sequitur.

DECRETA ET DECLARATIO
Super absolutione à censuris, seu à casibus reservatis.

EDitum fuit aliàs à Sacra Congregatione S. R. E. Cardinalium, negotijs & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, Decretum super absolutione à casibus reservatis eius, qui sequitur tenoris.

Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum & Regularium præposita, justis & gravibus causis id exigentibus, ac de Sanctissimi D. N. CLEMENTIS PP. VIII. speciali mandato, vivæ vocis oraculo desuper habito, Sacerdotibus omnibus tam sæcularibus, quàm Regularibus per universam Italiam extra Vrbem degentibus, ad confessiones audiendas probatis quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, Militarium, aut Congregationum, etiam Societatis IESU, & generaliter quarumcunque aliarū, quovis nomine nuncupentur, jubet, & præcipit, ne quis eorum sub prætextu privilegiorum, indultorū, aut facultatum generaliter, vel specificè scripto, aut vivæ vocis oraculo, vel per communicationē à Sede Apostolica, vel ejus auctoritate eorū Ordinibus, Cōgregationibus, Collegijs vel Societatibus, aut Archicōfraternitatibus sæcularium, aut singularibus personis, seu alias quomodocūq; sub quibusvis tenoribus, formis, & clausulis etiam derogatoriarum derogatorijs, ad cujusvis etiā Imperatoris, Regum, aut aliorum Principum instantiam concessarū, seu confirmatarum, alicujusvis status, gradus, aut conditionis, aut dignitatis, tam Ecclesiasticæ, quàm sæcularis, etiā Regiæ, vel Imperialis, ab ullo ex casibus claré, vel dubiè in Bulla die Cœnæ Domini legi solita, contentis, vel aliàs quomodocumq; Sedi Apostolicæ reservatis, aut in futurū per Sanctitatem suam, ejusve successores pro tempore, in eadem Bulla, vel aliter reservandis, necetiā à casibus, quos Ordinarij locorum hactenus reservarunt, vel in posterū sibi reservabūt nullo casu etiam necessitatis, vel impedimenti, nisi in mortis articulo, seu cum nova, & speciali Sanctitatis suæ, aut successorum suorum, vel Ordinariorum, quoad casus ab ipsis tantum reservatos, respectivè impetrata in scriptis licentia, Ordinarij locorum exhibenda, absolutionis beneficium de cætero impendere audeat, vel præsumat: sed cum opus fuerit, pœnitentes ad superiores, legitimosque iudices suos accedere consulant: sub pœna contrafacientibus tam Regularibus, quàm sæcularibus, excommunicationis, privationis officiorum, & dignitatum, aut beneficiorum, inhabilitatis item audiendi confessiones, & ad quæcumque officia in posterum obtinenda, ipso facto, absque ulla aliâ declaratione incurrenda: super quibus à nemine, nisi à Romano Pontifice habilitatio, dispensatione, aut absolutio, præterquam in mortis articulo, possit impartiri: Sanctitas enim sua (quateaus opus sit) facultates, & concessiones ipsas in hac parte uti cassas, & irritas haberi de cætero voluit, & vult non obstantibus quibuscunque.

Præ-

Præterea noverint pœnitentes, absolutionem, & quam obtinebunt contra hujusmodi prohibitionem, esse nullam, nulliusque roboris, & momenti.

Et ne locorum Ordinarij, quibus jus hoc reservandorum casuum competit, plurium quàm opus sit, reservatione, subditis, aut Confessarijs in animarum salute procuranda cooperatoribus sint onerosi, monentur omnes, ut paucos, eosq; tantum, quos ad Christianam disciplinam retinendam animarumq; sibi creditarum salutè, pro cuiusvis Diœcesis statu, & qualitate necessariò reservandos esse iudicaverint, reservent. In quorum fidem, &c. Dat. Romæ die 9. Ianuar. Anni M.DCI.

Cum autem dubia quædam ac difficultates circa ejusdem Decreti interpretationem atque observationem emersissent, eadem Congregatio, ne ullus deinceps obscuritati, scrupulo ambiguitativè locus relinquatur, & ut clarius appareat, in quibus casibus vigore ejusdem Decreti reservatis, intelligatur prohibita absolutio, speciali mandato ejusdem S. D. N. CLEMENTIS PP. VIII. similiter vivæ vocis oraculo super ea re habito ipsum Decretum ita moderatur, ac declarat, videlicet Sub ejusdem prohibitione illos tantum in posterum comprehendi casus, qui in Bulla die Cœnæ Domini legi consueta continentur. Ac præterea: Violationis immunitatis Ecclesiasticæ in tertiam Constitutionis fel. rec. Gregorij XIIII. quæ incipit: Cùm aliàs nonnulli, Violationis clausuræ Monialium ad malum finem, provocantium & pugnantium in duello juxta Decretum Sacri Concilij Tridentini, & Constitutionem se. re. Gregorij Papæ XIII. incipientem. Ad tollendum Injicientium violentas manus in clericos, iuxta Canonem: Si quis suadente, &c. xvij. q. 4. ac juris dispositionem. Simoniæ realis scienter contractæ, atque etiam confidentiæ beneficialis Item omnes casus, quos Ordinarij locorum sibi reservarunt, vel in posterum reservabunt. In quibus omnibus iam enumeratis casibus dumtaxat, & sublata etiam pœna inhabilitatis audiendi confessiones eadem Sacra Congregatio vult, & mandat, dictum decretum in sua firmitate & pristino robore permanere: Ac præterea declarat eos quidem Sacerdotes, tam sæculares, quàm Regulares, qui aliquo ex privilegijs, indultis, & facultatibus in suprà dicto Decreto expressis, suffulti fuerint, posse juxta eorum privilegia, indulta, & facultates, usu ante idem Decretum, receptas, & quæ sub aliis revocationibus non comprehenduntur, tantum, & non aliàs absolvere à casibus in præsenti declaratione non comprehensis, aliis verò Sacerdotibus hujusmodi privilegia non habentibus, nihil de novo concedi. Sed ne locorum ordinarij, ad quos casuum reservatio spectat, ea in re modum excedant, eadem Sacra Congregatio illos rursus magnopere admonendos censet, ut non passim, sed cum id videbitur communi bono expedire, atrociorum tantum, & graviorum criminum absolutionem sibi reservent, quorum reservatio ad Christianam disciplinam retinendam conferat in ædificationem, non autem in destructionem cedat, ne alioquin Sacramenti Pœnitentiæ Ministrorum coarctata potestate Sanctæ Matris Ecclesiæ piæ menti contrarius effectus subsequatur. Prohibet etiam, ne sibi superflue reservent casus in Bulla die Cœnæ domini legi consueta contentos, neque alios Sedi Apostolicæ specialiter reservatos, Facultatem verò & licentiam absolvendi à casibus reservatis, quam in scriptis tantum concedi permittebatur, etiam sola viva voce concedi posse declarat. Cæterum ne quis Sacerdotum sæcularium, aut Regularium, sub prætextu, quod per primo dictum decretum non fuerit sufficienter eorum specialibus privilegijs derogatum, eidem decreto, sic ut præfertur declarato, contravenire audeat, Sanctitas sua Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis omnibus, in favorum quorumcunque Ordinum seu institutorum Regularium, aut Sacerdotum tam sæcularium, quàm Regularium editis, nec non eorumdem Ordinum, seu institutorum, ac etiam Ecclesiarum, & Monasteriorũ, & aliorum sæcularium, seu regularium locorum quorumcunque etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate roboratis staturis & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis etiam Mari magno, seu Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis eisdem Ordinibus, seu institutis, ac etiam Ecclesiis, & Monasterijs, & sæcularibus, seu Regularibus locis, aut personis sub quibuscun

buscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatorijs, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus & alijs decretis etiam Motu proprio, ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet etiam per vias communicationis, seu extensionis concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus, & formis, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma servanda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro expressis habens, quoad ea, quæ præsentibus adversantur, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogat, cæterisque quibuscunque non obstantibus. Romæ die XXVI. Novemb 1602. Alex. Card. Floren. Epus Prænestin.

Hier. Aguchius Secret.

Aliud Decretum eiusdem Sacræ Congregationis de S. D. N.

PAVLI PP. V. mandato editum.

QUoniam sacra Congregatio Cardinalium negocijs Episcoporum, ac Regularium præpositorum, nuper accepit, quamplures Regulares tantum facultatis, seu privilegij ab Apostolica Sede sibi concessum profiteri, ut eam à casibus locorum Ordinarijs in eorum Diœcesibus reservatis, absque alia ipsorum Ordinariorum licentia pœnitentes absolvere minimè dubitent, nonnullosque alios in decreto prohibitionis absolutionis à casibus Sedi Apostolicæ, vel locorum Ordinarijs reservatis die 9. Ianuarij 1601. fel. recor. Clementis Papæ VIII. iussu edito, nec non in declaratione illius eodem Clemente Pontifice iubente die XXVI. Novembris 1601. promulgata, excommunicationes Sedi, vel Ordinatiis prædictis reservatas, minimè comprehendisse asserere, unde fit ut metus, quo homines à peccando coercentur, absolutionis facilitate excolescat. Ideò sacra eadem Congregatio, de Sanctissimi Domini nostri Pauli Papæ Quinti speciali mandato, vivæ vocis oraculo desuper habito, decretum huiusmodi: illiusque declarationem nec non censuras, & pœnas, in eisque contenta omnia, confirmanda, atque innovanda operæ pretium duxit, prout per præsentes confirmat, atque innovat, ab omnibusque sacerdotibus tam secularibus, quam regularibus quorumvis Ordinum etiam Mendicantium, Militarium Congregationum, aut cuiusvis alterius instituti, etiam necessariò exprimendi, quovis nomine nuncupentur, inviolabiliter observari, ac insuper ut nulli ex sacerdotibus prædictis, quibuscunque privilegiis, indultis, & facultatibus suffulti, ab excommunicationibus, vel à casibus eiusdem Ordinatis, vel Sedi Apostolicæ reservatis, tam ad forum contentiosum eorundem Ordinariorum deductis, quàm non deductis, præterquam in mortis articulo, absolvere audeant, vel præsumant, vel eorum aliquis audeat, vel præsumat, sub eisdem censuris, & pœnis eo ipso, & absque alia declaratione incurrendis, mandat, ac præcipit, Non obstantibus omnibus quæ idem Clemens VIII. in decreto, & declaratione huiusmodi voluit non obstare. Datum Romæ 7. Januarii Anni 1617.

Antonius Card. Saulius. *V. Theatinus Secret.*

Extat & Decretum infra scriptum Sacræ Congreg. super decreto Clementis VIII. quoad reservat casuum personar. religiosarum.

CUm à nonnullis Regularibus dubitaretur an in decreto fæl. rec. Clementis Papæ VIII. anno 1593. 26. Maii super qualitate casuum ab eorundem Regularium superioribus reservandorum edito censuræ etiam comprehenderentur, ita ut iisdem superioribus absque capituli generalis aut provincialis consensu, aliquibus peccatis in Decreto huiusmodi non contentis excommunicationem annectere, eiusdemque absolutionem sibi reservare liceat, Sacra Congreg. Cardinalium negociis Regularium præpositorum Illustriss. Bandino referente, censuras in supra d. Decreto comprehendi censuit, Romæ 7. Iulii 1617.

A. MAR. EPISC. HOSTIEN. CARD. GALLUS,

V. Thentin. Secret.

ALIA

ALIA S. D. N. GREGORII PAPÆ XV. CONSTITVTIO
De Exemptorum privilegijs circa animarum curam, & Sacramentorum administrationem Sanctimonialium Monasteria, & Prædicationem Verbi Dei.

GREGORIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI,
Ad perpetuam rei memoriam.

INscrutabili Dei providentia Universalis Ecclesiæ regimini, meritis licet imparibus, præsidentes, pastoralis nostræ solicitudinis partes esse dignoscimus, in eam curam præcipuè incumbere, ut à dignis, & probatis tantum sacerdotibus sanctè administrentur Ecclesiastica Sacramenta, atque ut virginum Deo sacratarum Monasteria diligentissimè custodiantur, & viri assumantur idonei ad prædicationis officium salubriter exequendum. Sanè Tridentinæ Synodi decretis providè cautum est, nullum Presbyterum, etiam regularem, posse Confessiones secularium, etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium habeat, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut alias idoneus judicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat. Nec non ut in Monasteriis, seu domibus virorum, seu mulierum, quib. imminet animarum cura personatū secularium, præter eas quæ sunt de illorum Monasteriorum, seu locorum familia personæ, tam regulares, quàm seculares, ejusmodi curam exercentes, subsint immediatè in ijs, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum administrationem pertinet, jurisdictioni, visitationi, & correctione Episcopi, in cujus Diœcesi sunt sita. Itemque ut Episcopi universi sub obtestatione Divini judicij, & interminatione maledictionis æternæ in omnibus Monasteriis sibi subjectis Ordinaria, in aliis verò Sedis Apostolicæ authoritate, clausarum sanctimonialium, ubi violata fuerit, diligenter restituí, & ubi ita violata est, conservari maximè procurent; inobedientes, atque contradictores per censuras Ecclesiasticas, aliasque pœnas, quacunque appellatione postposita, compescentes. Atq; ut regulares in Ecclesiis suorum Ordinum prædicare volentes, se coram Episcopis præsentare, & ab eis benedictionem petere teneantur. In Ecclesiis verò, quæ suorum Ordinum non sunt, nullo modo præiudicare possint sine Episcopi licentia: contradicente autē Episcopo, nulli etiā in suorum Ordinum Ecclesiis, prædicare præsumant. Verum, quia experientia compertum est, Ecclesiastici regiminis rationes postulare, ut decretis ejusmodi aliquid adjungatur: matura deliberatione nostra, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac generali ac perpetuò valitura Constitutione decernimus, statuimus, & declaramus, ut deinceps tam regulares, quàm sæculares quomodolibet exempti, sive animarum curam personarum sæcularium Monasteriis, seu domibus regularibus, aut quibusvis aliis Ecclesiis, vel beneficijs sive regularibus, sive secularib. incumbentem exerceant, sive alias Ecclesiastica Sacramenta, aut unū ex illis ministrent prævia Episcopi licentia, & approbatione; sive quo quomodo in dictæ curæ exercitio, aut in eorumdem Sacramentorum, vel alicujus ex illis administratione de facto absque ulla auctoritate se ingerant; in his, quæ ejusmodi curam, seu administrationem concernunt, omnimodæ jurisdictioni, visitationi & correctioni Diœcesani Episcopi, tanquam Sedis Apostolicæ delegati, plenè in omnibus subiiciantur. Ad hæc tam regulares, quam seculares huiusmodi nullis privilegiis, aut exemptionibus tueri se possint, quo minus, si deliquerint circa personas intra septa degentes, aut circa clausuram, vel circa bonorum administrationem Monasteriorum Monialium, etiam Regularibus subjectarum, ab Episcopo loci, similiter tanquam ad hoc Sedis Apostolicæ delegato, quoties, & quando opus fuerit puniri, & corrigi valeant. Confessores verò sive regulares, sive sæculares, quomodocumque exempti, tam Ordinarij quàm extraordinarij ad Confessiones Monialium, etiam regularibus subjectarum, audiendas nullatenus deputari valeant, nisi prius ab Episcopo Diœcesano idonei judicentur, & approbationem, quæ gratis concedatur, obtineant. Sed & Administrantes bona ad ejusmodi Monasteria Sanctimonialium, ut præfertur, etiam regularibus subjectarum, pertinentia, sive regulares existerint, sive sæculares, quomodolibet exempti, Episcopo loci, adhibitis etiam Superioribus regu-

regularibus, singulis annis rationes administrationis, gratis tamen exigendas, reddere teneatur, ad idque iuris remediis cogi, & compelli queant. Liceatque Episcopo, ex rationabili causa Superiores regulares admonere, ut ejusmodi Confessores, atque Administratores amoveant, ijsque Superioribus id facere detrectantibus, aut negligentibus, habeat Episcopus facultatem prædictos Confessores, & Administratores amovendi quoties, & quando opus esse judicaverit. Ac similiter possit Episcopus, una cum Superioribus regularibus, quarumcunque Abbatiarum, Prioratuum, Præfecturarum, vel Præpositarum eorumdem Monasteriorum, quocunque nomine appellentur, electionibus per se, vel per alium interesse, ac præsidere; absque ullatenus ipsorum Monasteriorum impensa. Ac demum habeat Episcopus tanquàm dictæ Sedis delegatus, authoritatem coercendi, ac puniendi quoscunque exemptos tam sæculares, quàm regulares, qui in alienis Ecclesiis, aut quæ suorum Ordinum non sunt, absque Episcopi licentia, & in Ecclesiis suis, aut suorum Ordinum non petita illius benedictione, aut ipso contradicente, prædicare præsumpserint. Ita ut Episcopi in suprascriptis casibus, & in præmissis omnibus, & singulis, aut circa ea quo quo modo delinquentes, quotcunque personas,

bitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostrorum Statuti, declarationis, decretorum, derogationis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei audentio temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ M.DC. XXII. Nonis Februarij, Pontificatus nostri Anno secundo.

V. Dat. Registrata in Secretaria Brevium S. de Vrsinis

QVÆSTIO LVII.

An liceat exemptis ædificare Hospitale in diœcesi Episcopi hac lege ne ei subjiciatur.

SUMMARIUM.

1. *Distinguendum est inter hospitale religiosum & prophanum & qualiter discernatur.*

PAucis respondendum distinctione loci religiosi & prophani, Religiosum hospitale iudicatur esse, si eidem præficiatur sacerdos: appendantur campanæ, erigatur altare, aliaque eiusmodi plurima fiant ex quibus signa & nota religiosæ domus colliguntur *latè Calderin. cons.* 1. & 4. *de relig. domib. Fel. cap. de quarta de præscript.* Illud nolente etiam fundatore cedet subjicieturque iurisdictioni Episcopi *Calder. d. loco ca. de Xenodochijs de religios. domib. dixi supra li.* 1. *q.* 36. *ubi probavimus* non enim fieri potest, quin leges in dispositione fundatoris vires obtineant *l. nemo potest ff. de leg.* 1. *c. requisisti de testam. vid. q.* 36. Si verò Hospitale sit merè sæculare, tum testatore nolente, Episcopo non subjicietur *Lapus alleg.* 42. *incip. quæritur de tribus glo. Clem. quia contingit. de relig. Dom. ubi* DD. *Fel. cap. cum inter col.* 2. *de rejud.* Id quod eleganter notavit Cardinalis *Cons.* 11. *incip. quædam societas pro Hospitali Sanctæ Mariæ de Cepopistorij* asserens, quod quando construitur oratorium mere sæculare, sine aliqua Ecclesiæ vel loci sacri figura, valet factum fundatorum quod Episcopo non subsit, qua de re per nos aliquid supra annotatum est *lib.* 1. *cap.* 31. *sub fidem & cap.* 36. Ratio est, quia eiusmodi locus est mere prophanus, ideoque à iurisdictione spirituali immunis, id quod à nobis probatum est supra *d. quæst.* 31. *num.* 5. *& seqq.* adjectis quibusdam limitationibus. 1

QVAESTIO LVIII.

Indulgentiæ quas Episcopi concedunt, an prodesse possint exemptis.

SUMMARIUM.

2. *Inferior Episcopo indulgentias concedere non potest.*
3. *Indulgentiæ sunt iurisdictionis Episcopalis.*
4. *Peregrinantes non gaudent indulgentiis alterius diœcesis.*
5. *Episcopalibus indulgentiis fruuntur exempti.*
6. *Inducta in favorem non convertuntur in odium.*
7. *Exempti certo respectu subjiciuntur ordinariis*

1 NEminem Episcopo inferiorem indulgentias posse concedere, communiter traditum est c. accedentibus de excess. prælat. c. nostro de pœnitent. Bellar. tract. de indulgent. lib. 1. c. 11. q. 3. Navar. tract. de indulg. ac jubileo notabili 31. per tot.

2 Sunt enim indulgentiæ jurisdictionis Episcopalis S. Thom. 4. dist. 10. q. 1. art. 4. q. 2. adeò ut non sine ratione videatur à plerisque dubitatum, an eas Episcopi exemptis concedere possint, cum enim ex parte concedentis requiratur authoritas & jurisdictio, videbatur non posse, ex quo jurisdictionis nihil in exemptos vendicent,

3 sed Pontifici immediatè subjiciantur, velut proprio ac immediato diœcesano Anton. de Rosellis tract. de indulgent. nu. 321. Paul. & Cardinal. in Clem. Archiepiscopo §. si autem n. 4. de privilegiis per cap. autoritate d. privileg. in 6. non secus quam in extraneis, qui si peregrinentur, alieni Episcopi indulgentiis sine proprij licentia non

4 fruuntur. Abb. cap. quod autem de pœnitent. Rosellii ubi supra Ludovic. Bolognin. tract. de indulgent. nu. 60. non est autem ignotum, quod hactenus frequenter attulimus, exemptos haberi instar extraneorum, locaque exempti parificari locis extra territorium cap. luminosi 18. q. 2. c. 1 de stat. reg. in 6. Rosellius ubi supra nu. 323. DD. ca. gravе de offic. ord. Nihilominus lubentius sequor autoritatem Navarri tract. de indul-

5 gentiis & Iubileo notabili 31. num. 12. vers. addo 7, in verb. exceptis 1, exemptis quicenset Episcopales indulgentias prodesse exemptis, eumque permulti alij sequuntur Bellar. tract. de indulgent. d. quæst. 3. vers. quare cum jam Ludovic. Bolognin. tract. de indulnumer. 63. & ante eos Plaudanus in 4 dist 20. quæst. 4 col. pen. artic. 3. concluſ. 1. qua de re vide Io. à Chokier tract. Erotem. Indulg. & jubilæi materiam concernen.

6 Ratio est, quia inducta in favorem exemptorum non debent converti in eorum læsionem, inductaque in augmentum non debent parere diminutionem l. quod favore C. de legib. cap. quod ob gratiam de reg. iur. in 6 l. legata inutiliter ff de leg. 1. Bolognin. d. num. 83. Nec est planè verum quod exempti in omnibus habeantur pro extraneis, siquidem ipsi certo modo subjiciuntur ordinariis ut breviter notavit Bellarminus d. quæst. 3. vers. quare cum tam Abbates ac nos alibi late idipsum variis in articulis deduximus sup. li. 2 quæst. 5. per tot. & notat post P. Andr. Gambarum tract. de officio leg. lib. 8. ut de potest. leg. in reg. atque exemptos num. 1. & seqq. Gonzalez ad reg. 8. Cancell. glo. 43. num. 190.

QVÆSTIO LIX.

Quid si in aliqua universitate aliqui sint exempti coram quo ea convenietur.

ARticulum hunc remissivè satis erit attingere, itaque, itaque videri poterit Apostilla ad Bartholum una cum autoritatibus ibidem allegatis in l. sicut nu. 1. in verb. conveniri in fine ff. quod cujusque universitatis & in l. cum senatus n. 4. ubi Apostilla videtur tenere quod universitas sit corpus factum, & proinde quod conveniri possit coram ordinario, ex quo tali casu non conveniuntur singuli ff. de rebus dubiis. qua de re fusius supra, ubi docuimus exemptis Canonicis non censeri capitulum exemptum, nec è contra lib. 1 quæst. 23.

QVÆ-

QVAESTIO LX.

Negligentia vel dictum Prælati exempti an præjudicet subditis.

1. *Confessio Prælati an noceat Ecclesiæ?*

DIstingui solet, an Prælatus sit solus, vel cum capitulo: item an sit negligentia implementi conditionis, vel modi, item de quæsitis, & quærendis ut articulatim patet ex ijs quæ doctores hoc in puncto latè notaverunt. *v. Fel. c. verum num. 6. & seq. ubi Abb. nu. 26. & seq. de foro compet. Abb. cap. Abbate nu. 19. cum add. de verb signif. Rom. cons. 184. Menoch. lib. 6. præsumpt. 4 n. 9. ubi dicit quod confessio Prælati de recepto Canone non nocet Ecclesiæ, nec prodest. emphiteutæ.* 1

QVAESTIO LXI.

Quid si in uno privilegio exemptionis fiat mentio alterius exemptionis, an ea debeat exhiberi.

INnocentius quæstionem hanc versat in utramque partem, ac satagit eam conciliare aliquot modis, sed tandem concludit pro exhibitione *v. in ea. Abbate nu 4. de verb. signif.* quod ipsum clare & distinctim discussum videbis apud Iasonem *Auth. si quis in aliquo num. 8. C. de edend.* & de hoc ipso quædam etiam supra insinuavimus *lib. 1. qu. 9. num. 20. & seq. & infra quæst. 70.*

QVÆSTIO LXII.

Quid importet clausula *alioqui in indignationē BB. Petri & Pauli se noverint incursuros*

1. *Importat comminationem privationis beneficiorum.*
2. *Quid importet clausula soubs nostre indignation.*
3. *Quid clausula, ipso facto.*
4. *Opusne sit sententia declaratoria.*

VIm hujus clausulæ quæ testè Laudensi *tract. de privilegijs qu. 18.* consuevit apponi in privilegiis Apostolicis plerique examinant. Et quidem Baldus *in §. porro, n. 6. qua fuit prima causa beneficij amittendi ubi Apostilla* putavit importare comminationem privationis beneficiorum, at vero Bartholomeus Bellencinus *tract. de subsidio charit. q 44. 1. per tot.* qui latè energiam hujus clausulæ discutit, ei non assentitur, sed existimat pœnam fore arbitrariam *Laud d. quæst. 18. adde Menoch. de arbitr. iudic casu 363 num. 5. cent 4.* Alia videtur esse ratio clausulæ Soubs nostre indignation in Principum diplomatibus usitatæ, ut notavit idem Bellencinus *n. 11. & seq.* de qua nihil attinet hic dicere. 1 2

Quid autem importet clausula, ipso facto, incurrat? Respondeo breviter, quod importet Canonem latæ sententiæ seu quod per contraventionem pœnæ ipso jure incurratur *Bald. l. iubemus 2. §. sane circa medium C. de sacros. Eccles. Card Clem. 1. q. 11. in fin de sequ. pos. & fruct. Fel. c. a. Rodolph ubi fusissime eiusmodi clausularum vim examinat n. 33. in fin. & 34. de rescript.* Licet autem clausula hæc & similes sint latæ sententiæ, 3 4

tentiæ, opusque ut judex antequã sit pœnæ locus, ferat sententiã declaratoriam commissi delicti, non ut puniat, sed tantum ut declaret contraventum seu delictum fuisse commissum, quemadmodum fuse docet & probat Fel. *in d. c. cum Rodulphus nume. 35. & seqq. idem in cap. 1. num 45. de constit.* qui clare etiam limitat, nisi delictum sit notorium tum non esse opus declaratione. *Fumus verb pœna.* id tamen non obtinere in censuris & aliis spiritualibus pœnis communiter traditum est, qui enim contra sententiam à Canone latam facit sine alia declaratione comminatas ipso iure censuras incurrit *v. Fumum d. verb. pœna, num. 1. sub med. Navarr. in Manuali cap. 24. numer. 67.* Quia Pontifex tunc velle censetur ut pars contra seipsam sit executrix *Navarr. d. n. 67. latissime Gregor. Sayrus in Thesauro Theolog. moralis par. 1. lib. 1. cap. 11. per tot. ubi tradit formas quibus cognoscatur an sint latæ sententiæ, an ferendæ.*

QVAESTIO LXIII. Quæ sit vis clausulæ irritantis.

SUMMARIUM.

1. *Vsurpata à Principe afficit ignorantes,*
2. *Est penetrabilior omni gladio:*
3. *Ex rescripto jus non quæritur ante præsentationem,*
4. *Quid de clausula irritante usurpata à legato.*

DE clausula hac irritante decernimus irritum & inane, &c. varij varia scripserũt *Fel cap. cæterum n. 19. de rescr. Card. Clem. 1. num. 3. cum Apost. de elect. Clem. n. 6. & 7. de conces. præb. Rebuff. ad const. reg. tit. de evocat. in præfat. quæst. 4. num 22. late Gondisl. tract. de legato, quæst. 9. num. 63. & seqq. Aen. de Falcon. tract. de reservat. benef. quæst. 4. princip. num. 3. & seqq. dixi aliquid supra lib. 3. qu. 12. in fine.*

1 Paucis, usurpata à Principe sive Pontifice afficit non modo scientes sed & ignorantes, ita quod in contrarium gesta sint ipso iure nulla *Fel d. cap. Cæterum Rebuff. ubi supra Vant. de nullit sent. tit. quot & quib. mod. nullitas proponi possit numer. 48. & seq. Menoch. de arbitr. iudic. casu 185. num. 24.*

2 Ac ut refert Navarrus ex Sarnensi decretum irritans est penetrabilius omni gladio ancipiti omnia interiora & occultissima afficiens & astringens, est tam malignantis naturæ quod quicquid invenit destruit, & in oppositum ducit *Navarr. in comment. de spoliis clericor. §. 14. nu. 2. tom. 1.*

3 Qua in materia videri etiam poterit alio in loco idem Navarr. *cons. 6 num. 1. de Renunt par. 1.* tradens rescripta vires non sortiri, jurisdictionemque ex eis non acquirante illorum præsentationem *Rot. dec. 1. de conces. præb. in novis cap. super eo 2. de appellat. late Flamminius de resignat beneficiorum par. 1. lib. 7. quæst. 21. num. 16.*

4 In legato aut inferiore à Principe maxima est difficultas, quod enim scientes li-

ger

get omnes conveniunt, at vero an ignorantes in eo omnes valde dissentiunt, ut patet ex Gondislao de Villadiego. Aenea de falconibus, & aliis hic allegatis Paucis Quintilianus Mandosius late censuit & probavit *tract. de inhibitionib. quæst. 36.* solius Papæ aut Principis decretum afficere ignorantes, quod tamen limitat ne quidem ignorantes liget aut afficiat respectu pœnæ *cap. beneficia ubi Anchor. n. 2. not. de prabend. in 6 glo. Clem. nolentes vers. eo tunc de hæretic. Io. Andr. cap. tibi qui circa fin. ubi Gem. col. ult. vers. vel dic. n. 18. de rescr. in 6. Anto. de Butr. cap. cognoscentes col. 4 fall. 2. ubi Imol & Fel. col. 9. limit. 4. de constit Mandos. de Monitoriis quæst. 60. n. 47.* Quæ de re videri etiam poterit Gregorius Sayrus in Thesauro Theolog. moralis *par 1. lib. 1. cap. 18. per tot.* ubi tractat de variis effectibus ignorantiæ & causis quæ excusant ab excommunicatione ad quem compendii gratia recurri poterit: ac etiam Gonsalez ad Reg. VIII. Cancellariæ Apostolicæ.

QVAESTIO LXIV.

Executores Apostolici an procedere possint contra exemptos.

SUMMARIUM.

1. *Non procedunt contra exemptos nisi exemptionis facta mentione.*
2. *Executores non tenetur exequi nisi Bulla executionis contineat tenorem sententiæ.*

QUæstio hæc proponitur à Cardinali *in Clem. dudum* §. *nos etenim num. 4. de sepult.* vbi videtur inclinare in affirmativam, ex quo ejusmodi executores gerant vices Papæ, cui exempti subjiciuntur, alijs tamen ibidem magis placet opinio Laudensis qua de re nonnihil supra *eod. lib. quæst. 33.* Diximus enim hactenus variis in locis exemptos nemini alteri subjici quam sanctæ Sedi; aut ejus legato à latere, nisi tamen Pontificiæ delegationis aliud importent, id enim totum pendet à facultate legatorum *per cap. si Abbate* §. *fin. de elect. in 6. dixi late supra lib. 2. quæst. 2.* adeo quod commissiones & rescripta non facta mentione exemptionis stylo Rom. Curiæ non subsistant, qua de re abunde satis diximus supra *lib. 2. c. 3. per tot. signanter n. 8. 9. 10 11. 12.* 1

Illud autem obiter hoc loci dictum sit, quod executores non tenentur ad executiones procedere, nisi Bulla executionis contineat totum tenorem sententiæ exequendæ, licet enim sententiæ faciat mentionem, eidem tamen credendum non est, nisi aut sententia reproducatur, aut tenor sententiæ rescripto executorio inseratur, qua de re Romanus & DD. *Rom. cons. 336. incip. circa propositam consultationem in qua primo quæritur nunquid dictus executor. Iason. Auth. si quis in alioquo n. 8. C. de edendo.* 2

QVÆSTIO LXV.

Confugientes ad loca exempta an immunitate gaudeant ita ut extrahi non possint.

SUMMARIUM.

1. *Nomine loci sacri quid significetur.*
2. *Immunitate gaudere possunt Christiani, servi, excommunicati suspensi, effractores sacri tegi, exules, blasphemie.*
3. *Quid si extra Ecclesiam captus per eam ducatur.*
4. *Hæretici non gaudent Enorme crimen committentes excommunicati secundum quosdam 7. Qui delinquit spe immunitatis 8. Qui existens in Ecclesia alium extra Ecclesiam cœdit, Idem sponte egressus.*
5. *Enorme crimen quale.*
6. *Quid si is quem insequor ad Ecclesiam confugiat.*
9. *Sortilegi & venefici an in loco exempto capi possint.*
10. *Cujus sit judicari num quis exemptione gaudere debeat laici vel Ecclesiastici iudicis.*
11. *Extrahens non liberatur quamdiu extractum non restituit suo iudici.*
12. *Violenter extractus & Ecclesia unde quis extractus est agere possunt de spolio.*
13. *Bulla Gregorianæ.*

1 IMprimis immunitatem Ecclesiasticam deinde exemptionem Canonicam paucis attingamus.

Dico itaque primo, nomine loci sacri hac in materia intelligi Ecclesiam, Capellam, Basilicam Cœmitorium, Sacellum, aut quodvis Hospitale Episcopi autoritate constructum *late Remigius à Sogni tract. de immunitate Ecclesiarum Card. cons. 11. Abb. cap. penult. col. 2. de immunit. Ecclesiarum Navar. in Manuali cap. 25. num. 17.* Item cœmiterium sive adhæreat sive separatum sit ab Ecclesia *cap. quisquis 17 qu. 4.* dormitorium Clericorum aut Religiosorum *arg. ca. cum pro causa de sentent. excommunicat.* Ianua, & porticus Ecclesiæ aut cœmiterio annexa *cap. si quis contumax 17. q. 4. Abb. c. penult. de immunit. Eccles.* Palatium seu domus Episcopalis, licet sit ab Ecclesia separata *cap. id constituimus 17. quæst. 4. Innoc. & DD. cap. cum inter de immunit. Eccles. Card. Clem. 1. de pœnit. ut remiss. Io. Vischis tract. de immunit. Eccles. num. 51. Rebuff. de privileg. Scholar. privilegio 102. n. 2.* intra tamen 40 passus ab Ecclesia ædificatum *P. Piasecius in praxi Episcop. par. 2. cap. 4. de immunit. Eccles. Covarruu. 2, Var. cap 20. num 4.* Domus Ecclesiæ ad habitationem clericorum intra 30. aut 40. passus constructæ alias non nisi alicui capellæ annexæ essent *d. ca. quisquis ubi DD.* Spatium item 40. passuum in circuitu Ecclesiæ maioris & 30. in circuitu Ecclesiarum minorum

minorum *cap. sicut antiquitus cap. quisquis 7. quæst. 4. Oldra. cons. 35. Fel in d. cap. cum pro causa de sent. excom.* præterea claustrum & pavimentum licet spatium plus quam 30. passus contineat *Remigius d. tract. ampliat. 5. usque ad 15. Rebuff. ad ord. reg. tom. 2. tract. de immunit. Eccles. glos. 1. n. 8. part. 1.* Presbyter deferens sacram Eucharistiam *Host. & DD. cap. sane de celebr. missar. ubi* DD Cardinales *Remigius ubi supra ampl. 18. & 21. Barbatia de Cardinalium præstantia par 1. quæst. 6.* Imperatores, Reges, Principes, eorumq; palatia *Remigius ubi supra Navarr. d. cap. 25. n. 18.* Licet Navarrus asserat Ecclesias Romæ hac immunitate non gaudere sed bene domos Cardinalium cum certo ambitu. *Peck. de iure sistendi ca. 6.*

Dico secundo, hac immunitate gaudere omnes Christianos sive ex delicto sive ex debito confugiant. DD. *cap. inter alia de immunit. Eccles. Remigius & Io. de Vischis in d. tract. Rebuff. ubi supra n. 13.* 2

Item servi sævitiam Dominorum timentes, qui non sunt aliter Dominis restituendi quam præhita cautione iuratoria de non sæviendo DD. *d. ca. inter alia.*

Præterea excommunicati, suspensi, interdicti, *Imol. & DD. Clem. 1. de pœnit. & remiss. dixi supra lib. 3. quæst. 32.* licet contra censuerit Guymer ad pragmat. sanctionem *tit. de interdictis indifferenter non ponend. statuit in glo. verb. inde.*

Effractores carcerum, *Auffer. ad Capell. Tholos. quæst. 422. Boer. dec. 100.* est q; communis contra Archidiaconum *in ca. sicut. 1. 17. q. 4.*

Percutiens, aut occidens clericum, & omnis sacrilegus, dummodo delictum in Ecclesia non committatur, licet contra censuerit *Remigius d. tract fall. 32. & seq. 34. Navarr. d. c. 25 n. 19. vers. tertiam.*

De capto extra Ecclesiam, qui per Ecclesiam ducitur gaudere affirmavit Navarrus *d. n. 19. Remig. ubi supra fall. 31.* Idque etiamsi iam damnatus ad supplicium duceretur. At vero non gaudere censuerunt alij *Marsil. in pract. crim. §. ulterius n. 4. Archid. cap. sicut 17. quæst 4. vide Præsidem loco à virtute finis post med. Io. de Vischis ubi supra num. 52. Capolla l. quis sit fugitivus §. idem celsus num 15. ff. de edilitio edicto fol. 69.* 3

Exules, banniti, obligati ad ratiocinia decoctores, transfugi, modo tamen non commiserint in Ecclesia crimen aliquod reservatum seu exceptum, ita tenet Navarrus contra Remigium & sequaces *d. n. 18. in fine.*

Iudæi, Pagani, infideles, & hæretici confugentes ad Ecclesiam ut fideles & Catholici efficiantur *Boer d. dec. 100. d. 1. cum glo. C. de his qui ad Eccles. confug. Navar ubi supra n. 20. Anania c. Iudæi 1. n. 4. de Iudæis* Blasphemum gaudere immunitate censuit Navarrus *d. n. 20.* at vero Boer. *d. dec. 100. & Remigius ubi supra* è contra, pro concilatione distingui potest inter Blasphemiam simplicem & blasphemiam hæreticalem *Docte Ignatius Lopes in pract. crim 11. de blasphemia* simplex Blasphemus quatenus talis non censetur hæreticus at vero super Blasphemiam committatur hæresis seu si ver-

si verba inferant hæresim immunitate non gaudebit non qua parte blasphemat est sed qua parte hæreticus præsumitur, idq; est de mente Navarri d.n. 20. ad cuius explicationem confert doctrina insignis Ignatii Lopes jam citati Rebuff. dicto loco n.22. Boer. decis 110. Religiosi disciplinæ causa extrahi possunt Reb. n. 24. Apostata à religione gaudat, à fide neutiquam Reb. d.n. 24.

4 Dico tertio, infideles & hæreticos hac immunitate non gaudere Navarr. d. n. 20. & d.l.1. Rebuff. d.n. 22. Anania cap. Iudæi 1.n. 4 de Iudæis.

Item committentes enorme crimen cap. 1. de homic. in 6. in verb. toto Christiano populo diffidatus d. cap. inter alia cap fœlicis §. penult. de pœnis in 6. facit tex. l. 3. §. transfugus verb. ubicunque ff. de Sicarijs latius Marsil. l unica n. 100. C. de raptu virginum.

5 Multa enim ratione enormitatis criminis singulariter sunt inducta, nempe judicem pati non debere aliquem advocare seu patrocinari pro furibus insignibus seu criminibus enormibus Rom l. si vero §. de viro fall. 46. ff. solut. matr. Paris de Syndicatu charta 31. col. 1. vers. & ideo dico asssßinus à quacunque offendi potest per d. c. a. 1. de homicid. in 6. Marsil. d.n. 100. Apost. ad 10. de Ananiæ in c. si adversus n. 4. in verb. advocationis de hæreticis, & procedi posse de facto juris ordine non servato Barth. l. non solum §. si mandato ff. de injurijs Paris de Syndic. charta 51. col. 2 circa finem Marsil. ubi supra Gaill. de pace public. lib. 2 cap. 3. num. 16 & seqq. Qualiter autem enorme crimen & maius à minori discernatur, late tradit Farinaceus in pract. Crim. li. 1. cit. 3. q. 18. per tot. Paucis, ex qualitate pœnæ discernetur majus delictum à minori, quia pœnæ commensurati debent delictis, ex mensura enim cognoscitur mensuratum Barbatia cons. 48. incip. præclare scribitur primo regum par. 2. Autor incertus tract. 10 fal. 25. Ludovic. Montallus tract. de reprobat. sentent. Pilati art. 4. n. 14. vol. tract. 8. glo l. 1. C. si adversus delict. & l. auxilium § in delictis ff. de Minoribus ubi dicit crimina alia esse atrociora atrocißima levia vide Gaill. referentem atrocia crimina per varia exempla, lib. 1. de pace publ cap. 14. n. 20. & seq. Menoch. de arbitrarijs iudic. casu 266. per tot latißime Farinaceus in pract. criminali lib. 1. tit. 3. qu. 18. per tot.

Sub qua specie statuimus publicos latrones, viarum grassatores, qui itinera frequentata vel publicas stratas obsident, ac viatores ex insidiis aggrediuntur, depopulatores agrorum, assassini, rei læsæ majestatis divinæ, aut humanæ sunt verba Bullæ Gregorij 14. æditæ hac de re anno 1591 nono Kal. Junij anno ejus primo Navarr. d.n. 20. Remig. fall. 11. d. cap. cum inter d. cap. fin. de immunit. Eccles. 10. Vischius d. tract. n. 16. Reb. ubi supra n. 14. & seq secus vero si ex insidijs tantum vulnus inferretur Reb ibid. n. 15 dum d sceptatur extrahi poterit? vide 10. Vischius ubi supra d. n. 22.

Neque immunitate gaudet qui in Ecclesia delinquit d. cap. fin. de immunit. Eccles. cap. frater cap. Ad Episcopos 17. quæst. 4 Remig. ubi supra Ludovic. Montall. tract. de reprobat. sentent. Pilati dubio 1. n. 40. frustra enim legis auxilium invocat, qui in legem com-

committit *l. auxilium ff. de minorib. cap. quia de usuris.* Neque refert an delinquat cum spe immunitatis, an sine illa *Abb. d. cap. fin Abb. d. n. 20. & 22.* quod quamvis sit contra communem in Theoria sententiam, quia teste Ovidio 2. de Ponto.

Convolat interdum templi violator ad aram.
Nec petere offensi numinis horret opem:

Est tamen in praxi receptum, teste Aufrerio ad Capell. Tholos. *qu. 422. Navar. ubi supra*, Item excommunicati & Banniti secundum quosdam *Rebuff. ubi supra n. 24. Cosmas in prag. sanct. tit. de interdict. indifferent. non pon. § statuit, in glo. verb. inde.* Quid autem in exemptione Canonica *vide supra lib. 3. q. 32 per tot.*

Sed dubium est, an qui à justitiæ ministris fugatus ad Ecclesiam confugit possit 6
si eum prosequantur extrahi? Posse censuit Cynus *Authent. si quis ei C. de adulter.* dicens si quis deliquerit extra Ecclesiam, & officiali eum prosequente confugiat ad Ecclesiam, quod extrahi poterit *per Auth. de mand. princip. §. sed neque Alex. cons. 24. col. 10. vol. 2. Ferrar. in pract. form. inquisitio verb. hæc est quædam inquisitio col. 7. vers. ex hu potest late Nellus tract. de Bannitis 2. parte 2. temporis quæst. 29. Marsilis in practica criminali § ulterius n 4. Archid. cap. antiquitas 17. quæst 4. Præses loco à virtute finis 10. Vischis d. tract n. 52.* Quia in delictis attendi dicitur initium & non finis *Marsil d. l. unican. 112. Navar. in manuali. cap. 25. n. 19. ibi late.* Hinc licet pro debito civili capi quis non possit in domo, si tamen repertus fuerit per officialem extra domum & asufugerit in domum extrahi poterit *Marsil. ubi supra n 113. & sing. 225.* Licereque captivum ad sunt carceres ducere per jurisdictionem alterius aresto franciæ definitum refert Ioannes Gallus *ad arrest parlam. quæst. 224.* & confirmat hoc ipsum ibidem glossa Molinei. Verum in præmissa specie non posse voluit *Chassaneus ad cons. Bur. Rub. 1. des iustices § 5. n. 14. Farinacin prac. crim. part. 1. quæst. 28.* Navarrus *d. n. 19.* in hæc verba: Et qui comprehensus per locum sacrum ducitur etiamsi iam damnatus ad supplicium ducatur quia jam est intra eam receptus & à fortiori qui à justiæ ministris fugiens in eam est ingressus *Remig. fall. 31. Capell. Tholos. quæst. 422.* Referto Navarrus hanc communem esse sententiam uti & Boerius *dec. 100.* ac Farinaceus *par. 1. quæst. 28. n. 41.* quamvis Ioannes Wamesius præceptor quondam meus *cons. 516. de immunit. Eccles. tom. 2.* post longam disputationem quæstionem hanc reddat dubiam & perplexam, suadeatq; eam amica transactione sopiendam.

Præterea, immunitate non gaudet secundum quosdam qui prope Ecclesiam de- 7
linquit animo ad eam confugiendi *Abb. d. c. fin. Navarr. ubi supra n. 22. vide Alciatum veg. 3. præs. 33. ubi dicit id non præsumi Rebuff. n. 20.* affectans enim privilegium privilegio gaudere non potest quemadmodum multis exemplis infra docuimus *li. 4. quæst. 71. per tot ubi late.* Quod an verum sit videatur infra *d. q 71. in fine.*

Item qui animo occidendi aliquem percutit *d. cap. 1. de homicid. Navarr. ubi supra num. 21.*

8 Nec qui ex ipsa Ecclesia alterum extra Ecclesiam existentem percutit, aut è contra, tunc enim delictum videtur in Ecclesia *Abb. d. cap fin. Navar. d. n. 21.* Neque qui existens intra Ecclesiam iussit extra Ecclesiam delictum fieri quoad delictum quod jubendo committit quia in Ecclesia patratum fuit quamvis sic quoad delictum patratum ex jussu suo *Remig. ubi supra Navarrus d. n. 21.*

Neque qui eum extraxit per vim qui in Ecclesia erat saltem per vestes extrahendo, quia in Ecclesia delinquit, neque etiam qui extrahi eum iussit quo ad delictum in hoc commisit quamvis sic quoad delictum quod inferiendo aut percutiendo post eum extractum committeret *Remig. ubi supra à fol. 4. usque ad fol. 11 Navarr. d. n. 21.* quia hoc extra, illud vero intra Ecclesiam commissum censetur.

Sed nec qui sponte egreditur gaudet immunitate *Host. & DD. d. cap fin. Navarr. d. n. 21. in fine & 22.* etiamsi blanditiis educatur *Navarr. d. n. 2. in fin. c. uxor fœlicis 16. quæst 4. Navarr. d. n. 21. in fine.*

Neque qui ex ipsa Ecclesia se injuste defendens pugnat, quia intra Ecclesiam delinquit Neque qui comburit aut dejicit Ecclesiam, quia is etiam in ea delinquit *d. fin. Navar. d. n. 22. in fine* quicquid dicant relati (inquit Navar.) à Remigio in d. tract. Neque personæ Ecclesiasticæ iuxta Abbatem usu receptum *in d. cap fin. Navar. d. n. 21. & 22.* Quod videtur limitandum quoad judicem Ecclesiasticum non autem quoad judicem sæcularem, quem arbitror non posse extrahere ab Ecclesia clericum in minoribus constitutum etiam ob delictum licet quoad illud Concil. Trid. *sess 23. c. 6.* habeat in eù jurisdictionem ita Navar. Item immunitate non gaudet frangens salvagardiam Armatus confugiens ad Ecclesiam, fur cum re furtiva ad Ecclesiam confugiens, sacrilegi adulteri iure civili, non autem iure Canonico, decoctores seu falliti secundum quosdam, de quibus videatur *Reb. n. 17. & seqq. passim.*

9 Quibus summatim præmissis (uberior enim cognitio hauriri poterit ex d. Remigio de Sogni & Io. de Vischis) Transeo ad Gregorianam Bullam præscribentem formam extrahendi confugientem ad loca sacra aut exempta, quam ad longum subnectam, ubi pauca hæc recensuero ex P. Martino Delrio, qui in disquisitionibus magicis non multum ab re nostra sic loquitur *lib 5. sect. 7.*

Capi sortiarios seu maleficos etiam in Ecclesia posse puto ex multiplici capite, „ tum quia crimen est atrocissimum, tum quia sacrilegi, blasphemi, homicidæ, deli„ berati & proditorii hæretici, apostatæ, nam nullis istorum suffragatur immunitas „ loci sacri ne ibi quidem ubi viget, late Farinaceus q. 28. & in casu quo non valet im„ munitas volunt multi & etiam non requisito Episcopo reum extrahi per judicem „ sæcularem posse, alij tamen volunt ab Episcopo veniam peti, prior opinio de iure „ verior & receptior erat ante Bullam Greg. 14. optimi, laudatissimi Pontificis, qua „ expresse cautum ne liceat sæcularibus judicibus sine Episcopi licentia aliquem ex „ Ecclesia extrahere, etiam in casu alias permisso, nisi si forte Episcopus talem licentiam

tiam dare recusaverit & tunc reos sic extractos debere ad carceres Ecclesiasticos conduci, ut illic detineantur donec per Episcopum vel ab eo deputatum cognitum fuerit an crimen sit tale, ut gaudere non debeant immunitate Ecclesiastica, ubi autem hæc Bulla non obligaret posset extrahi casu dicto, sed modeste & cavendo tumultum & offensionem personarum Ecclesiasticarum, & dommodo postea comperto quod non debuerit extrahi, statim Ecclesiæ restituantur Covar. lib. 1. var. resol. cap. 20. Clarus quæst. 30. n. 27. & in eisdem locis valebit jus præventionis in eo ut si Reus nondum sit extractus ad sæcularem pertineat judicare num immunitate gaudere debuerint nec ne Vulpell. resp. 130. n. 6. Farinac supra n. 76. Ita ille, Indistincte tamen putavit Rebuffus *ubi supra n. 34.* hanc cognitionem spectare ad Ecclesiasticum, non vero ad laicum, nisi eo respectu quo immunitate non gauderet ad effectum eum extrahendi, idque ideo quia Ecclesiasticus iudex dignior est *v. Cavalcan. decis. 2. n. 38. par 2. Covarr. pract. quæst. cap 33. n. 1.* Magis enim dignum trahit ad se minus dignum *v. supra lib. 1. qu. 26. n. 8.*

Porro, illud etiam breviter non est omittendum ex Navarro quod iudex extrahens hominem ab Ecclesia exempta, & jussus ab Ecclesiæ Prælato ut captum restituat, non satisfacit si captum libertum abire permittat, vel se subjiciat obedientiæ Episcopi non habentis in illa Ecclesia jurisdictionem *Navarr. cons. 1. de immunit. Ecclesiarum par. 1.* sed pœnis monitorii conservatoris manebit ad strictus. Cum enim violenter abstractus ab Ecclesia per violentiam sit de facto spoliatus & exemptione privatus posit; non modo ipse restitutorium indicium intentare *Siculus cap. inter alia de immunit. Eccles. Barth. l. præsenti n. 5. C. de his qui ad Ecclesiam confugiunt late Barthol. disputat. 6. incip. Lapus* sed etiam Ecclesia quæ sua libertate & exemptione privata est *cap. miror 17. quæst. 4.* Ideo fit ut extrahens absolvi non debeat quamdiu omnia in pristinum statum non reposuit *2. Oldra cons. 53.* Multa alia hoc in articulo adferri possent quæ ad amussim persequi non est otium sit satis attigisse summas capitum. Porro Gregorii XIV. Bullæ tenor est ejusmodi.

Cum alias nonnulli prædecessores nostri & præsertim fœlicis recordationis Sixtus Papa V. necnon Pius etiam V. &c. & infra. Hac itaque nostra perpetuo valitura constitutione omnia & quæcunque privilegia indulta & gratias tam per prædictum Sixtum ac Pium quintum quam alios quoscunque nostros prædecessores aut nosmet ipsos Sedemque Apostolicam eiusve legatos super abducendis vel extrahendis ab Ecclesiis Monasteriis Sacellis domibus regularibus & sæcularibus locisve factis aut religiosis aliisve in casibus à iure permissis hominibus certorum tunc expressorum vel non expressorum criminum Reis aut fraudulentis decoctoribus etiam in odium certorum delictorum & pro bona pace & quiete publica & ex causis urgentissimis ac necessariis & æquipollentibus casibus in jure expressis atque

„ que ex paritate identitate aut majoritate rationis extensis perpetuo vel ad certum
„ nondum elapsum tempus seu ad vitam alicujus Principis aut beneplacitum seu a-
„ lias quomodolibet concessa etiam iteratis aut multiplicatis vicibus approbata & itu
„ novata ac usu recepta literasque Apostolicas sub plumbo aut in forma brevis seu a-
„ lias quomodocunq; desuper confectas quarum tenores hic haberi volumus pro ex-
„ pressis ac ad verbum insertis sublata penitus omni differentia ita ad unam tantum
„ formam reducimus & moderamur ut laicis ad Ecclesias locaque sacra & religiosa
„ prædicta confugientibus si fuerint publici latrones viarumq; grassatores qui itine-
„ ra frequentata vel publicas stratas obsident ac viatores ex insidiis aggrediuntur aut
„ depopulatores agrorum quive homicidia aut mutilationes membrorum in ipsis
„ Ecclesiis earumve cæmiteriis committere non verentur aut qui proditorie proxi-
„ mum suum occiderint aut assasini vel hæresis aut læsæ Majestatis in personam ip-
„ siusmet Principis rei immunitas Ecclesiastica non suffragatur sed universis & singu-
„ lis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis Primatibus Archiepiscopis Episco-
„ pis cæterisq; Ecclesiarum & Monasteriorum Prælatis tam sæcularibus quam cujus-
„ vis ordinis regularibus districte præcipiendo mandamus & præcipimus ut laicos in
„ casibus prædictis delinquentes ad eorum Ecclesias monasteria domus & alia loca
„ supradicta sacra seu religiosa respective confugientes & in eis se recipientes atque
„ morantes qui prædicta delicta eorumve aliquo judicio suo commisisse videbuntur
„ quando à Curia sæculari fuerint requisiti & quilibet eorum fuerit requisitus mini-
„ stris & officialibus Curiæ sæcularis absque irregularitatis nota aut alicujus censuræ
„ Ecclesiasticæ incursu tradi & consignari curent & faciant & quilibet eorum curet
„ & faciat ne autem Curiæ sæcularis ministri prædicta facultate illos per se & propria
„ autoritate extrahendi & abducendi sibi olim ut præfertur attributa & per præsen-
„ tes eevocata abutantur Volumus dictaque autoritate decernimus & declaramus ut
„ Curia sæcularis eiusque iudices & officiales ab Ecclesiis monasteriis locisque sacris
„ prædictis laicum aliquem ut præfertur delinquentem in nullo ex casibus supradictis
„ sine expressa licentia Episcopi vel ejus officialis & cum interventu personæ Eccles-
„ asticæ ab eo autoritatem habentes ad quos solos & non alios Episcopis inferiores
„ etiamsi alias ordinarij sint aut nullius diœcesis aut conservatores ab hac sede
„ specialiter vel generaliter deputati prædictam licentiam dandi facultas pertineat Oc-
„ currente autem casu in loco exempto in nullius diœcesis tunc ad Episcopum vicinio-
„ rem devolvatur hæc cognitio & non ad alios qui capere extrahere aut incarcerare
„ non possunt nisi eo casu quo ipse Episcopus & dictæ personæ Ecclesiasticæ requisi-
„ tæ illos in delictis superius expressis culpabiles tradere aut capturæ & carcerationi
„ intervenire & assistere recusarint tuncque reverentiæ Ecclesiæ & locis sactis debitæ
„ memores prædictos delinquentes minori quo id fieri potent cum scandalo & tu-
„ multu extrahere curent.

Quodq;

Quodque delinquentes laici prædicti postquam ut præfertur ab Ecclesiis locisve sacris extracti & capti fuerint ad carceres Curiæ Ecclesiasticæ reponi, & inibi sub tuto & firmo carcere ac oportuna custodia data illis si opus fuerit per curiã sæcularem detineri debeant nec inde extrahi Curiæq; sæculari prædictæ consignari nec tradi possint nisi cognitio prius per Episcopum seu ab eo deputatum an ipsi vere crimina superius expressa commiserint tuncque demum de mandato Episcopi per judicem Ecclesiasticum curiæ sæculari quacunque appellatione post posita consignentur, de crimine vero hæresis cognitio ad forum Ecclesiasticum tota pertineat neq; in ea Curia sæcularis se quoquo modo intromittat. Sicuti etiam prohibemus ne contra Ecclesiasticas personas sæculares aut cujusvis ordinis vel militiæ etiam sancti Ioannis Hierosolymitani regulares quoquo modo etiam vigore prædictorum privilegiorum indultorum aut concessionum (quæ omnia ad terminos juris per præsentes reducimus) procedant aut se intromittant illosve ab Ecclesijs monasterijs domibus locisve sacris aut religiosis etiam in casibus in hac constitutione expressis extrahere abducere capere carcerare aut cognoscere de criminibus ad forum Ecclesiasticum pertinentibus alias quam de jure & per privilegia eisdem ordinibus aut militiis concessa permittatur quomodolibet præsumant, quod si quis quacumque dignitate præditus præmissorum quicquam attentare contra hanc constitutionem præsumpserit ipso facto censuras quæ contra libertatis Ecclesiasticæ violatores sunt promulgatæ incurrat, non obstantibus præmissis etiam Sixti & Pij V. quam aliorum quorumcunque prædecessorum nostrorum literis Apostolicis privilegijs indultis Datum Romæ in monte Quirinali anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo nonagesimo primo nono Kalendas Iunij Pontificatus nostri anno primo. Ita Gregor. 14. anno 159. 9. kal. Iunij referente Alfonso à Casarubios *in compendio privilegiorum fratrum mendicantium tit. de immunit. Ecclesiarum* & Piasesio *in d. praxi p. 2 c. 4.* Qua pœna autem teneantur violatores immunitatum distingui solet inter jus civile & Canonicum, compendij causa videri poterit Rebuffus *loco cit. glos. 1. nu. 32* jure civili pœna legis Iuliæ Majestatis ultimi supplicii afficiebantur *l. 2. l. præsenti C. de his qui ad Eccles. confug. l. si quis in hoc genus C. de Episc. & Cler. Chassan. ad cons. Burg. Rubr des iustices ver. & droit d. celle* & hoc quando injuria inferebatur clericis *c. qui autem 17. q. 4. c. cum devotissimum 12. q. 2.* At vero, de jure Canonico excommunicantur *c. frater c. omnes Basilicæ c. sicut 17. q. 4. c. illi qui 24. q. 2.* Privantur feudis & jure bus quæ ab Ecclesia habent *Turrecremata d. c frater c. 1. in fine de Treug. & pace Reb.* Mulctantur pœna pecuniaria nongentorum solidorum *c. si quis cotumax d. glo. 1. n. 23.* 17. q. 4. quorum 27. conficiunt auri libram, & ab Ecclesiastico puniri possunt licet, violatores sint de foro sæculari, *Card. Tuschus conclus. 59. n 6. tom. 4. ubi n. 9. dicit esse mixti fori.* Postremo, adverte injuriam factam uni de Collegio, totũ Collegium posse agere, maxime quando injuria & violatio redundat in Collegium in consequentiam

Oldrad.

Oldr. consil. 66. in fi. Item triginta librarum auri purissimi c. quisquis 17. quæst 4. item alijs arbitrarijs pœnis coercentur cap. non minus ca. adversus de immunit. Eccles.

QVAESTIO LXVI.

Constitutiones Papales an in dubio usu receptæ præsumantur.

SUMMARIUM.

1. Non præsumuntur recepta.
2. Præsertim si in promulgatione accedat protestatio subditorum.
3. Reditus cum protestatione solutus liberat solventem ab illius continuatione.
4. Idq; si alius protestationi consentiat.
5. Nisi sint divini juris declaratoriæ.
6. Constitutiones promulgatæ an cognitæ præsumantur.
7. Constitutiones an afficiant Dominia temporalia laicorum.

1 REceptas præsumi, censuit Bennitend. Bovon. concluſ. 13. num. 10. & latissime id probat Flaminius adducens inter cæteros Felinum cap. 1 num. 13. de treug. & pace v. Flaminium de resignat benef. lib. 13 quæst. 7. num 25. ubi late idem late tenuit Cavalcanus asserens difficillimam esse contrarij probationem de tutore & usufructu mulieri relicto n. 41. & 42. ubi id probat in materia statutorum. At vero contrarium pluribus probavit Menochius lib. 2. præsumpt. 2. per tot. dictum est supra lib, 1. qu. 50. numer. 12.

Ratio est, quia usu recepi est quid facti, quod non præsumitur, Soc. Iun. consil. 32 n. 47. lib. 3. per l. in Bello §. factæ ff. de captivis & post l. Hinc Guilielmus Redoanus tract. de alienatione rerum Ecclesiast. quæst. 58. num. 25. putavit non satis esse allegare Paulinam seu extravagantem ambitiose de rebus Eccles. non alienand. qua inhibetur locatio rerum Ecclesiasticarum ultra triennium, sed opus esse probari usu receptam & moribus approbatam per gloss. & DD. in cap. 1 de Treuga Bald. l. rem non novam C. de Iudic. Boer. dec. 224. nec adversatur sententiæ Menochij & Socyni Decius cum quibusdam alijs cons. 649. num. 10. Curt. Iun. consil. 129. nu. 12. Gozad. consil. 16. n. 16 qui visi sunt una cum Bennitendo affirmare leges editas & debite promulgatas præsumi receptas. Siquidem ipsi nulla lege, nulla auctoritate id probarunt, erubescimus autem sine lege loqui l. si servum §. non dixit prætor ff. de aeq. hæred. Præses in loco allegato cessante in pr. non est autem ad rem quod Gozadin. d. num. 16. adfert legem semper censeri esse in viridi observantia l. Arriani §. cunctis C. de hæreticis Barth. & Socin. l. mihi & tibi § in legatis col 2. de legat. 1. Barth l. certa forma num. 11. C. de iure fisci lib. 10. Nam præter id quod respondet Socin. Iun. d. consil. 32. num. 47. licet respondere legem semper esse in viridi observantia præsuppositio initio observationis. Sic enim semel recepta est observari, præsumitur adhuc in præsentiarum observari, quia mutatio non præsumitur Alciat. de præsumpt. reg. 2. per tot. præsumptione orta

de

de tempore ad tempus *Præses in locis loco à tempore ad tempus* id quod olim fuit id hodie adhuc esse præsumitur, quod supra fusius ex Navarro probavimus *lib. 1. q. 30.* 2

Quæ indubitantius procedunt, si publicationi constitutionis protestatio à subditis apponatur cujus quam varij sint effectus ex jure fit satis perspicuum hinc exempli causa Exemptus à collectis solvens adhibita protestatione. Quod immunitati suæ nolit præjudicare exemptionem suam illæsam conservabit. *Abb. cap. cum accessissent n. 7. cum add. de constit. Petr. Antiboli tract. de muneribus par. 3. n 37. cum seqq. Gigas de pensionibus quæst. 71. n. 2.*

Item repetitæ solutiones annui reditus cum protestatione quod solvens nolit induci in quasi possessionem solutionis, proficit ut contra solventem non possit agi possessorio *Alciat. l si certis annis in verb. nisi C. de pact. Gigas de pension. quæst. 61. & 73 in fine Clarus de emphiteusi quæst. 10. num. 1. Bellencinus de charit subsid. quæst. 61. Abb. cap. cum Ecclesia num. 24. in fin. de causa propr. & possess. late Menoch. de præsumpt. lib. 1. præs. 75. Alexand. de moneta tract. de decimis cap 9. num. 105 vide supra lib. 3. quæst. 27. num 4.* prout quoque si per vim seu coacte solutio extorta sit licet non accesserit protestatio *Bellenc. d. quæst. 61. Alex d. cap. 9 num. 107. Rom. cons. 153. per tex. l. cura extruendi ff. de munerib. & honor. Faber. l. voluntarie ubi id utrinque disputat C. de excusat. tut.* 3 4

Porro, quod dixi de protestatione, id verum est si superior illi consentiat, quoniam protestatio in dependentibus à consensu duorum, non valet non accedente consensu alterius *Abb. & DD. c. cum M. de constit. l. non solum §. morte C. de novi operis nunt. per text l. fin. §. tum si prædixerit ubi DD. ff. nauta, caupones, Gabularij Latius Laurentius Silvanus tract. de feudi recognit. qu. 81. per tot.* Cum itaque virtus legis non tam dependeat à voluntate subditorum eam non recipientium, quam Principis, eam promulgantis, & legem observari cupientis, subditorum protestatio non proderit, nisi consensus & acquietio Principis intercedat *arg. not. per Sylvanum d. q. 81.* Ita in non absimili traditum est, si Vasallus iurans fidelitatem alicui Domino protestetur quod non facit animo recognoscendi eum in Dominum quod talis protestatio contradicente Domino eum non juvabit *Socyn. cons. 4. col 6. li. 3. arg. c. 1. qualiter Domin. propr. feudi privetur cap. 1. in fine de forma fidelitatis Sylvanus d. q. 81. post n. 1.*

Quod verum putarem in ea specie protestationis quæ est contraria actui v. g. si subditi obediant legi cum protestatione eam non recipiendi cæterum si protestatio sit simplex & tantum declaratoria voluntatis & conservatoria juris protestantis poterit ea interponi Domino absente & ignorante neque alia intimatio fieri oportebit *Bart. l. Pomp. scribit si negotium ff. de neg. gest. Petrus Antiboli tract. de muneribus in 3. parte principali n. 38 & in d §. morte in materia protestationis declaratoriæ DD. de aliment. C. de neg. gest, Sylvanus d. q. 81. n. 1.*

Porro, quod dixi de constitutione usu non recepta id disputari potest in constitutionibus seu declarationibus legum humanarum cæterum constitutiones seu declarationes legum divinarum, non eo minus veræ esse desinunt aut obligare quod usu non receptæ asserantur quemadmodum docte & subtiliter contra Cajetanum Navarrus annotavit *tract. de usuris n. 6. vers. Secundo Tom. 1.*

Utrum verò constitutiones promulgatæ cognitæ præsumantur videatur Menochius *lib. 2. præs. 3. per tot.* Item an constitutiones Pontificiæ afficiant Dominia temporalia laicorum notatum est supra *lib. 1. q. 50. n. 39.*

QVAESTIO LXVII.

Utrum coram Abbatibus fieri possit resignatio beneficiorum.

SUMMARIUM.

1. *Distinguendum inter Abbates exemptos & non exemptos.*
2. *Ab institutione ad destitutionem argui non potest.*
3. *Abbates exempti habent Ecclesias sibi pleno iure subiectas.*
4. *Abbates Domini ordinarij Monachorum.*
5. *Pleno iure possidere quid sit.*
6. *Abbates renunciare debent in manibus superioris.*

1 IN hac quæstione laudo Flaminium Parisium *de resig. benef. par. 1. li. 7. q. 15. per tot.* qui in hæc prope verba resolvit distinguendum esse inter Abbates non exemptos & exemptos quod Abbates qui exempti non sunt placuit non licere coram eis facere resignationes aut beneficiorum permutationes, quippe quod istis actibus jus interponendæ autoritatis non habeant *collect.* quem sequitur Bellamera *de permutat. benefic. 1. par. qu. 9. Card Clem 1. n. 18. de renunt.* Tum quod hæc autoritas proprie sit juris Episcopalis *Io. Andr. Io. Monach. Germinian Franc. in c. 1. de rer. perm. in 6. Flaminius d. l. 7. qu. 14. n. 16. 17. 18.*

2 Tum quod à facultate instituendi, non liceat arguere ad destituendi autoritatem *Flam. d. q. 14. n 15. & seq.* adeo ut licet Abbates instituere possint in Ecclesiis sibi pleno iure subjectis, instituti tamen non administrant nisi prius habita licentia diœcesani cui subjectus est *Durandus de modo congregandi Concilium generale Rubr. 4. n. 35. & Rubr. 23. n. 1. & 3. Card. d. n. 18.*

Quo verò ad Abbates exemptos qui ius conferendi habent, ij autoritatem habent resignationes & permutationes admittendi *Abbas ca. quæsitum n. 4. de rer. perm. Franc. c. 1. n 8. eod. in 6.* estque communis opinio teste Flaminio *d. q. 15 n. 3.*

3 Ratio est, quia Abbates exempti habent Ecclesias sibi pleno iure subjectas, ideoq; ius Episcopale seu iurisdictionem quasi Episcopalem *Innoc. c. 2. vers. de Abbatibus de transl.*

transl. cap. Abbates in fine de privileg. in 6. glo. Clem. 1. verb. proprij de reb. Eccles. non alien. scripsi supra eodem lib. quæst. 20. In jurisdictione enim Abbatia exempta & Episcopatus æquiparantur ca. ne pro defectu §. statuimus ubi glo. in ver. regularis cap. dilectus filius ubi glo ult. in fine de conces. præb. Mandos. reg. Cancell. 26. quæst. 3. n 8. cap. 1. ca. in singulis de statu Monach. Aret. cons. 63. n. 4. Flaminius d. quæst. 15. n. 6. & lib. 2. q. 1. n. 66. dicitur enim Abbatia caput omnium Ecclesiarum regularium & omnium monasteriorum potestas ab ea dependere ca. nullam potestatem 18. quæst. 2. cap. cum ad monasterium de statu Monach. lo. Selva tract. de beneficio par. 1. q. 2 n. 49 Flam. d. q. 15. n. 7. Confirmatur, qui possunt destituere, possunt recipere resignationes Flam. d. q. 14. Abbates autem exempti possunt destituere Paris. cons. 22. n. 14. vol. 4. Gigas de crimine læsæ Majest. q. 19. n. 9. Ergo quippe quod habeant jus visitandi ex quo oritur & descendit potestas puniendi castigandi privandi destituendi Feder. de Senis cons. 55. Fel. cap. dilect. & 1. col. 2. de rescr. cap. olim de accusat. cap. nemo dist 85. Flam. d. q. 15. n. 18. & seq.

Accedit, quod Abbates vere dicuntur prælati & ordinarij Monachorum c. nullus Monachus c. nullam potestatem 18. quæst. 2. cap. quanto & ibi Innoc. & DD. de offic. ord. in quos majorem & pleniorem dicuntur habere potestatem quam Episcopus habeat in Clericos suæ diœcesis Abb. c. ad nostram n. 2 c. reprehensibilis & utrobique Franc. de appel Fel. c super literis n. 10. de rescr. Mandos reg. Cancell. 24. q. 2 n. 4. in fine. 4

Insuper ejusmodi Abbates habent Ecclesias sibi pleno jure subjectas, quod importat visitationem correctionem institutionem destitutionem Paris. d. cons. 22. n. 14. vol. 4 cons. 35. n. 9. eod. lib. dixi late supra lib. 1. q. 9. n. 6. & seq. Hinc ipsi possunt præstare autoritatem alienationi rerum Ecclesiasticarum Abb. d. cap quæsitum n. 4. glo. d. Clem. 1. in verb. proprij Redoanus de alienat. rerum Eccles. 1st. Rubr. 26. n. 8. Rubr. 30. cap. 1. n. 94. dixi supra eod lib. q. 1. & seq. 5

Quo vero ad Abbates, renunciare debent in manibus superioris non vero in manibus subditorum Abb. c. ult. not. 2. de renunt. ubi Butrio n. 3 Flam. d. q. 15. in fine. 6

QVÆSTIO LXVIII.

Quid si Ecclesia in temporalibus recognoscat Abbatem, in spiritualibus vero Episcopum coram utro eorum erit expedienda resignatio.

REspondeo coram Episcopo Innoc. c. ult. in fine de renunt. Card. Clem. unica nu. 17. de renunt. Abb. d. c. ult. n. 3. vers. quæro de presbytero Flam. de resig. benef. par. 1. li. 7. q. 15. n. 18. Ratio est, quia resignationes expediri debent coram superiore Ecclesiastico habente spiritualia Eus. tract. de visitatione l. 2. cap. 28. n. 12. Ruffiniacus tract. de beneficio c. 14. n. 41. Flam. d. q 15. n. 18. quorum semper potissima est ratio & velut magis digna

digna attrahunt ad se minus digna *cap. si quis objecerit. 1. quæst. 3. cap. quanto de judiciis l. cum quæritur ff. de statu hom.*

QVAESTIO LXIX.

Quæ sit vis clausulæ *te à quibusvis censuris ad effectum præsentium absolventes.*

SUMMARIUM.

1. *Tollit impedimentum proveniens ex censuris.*
2. *Hæc clausula per oblivionem præsumitur præterita.*
3. *Non prodest insorte descentibus per quatuor menses.*
4. *Hæc clausula à legato usurpata non extenditur ad censuras Papæ reservatas.*
5. *Non tollit irregularitatem.*

PAucis respondeo, tollere omne impedimentum proveniens ex censuris *Rebuff. in praxi benef. 1. par. Rubr de declaratio Bullæ novæ provisionis §. teq; absolventes n. 15. Navar. cons. 28. n. 12. & 21. de sent excom.* Concessio enim aliquo omne id concessum videtur sine quo illud expediri nequit, D. Wamesius in terminis hujus quæstionis *cons. 139. n. 7. & 8.* idque etiamsi ejusmodi clausula non inveniretur adjecta, quia enim adjici solet præsumitur per oblivionem præterita *l. certi §. nummos in fin. de reb. creditis Wames. d. n. 7. & 8.*

Restringitur tamen, ut non prosit insordescenti per annum, æquiparatur enim insordescens hæretico *Menoch. de arbitr. iud. casu 416 per tot. signanter num. 60. Conc. Trid 3. ss. 25. de refor. Ptolom. dec. 94.*

Restringitur secundo, ut non prosit iis qui sustinuerunt excommunicationem per quatuor menses, idq; per regulam Cancell. 61. latam per Sixtum 5. Rubr. de insordescentibus, idq; secundum Flaminium *de resig. benef. par 1. lib 4. quæst. 3 n. 57.* cujus utar verbis. Statutum est ne præstetur occasio censuras ipsas vilipendendi, & insordescendi in illis & ne generales absolutiones appositæ in litteris suffragentur his qui scienter excommunicationis sententiam per quatuor menses sustinuerunt ex qua regula satis colligitur quod excommunicato ita demum suffragatur illa absolutio quæ consuevit in literis Apostolicis de stylo apponi si non sustinuit excommunicationem ultra quatuor menses, nam illis elapsis hujusmodi absolutio non prodest & litteræ sunt nullæ iuxta communem & vulgarem stylum. Ita tradit Navarrus idipsum extendens ad alias quasdam excommunicationes quam vide *in ca. ita quorundam notæ 11 n. 14.* idque cum à Papa scribitur secus verò si à legato quia tum non extenderetur ad censuras Papæ reservatas. Navarrus not. undecimo num 18.

Restrin-

Restringitur 3. per hanc clausulam non censetur sublata irregularitas quemadmodum contra Sotum concludit & probat late Gregorius Sayrus, *in suo Thesauro Theol.moralis lib.1.ca.1.n.18. tom.1.* §

QVÆSTIO LXX.

Quid juris si unum privilegium referat se ad aliud.

SUMMARIUM.

1. *Distinctio an verba stent conditionaliter an causaliter.*
2. *Ex subjecta materiæ dividicandum.*
3. *Libellus statutum, lex privilegium referens certitudinaliter aliam dispositionem non requirit illius apparentiam.*
4. *Confitens prout in tali instrumento de quo non constat nihil videtur confiteri.*
5. *Confessio ad instar privilegij de quo non constat, nihil valet.*
6. *Nisi fiat specifica relatio vel ex certa scientia.*

FRequens est ut multa in privilegiis exemptionum decernantur juxta tenorem aliarum literarum seu prout aut quemadmodum in alio privilegio concessum est, unde hic non immerito dubitatur de vi, & energia eiusmodi verborum & privilegiorum relativorum, qua in re ut in jure assolet repugnantes videntur esse sententiæ Innocentius *in cap. Abbate n. 4. de verb. signif.* censuit ejusmodi privilegia & verba relativa stare conditionaliter scilicet si ita est prout in tali privilegio continetur volens idcirco cum in uno privilegio fit mentio alterius privilegij necesse esse illud exhiberi de quo fit mentio.

At verò Ludovic. Rom. ut refert Felinus *in cap. ex parte & 1. n. 10. cum Apost. de rescript. fol. 68 Rom. cons. 336.* distinxit inter privilegia & rescripta, ut in illis stent causaliter dispositive & de per se sicut cum quis condemnatur ad unum par caponum prout jus antecessores consueverunt *Fel. d. n 10. & DD. ibi citati* qui articulus pendet ex iis quæ supra plenius scripsimus *lib. 1. quæst. 5. n. 10.* In his verò conditionaliter plus placet opinio Felini *d. num. 10.* sic distinguentis indifferenter tam in privilegiis quam rescriptis aut contractibus. Aliquando dictiones relativæ juxta secundum, prout proferuntur in materia quæ de novo aliquid disponendo concedit aliquid certum, referendo se ad aliud, eo casu non stant conditionaliter quia natura principalis dispositionis continentis clare certũ quid, non est referre se quasi conditionaliter ad aliud, unde etiamsi illud non appareat ista falsa demonstratio non vitiat dispositionem *Barth. l eum qui §. Iulianus ff. de constit. pec. glo. d. cap. quoniam Barth. in extravag. ad reprimendum in verb. prout vers ad cujus intelligentiam Aret. cons. 86 col. 3.* 1 2

Hinc

Hinc libellus, statutum, lex privilegium referens certitudinaliter aliam dispositionem non requirit illius apparentiam *Fel.d.n.10 ubi allegat. Bal. Bar.& alia exempla textus ad litteram c. Abbate §. contra de verb signif. ubi DD.* Aliquando vero sit relatio super eo de quo in privilegio aut dispositione per se aut clare non constat & tunc privilegium non valet, nisi illa relatio declaretur per illud ad quod fit relatio *l. si sic §. 1. ubi Barth. Dyn.& DD. ff de leg. 1. l. legavit ff. de liber, legati* ubi dicitur si concedo quicquid juris habeo in tali loco si non apparet quid juris ibi habeam nihil videri
4 concessum. Hinc confitens prout in tali instrumento de quo non apparet nihil videtur confiteri *Fel.d. num.10.& 13.& ut inquit Abbas in cap. inter dilectos col. 8. de fide instr. ubi DD.& Fel.d.n.13.& 14* & concessio facta adinstar alterius privilegij, non sub-
5 sistit eo non apparente vel data invaliditate ejus ad quod fit relatio. Secus autem si
6 fieret specifica & certa mentio ejus ad quod fit relatio ab habente potestatem de novo concedendi *Abb. c. examinata de confirmat. utili vel inutili Fel. d.c. ex part. n.14. vers. secus si sit DD. Auth si quis in aliquo C. de edendo.*

Item nisi relatio fieret ex certa scientia Principis bene informati, tunc enim dictiones relativæ interpreterationem non admittunt conditionalem sed causalem. *d. cap. examinato ubi Abb.& DD.& d. cap. quoniam Abbas ubi Imola col. 8. Fel. d.n.10. tex. cap. Abbate §. contra de verb sig. ubi DD. cap. penult. ubi Abb. n.5. de confir. utili vel inutili Dominus VVamesius cons. 64. n.2.* Inducitque præsumptionem clausulæ plenitudinis potestatis, & effectum derogationis omnium quæ in contrarium militant *Gail. lib.2. obs.36. n.14.*

QVAESTIO LXXI.

Affectans privilegium exemptionis an illo gaudere debeat.

SUMMARIUM.

1. *Stulta est quæstio quæ caret ratione dubitandi.*
2. *Affectans privilegium gaudere illo non debet.*
3. *Præventio judicij procurata non juvat.*
4. *Appellare non licet à facto procurato.*
5. *Procurans commissionem causæ est suspectus.*
6, 9. *Legatio procurata caret suis privilegijs.*
7. *Item affectans tres tutelas.*
8. 16 *Item absentia affectata.*
10. *Generalis remissio non prodest prascienti.*
11. *Prodigens spe cessionis non juvabitur.*
12. *Percutiens clericum ut occasionem peregrinandi habeat pro absolutione frustrabitur suaspe.*
13. *Inimicitiæ affectatæ nihil obsunt.*
14. *Privilegia officialium non extenduntur*

ad

ad affectantes officia.
15. Procurans ne citatio ad eum perveniat, habetur procitato.
17. Titulus procuratus non prodest.
18. Electio procurata est nulla.
19. Vocato delegato ad superiorem, negotiū non suspenditur si pars id procuravit.
20 Procurans evocari non excusatur.
21. Negligentia procurata non operatur devolutionem.
22. Fideiussor pro aufugiente.
25. Iudicem quem impetravi, recusare non possum.
26. Depositio unius officij ut aliud assequatur, non prodest.
27. Procurans ut in familitium assumatur non iuvabitur.
28. Item assumens clericatum in fraudem fori.
29. Item conveniens ut reconveniatur coram eodem iudice.
30. Occasione affectati & captati lucri renuncians Societati tenebitur illud lucrum communicare.
31. Affectans exemptionem, gaudebit exemptione.
32. Circumstantia spei immunitatis nō excludit affectantē à participatione legis.
33. Clerici delinquentes spe immunitatis gaudent suo privilegio.
34. Peccans spe veniæ consequendæ, per Bullam concedendam absolvi debet.
35. Idque nisi expresè, ni privilegio aliter disponatur.

STulta & inanis quæstio (inquit Celsus) *l. domitius ff. de testam.* quæ non habet ratiōnem dubitandi. 1

Itaque ut temeritas propositæ quæstionis evitetur, dubitationem movet regula generalis, affectatem privilegium, aut quidvis aliud, gaudere non posse privilegio, seu beneficio rei quam procuravit, seu affectavit, quam regulam Iason & plerique alii non paucis exemplis illustrarunt, *Iason. l. si ve. off. qui satid. cogant. l* 2. §. *fin. ff. Si quis cautionibus Paris de Puteo de syndicatu, ubi de affectante officium Nicellus in concor. l. glossarum concordia* 6, *numer.* 104. *Fallentia* 63 *Fel. fin. cap. num.* 3. *& seq. usque ad finem de testibus.* E quibus pauca hæc in praxi frequentia delibabimus. 2

Delinquens iuvare se non poterit prævention̄e si procuraverit se præveniri & accusari, *Bald. in l. si servus plurium l. si quos ubi Ang. & DD. ff. de leg.* 1. *Clem.* 2. §. *illis ub. glo. in verb procuraverunt de pœnis Farinacius in pract. Crim. lib.* 1. *q.* 7. *n.* 64. 3

Appellare nemo potest ab eo quod ipse fecit, aut fieri procuravit *Nicellus d. fallent* 63. *Ang cons.* 203. *per l. à sententia ff. de appellat.* 4

Procurans sibi causam committi, recusari potest ut suspectus *Archid. cap. si contrannum de officio deleg. in* 6. *Fel. d c. fin. n.* 4.

Legatio procurata nulla habet privilegia legationum, seu legatis concessa, *Barth. l. si servus communis* §. *quod damno ff. de furtis Barbatia cons.* 56. *Nicell. d. n.* 104. *v. infran.* 9. 5

Affectans tres tutelas non excusatur *l. spadonem* §. *fur ff. de excusat. tut. l.* 1, *& 2. C.* 6

8 *de his qui sponte civilia munera l. ex sententia ff. de test. tut. l. uxori §. 1. ff. de falsi.* Absentia affectata non juvat. *l. 2. ff. si quis cautionibus.*.

9 Legatio affectata non habet privilegia legatorum *l. & qui data ff. ex quib. caus. majores l. pen. C. quomodo & quando iudex v. supra n. 6.*

10 Generalis remissio commissorum tempore Belli non prodest eis qui præsciebant futuram remissionem *Bald l. 1. § hac actio ff. si quis. test. lib esse iussus* ut *Barth.*

11 Prodigens bona spe cessionis bonorũ cedere nõ poterit *Angel. si quis ff. de cess. bon.*

12 Percutiens clericum ut pro absolutione vadat Romam, ire non poterit *cap. relatum de sent. excom.*

13 Percutiens testem ut ejus testimonium recusare possit prætextu inimicitiæ, nihil ei proderit *Barth. l. 1 §, cum quis ff. de quæst. Bald. Auth. si dicatur col. pen. C. de testibus in l. sed & si quis ff si quis cautionib. l. 2 §. sed si agant ubi bonus tex. ff. de re iudic. Rom. l. facere col. 2. ff. sol. matr.*

14 Privilegia data officialibus, non obtinent in procurationibus officia *Barth. l. universi C. de legat. lib. 10. Romanus l. si vero fallent. 36. ff. solut. matr. ubi vide.*

15 Procurans nescire citationem habetur pro sciente & citato *Clem. 1. de iudic.*

16 Ignorantia enim affectata æquipollet sententiæ *glo. c. 2. in verb. affectata de temporibus ord. in 6 glo. 1. cap. ad falsariorum de crim. falsi late Gaill lib. 6 obs. 48. per tot. signanter num. 18.*

17 Titulus procuratus seu affectatus, non prodest ad finem aliquem expellendi *Bart. l. sive autem §. si duobus ff. de publiciana.*

18 Electio religiosi procurata est nulla *cap. si religiosus de elect. in 6.*

19 Vocato delegato à superiore negotium non suspenditur si pars id procuravit *c. pastoralis §. fin. de offic. deleg.*

20 Is cui superior scripsit ut eum expectaret, si procuravit vocari à generali ordinis non excusatur *Fed. cons. 3. Abb. ca. proposuisti col. pen. de foro compet.*

21 Si Episcopus causa sit, aut procuret negligentiam Canonicorum, potestas non devolvetur ad eum jure devoluto *Innoc. in c. irrefragabili in media glo. maioris de offic. ord. tex. cap. postulastis de conces. præbend.*

22 Fideiubens pro eo qui postea aufugit, si curaverit eum banniri, ut excusetur ab eo præsentando non ei proderit *Barth. l. si vero in pr. ff. qui satisd. cog.* Cui tamen subtiliter adversatur ibidem Fulgosius.

23 Commoditas data monacho capienti medicinam non habet locum in eo qui volens sine necessitate eam capit. *Io. Andr. in cap. ad monasterium super verb. medicina. de statu Monach.*

24 Si aliqui habentes privilegium non solvendi quartam de legatis factis pro emendis equis, & procurant ut relinquantur, ex illa causa tenentur solvere quartam *c. in nostro ubi glo. ver. dolo de Sepult.*

Iudicem

Iudicem à se vel à procuratore suo impetratum non potest quis recusare *c. offera-* 25
tur 3. q. 3. cum olim de causa poss. & propr. c. olim & 2. de offic. de leg. nec etiam appellare
propter iniquitatem personæ *cap. super quæstionem §. verum de offic. deleg. Nicell. d.*
number. 104.

Statutum disponens quod Scabinus non possit esse consul, si deponat officium 26
ut esse possit, hæc affectatio & procuratio reddet eum incapacem *Barth. l. 2. per illum*
tex. C. de primicerio li. 12 Barth. d. l. universi Rom. d. fall. 36.

Procurans in fraudem jurisdictionis ut assumatur in familiam exemptorum, pri- 27
vilegio familiaris seu exemptionis gaudere non poterit *glo. Marg. in cap. licet de pri-*
vilegiis in 6. dixi supra lib 1. q. 30.

Assumens clericatum in fraudem fori seu delicti commissi, privilegio clericalis fo- 28
ri gaudere non poterit *Bart. l. 1. n. 3. vers. aut fecit se clericum ubi Dyn. ff. de pœnis.*

Conveniens aliquem coram iudice, ut coram eodem reconveniri possit, detecta 29
fraude cessabit reconventio, *dixi supra lib. 2. q. 29. n. 14.*

Qui occasione affectati & captati lucri, Societati renuntiat Societati lucrum il- 30
lud affectatum communicare tenebitur *Mudeus in l. actione §. diximus n. 3. ff. pro so-*
cio fol. 17. regulariter enim affectata & captata non ita prosunt ut ultro obvenien-
tia *Mudeus d. num. 3.*

Et quidem hæ rationes quas exemplatim attulimus, occasionem dubitandi præ- 31
buerunt, quibus tamen non obstantibus cum Navarro *tract. de iubileo & indulgenti-*
is notab 34. num 6. vers. tertia quæstio. censemus, affectantem privilegium exemptionem
gaudere.

Ratio est, quia circumstantia spei immunitatis, non excludit affectantem aut de- 32
linquentem à participatione legis dispositionis, aut privilegii eam concedentis. *Na-*
varr. loco citato.

Hinc clerici & alij exempti à jurisdictione laica, committentes crimina spe im- 33
munitatis integræ aut partialis concessæ per c. si quis suadente 17. q. 4. c. 2. c. si dili-
genti de foro compet. non amittunt exemptionem, sed quotidiana experientia eos
gaudere exemptione animadvertimus, quod etiam in regularibus exemptis qui spe
veniæ delinquunt responsum est, *Navarrus d. n. 6. vers. tertio.*

Et generaliter traditum est, peccantem spe veniæ consequendæ per Bullam con- 34
cessam vel concedendam, posse nihilominus virtute illius absolvi, nisi in Bulla ex-
presse contrarium statuatur *Navar. cons. 36. num. de sent. excommu. par 2.*

Quod tamen limitandum est, si in privilegio exemptionis exprimatur quod 35
spe exemptionis peccantes ea gaudere non debeant, quemadmodum apud eundem
Navarrum notatum est, *d. n. 6. vers. tertio, quia in fine Martin. Ledesinius n. 2. 4. q. 29.*
art. 2.

QVAESTIO LXXII.

Exempti an aliqua ratione coram ordinario arrestari possint.

SUMMARIUM.

1. *Arresta exorbitant à iure, proinde sunt prohibita.*
2. *Sunt obliquæ citationes quæ resolvuntur per comparationem.*
3. *Bona exemptorum arrestari non possunt coram ordinario.*
4. *Per satisdationem iudicio sisti non prorogatur iudicium.*
5. *Per judicium ex necessitate susceptum non oritur litis pendentia.*

1 AResta hodierna recedunt à communi jure, proinde regulariter prohibita sunt, nisi jure speciali privilegio, aut consuetudine permissa appareant *Molin. ad consuet. Parisiens. tit. 2. §. 52. n. 2.*

2 Ea nihil aliud sunt, quam obliquæ citationes, & in jus tractiones, quæ ideò relaxantur per comparitionem illius cujus bona sunt arestata, resolvunturque in simplicem citationem, data cautione de stando, seu sistendo se juri *l. fideiussor. §. fin. ff. qui satisd. cog. Everard. cons. 102. VVamesi. cap. meminimus 9. num. 2. & 3. de appell.* Unde, cum exemptiones hodiernæ, personas exemptorum & eorum bona respiciant, quippe quod bona personæ quodammodo cohæreant, fit ut eodem privilegio quo personæ frui debeant, atque exemptione gaudere *cap. Ecclesiarū servos 12. quæst. 2. glo. c. fin. de vita & honest. Cler. Rebuff. ad const. reg de literis obligatorijs art. 2. glo. 1. nu. 106. Gaill. li. 2. obs. 124. num. 17.*

4 Itaque per satisdationem exemptorum arrestatorum relaxantur arresta bonorum manente adversus eosdem solo effectu citationis, quæ ratione exemptionis nullius est roboris & effectus, tum quod per satisdationem iudicio sistl non auferatur facultas privilegij declinandi iudicem *d. l. fideiussor in fine pr. ff. qui satisdat. cogant latè Peckius de iure sistendi cap 15. per tot. & cap. 35. nu. 2. Caroclus sing. 173.* Tum quod is qui judicio se sistit & comparet, privilegium suum allegare possit *l. si quis ex aliena ff. de iudicijs Caccialuppus tract. de debitore suspecto q. 15. n. 2. & 3.*

5 Non enim inducitur litispendentia (inquit Sangerus) propter iudicium ex necessitate [ut est arrestum aut capturca] susceptum *Sang. tract. de exceptionib. cap. 12. de exceptione litispendentiæ n. 8. Peck. d. ca. 35. n. 2. & cap. 36. nu. 3. & 4. Cavalc. decis. 1. nu. 18. & decis. 13. n. 4. par. 1.*

Tum quod arrestatus ius habeat revocandi domum *VVamesi. d. num. 2 & 3. per l. hæres absens §. ult. ff. de iudicijs.*

QVÆ-

QVAESTIO LXXIII.

Monachus à suo prælato malè tractatus, aut irrationabiliter à cura cui præfectus fuit, ad monasterium revocatus, an, & coram quo agere debeat.

SUMMARIUM.

1. *Monachus agere potest contra Abbatem & ab eo appellare.*
2. *Regularis præsentatus ad Ecclesiam parochialem, revocari potest.*
3. *Monachus præsentatus ad aliquam Ecclesiam non liberatur à votis.*
4. *In superiore rationabilis causa quando præsumatur.*

REspondeo agere posse non apud quemvis iudicem, sed apud competentem Abbatis, eum scilicet qui Abbatis superior est & competens, ei enim supplicare, ad eumve appellare potest Monachus à suo Prælato inique tractatus Io. *Andr. & Gemin. in ca. cum singula de præb. in 6. Io. de Imola Clem. 1. nu. 4 de suppl. negl. prælat Io. VVamesius cons. 65 nu. 8. to. 1. Navarr. de Regularib. commentario 2. nu. 27. 61. 63. & com. 3. nu. 51. ubi tradit fuse an appellare possit à suo superiore, dicitque quod sic, quia generales, aut superiores ordinum iurisdictionem habeant in inferiores prælatos, dixi supra lib. 1. quæst. 17. num. 22.* 1

Porrò, parergos dictum sit, quod præsentatus à Prælato regulari ad Ecclesiam parochialem, possit per eundem sine consensu Episcopi removeri *cap. 1. de Capell. Monach. in 6. VVamesius d. cons. 65 numer. 10. Navarr. d. comment. 2. nu. 65. vers. addo octavo.* 2

Nec enim Monachus sic præsentatus liberatur à jugo, & obedientia sui claustri, quin à superiore suo quandocunque ex causa rationabili ad Monasterium revocari possit, *Fed. de Senis cons. 134, cap. cum ad monasterium §. labes cap. 2. §. priores de statu Monach.* 3

Dixi, ex causa rationabili, si enim invidiæ, æmulationis, aut vindictæ causa id faceret, jure de suo prælato expostulare, & adversus ipsum superiori supplicare posset. *Navarr. d. com. 2. n. 65. vers. addo octavo.* Quod quando præsumatur, compendij causa hauriatur à Navarro, quem iam citavimus. 4

QVÆSTIO LXXIV.

Appellatione diœcesis quænam comprehendantur.

PAucis distinguendum, an diœcesis fiat mentio in materia favorabili aut odiosa, si in favorabili comprehendetur civitas, si verò in materia odiosa, qualis est hæc exemptionum, minimè quam materiam Petrus Andreas Gammarus *ad cap. unicum num. 106. & seqq. de rer. permut. in 6. vol. tract* 15. fusius persequitur *adde DD. cap. Rodolphus de rescript. Abb, cap. cum cõtingat, n. 2. cum Apost. de foro cõpet. Cõpost. d. ca. Rodolphus* An autè monasterium cõprehendatur, si v. g. Pontifex mandat Episcopo alicui ut provideat de beneficio suæ diœcesis, resolvitur apud Compostellam *in c. Abbatem cogi verb. diœcesis de rescr.* Cum distinctione an monasterium cum Ecclesiis sit exemptum, an non; item an Episcopi iurisdictio excitetur, an non, apud quem vide, satis enim est digito illum ostendisse.

QVÆSTIO LXXV.

Vsurpantes jurisdictionem in exemptos, an incidant in aliquas censuras

SUMMARIUM.

1. *Incidunt in censuras.*
2. *Nisi ignorantia excuset.*
3. *Advocati usurpantium an incidant in censuras.*
4. *Verbi præsumpserit, energia.*
5. *Nemo eximitur à Bulla Cœnæ Domi.*
6. *Iudices Galliæ an iudicare possint clericos super delatione armorum*
7. *Patientes se trahi in ius coram alio quã Pontificio, an incidant in Bullam Cœnæ Domini.*

1 INcidere in censuras Bullæ Domini apparet ex illius textu *excom. 20.* in hæc verba: Vel jura ad ipsam Rom. Ecclesiam pertinentia dictæ Ecclesiæ Rom. mediatè vel immediatè subjecta, necnon supremam iurisdictionem in illis nobis & eidem „ Ro. Ecclesiæ competentem de facto usurpare, perturbare, retinere & vexare variis „ modis præsumunt, necnon adhærentes favores, defensores eorum, seu illis auxilium „ consilium vel favorem quomodolibet præstantes. Diximus autem hactenus frequenter exemptos esse speciales filios Ecclesiæ Rom *li. 1 q. 1, n 17.* ac illius iurisdictioni specialiter esse subjectos atq; reservatos *dixi lib. 2. q 5. n. 12.* Quod non modo verũ est, si temporalia jura Ecclesiæ Rom. usurpentur, sed etiam si quæcunque spiritualia, quemadmodum fusius apud Gregorium Sayrũ traditum est in Thesauro Theologiæ moralis

moralis *li.3.c.21.& 24.n.5.par.1.* Idque nisi ignorantia excuset, qua de relectorem ad eundem Sayrum latè disputantem remittimus *d.par.1.cap.18.n.24. & 31. cum seqq.Navarr.in Manuali cap.27.nu.16.* 2

Vtrum autem advocati & defensores usurpantium hæc iura Rom. Ecclesiæ incidant in eandem censuram dubitatur. Certè si scienter defendant & tueantur, nemo dubitaverit *Archid ca. quicunque de hæretic.in 6. Silvester verb.hæresis 1.n.10.q.7. Alphons.Vivald.in expositione Bullæ Cœnæ Domini nu.7.& ibidem Toletus §.1.* Advocando enim dicitur quis auxilium & favorem præstare *Anania c.si adversus n.2.& 5. de hæretic.* Dolus autem, scientia, & intuitus usurpationis requiritur, velut de patronis hæreticorum, per DD. iam laudatos proditum est, *add.Sayrum d.li.3.c.5.n.9.* utitur enim Bulla verbo præsumpserit, quare ad instar legis non comprehendet eum, qui absque dolo vel contemptu bona fide, vel simpliciter contravenit *Card. Clem.1.q.39. de privileg.Navar.de alienat.rerum Ecclesiasticarum n.16. Carocius sing.973.* 3 4

Adeò autem verum est usurpatores prædictos incidere in censuras Bullæ Cœnæ Domini, ut nemo ab illius pœnis etiamsi regali fulgeat splendore eximatur *Sayrus d.li.3.c.25.n.10.& 11. vide tex. Bullæ verb.non obstantibus etiamsi Pontificali Imperiali Navar.in Manuali c.27.72.in fine.* Idque etiamsi prætenderentur privilegia remuneratoria, aut per viam contractus, potest enim Princeps, seu Pontifex iusta ex causa pro suo arbitrio ea revocare, *dixi supra lib.3.q.1.n.9.& 10. Sayrus d.n 10.& 11 Navarrus cons.1.nu.2.de foro compet.* 5

Qua ratione censuit Sayrus *d.n.10.* contra Navarrum *in Manuali c.27.n.71.* Iudices Galliæ iudicantes clericos super armorum delatione, & quibusdam alijs in casibus, incidere in Bullam Cœnæ Domini ex eo quod verba Bullæ sunt clara, nec opus habeant ut pro interpretatione ad Summum Pontificem recurratur, quod tamen cum Innocentio *in ca.noverit de sent.excom.* temperaverim, si ea contra Ecclesiæ libertatem tendere ignorentur, ignorans enim invincibiliter (inquit & probat Sayrus *d.par.1.li.1.c.18.n.31.*] Canonem Papæ, imponentem excommunicationis pœnam pro delicto, lege etiam divina damnato, excommunicationem non incurrit, etiamsi sciat factum illicitum, & damnatum, ut supra ex Navarro probavimus. Ratio præmissorum est, quia ejusmodi usurpationes tendunt contra Ecclesiasticam libertatem *Franc.c.1.in pr.de privileg.in 6. Franciscus de Platea tract.de excommunicat.§.30. Abb. c.sanè n.3.cum add.de excessib.prælator.* Porrò, non modo usurpantes iurisdictionem Romanam incidunt in Bullam Cœnæ Domini, sed etiam ij omnes, qui eam usurpari, & se coram alio quam Pontificali judice in ius trahi patiuntur *Navarrus cons. 1.n. 81.q.42, de constit.* cum enim non trahantur inviti, consilium & favorem præstare videntur, quod per Bullam prohibitum est, *Navar, d.n.81.* 6 7

QVÆ-

QVAESTIO LXXVI.

Vtrum privilegia mendicantium quoad facultates absolvendi in foro conscientiæ, sint sublata per Concilium Tridentinum.

SUMMARIUM.

1. Mare magnum non est per Conc. Trid. revocatum, nisi in quantum Concilio repugnat.

ALiena non est ab hoc tractatu quæstio, quam P. Martinus Delrio Societatis IESU omni iuga scientiarum omnium de Encyclopedia illustris investigat.

Num mendicantibus ordinibus virtute suorum privilegiorum etiam magis magni, quibus eis promittitur quoscunque & undecunque ad eos venientes absolvere ab omnibus peccatis & censuris etiam Papæ reservatis, exceptis ijs, quæ in Bulla Cænæ Domini continentur, an inquam ijs liceat absolvere à reservatis Episcopo casibus post Concilium Tridentinum.

Pro negativa parte sunt præ ceteris Felicianus Episcopus Scalensis *in suo tract. de censuris &* Alphonsus Vivaldus *in Candelabro aureo tit. de absolutione num. 52.* Navarr. *in Manuali cap. 27. Miscell. 1. nu. 366. vers. quintum* Card. *Clem. dudum de sepult.* his potissimum argumentis.

Primo, Cardinalis sancti Sixti testatur quibusdam suis Epistolis Gregorium 13. respondisse Borromeo, & Paleotto Cardinalibus, regulares hoc amplius non posse virtute suorum privilegiorum, idque ex sententia sacræ Congregationis ad declarationem Concilij Trident. quod postmodum in Synodo Mediolanensi usu receptum est *Concil. Mediolanen. 3. de pœnit. sacram. pag. 25. Borrom. in instruct. pastor. pag. 153.*

Secundo, Innocent. 6. & Clem. 8. suis Iubileis concedunt regularibus casus Episcopis reservatos, ergo extra jubileum hi casus eis concessi non videntur.

Tertio objicitur Clem. dudum de sepult. & Clem. 1. de privileg. quibus probari videtur non esse maiorem autoritatem regularium quam parochorum.

Veruntamen, placet magis affirmativa sententia, pro qua non desunt rationes nixæ gravibus autoritatibus *Ambrosius Carolus in disputatione de ministro Sacram. art. 16. & 91. Navarrus Fumus Henriques Medina allegati apud Vivaldum d. tit. de absolutione nu. 27. 32. & 35. Delrio de Magia lib. 6 ca. 1. sect. 3.* Idque indistincte verum in foro interiori, in foro vero exteriori nisi Episcopus casum sibi reservasset addita excommunicatione latæ sententiæ *Fumus verb. absolutio num. 21. usque ad nu. 26. in aurea armilla Delrio disquisit. magic. lib. 6. cap. 1 sect. 3. H.*

Probatur hæc conclusio, quia casus Episcopales sunt minores casibus Pontificiis

cum

tum ergo Pontifex concedat suos qui majores sunt, videtur enim concedere minores *cap. cui conceditur de reg. iur. in 6. Præses in locis legalib. loco à maiore ad minus, & è contra, & à concessione cedentis ad consess. anteced. & è contra.*

Secundo, Pontifex his privilegiis concedit, ac quasi delegat eandem auctoritatem atque potestatem quam habet absolvendi à casibus Episcopis reservatis *glo. c. 7. de pœnit. in 1 arg. Clem super Cathedram de sepulturis.*

Tertio, facultate eligendi confessarium concessa qui absolvat ab omnibus casibus, is absolvere etiam poterit à casibus Episcopalibus *Vivaldus ubi supra nu. 37. & 52.* Ergo eadem ratione & maiori idem operabuntur privilegia religiosis immediatè à sancta Sede concessa.

Quartò, quia (utar verbis P. Delrio *ubi supra*) nec Concil. Trident. nec Greg. 13. privilegia hæc quoad omnes ubique religiosos apertè revocarunt, quod erat necessarium *Vivald ubi supra n. 35.* De Concilio Trid. id fatetur Vivaldus *n. 40.* illud c. 7. sess. 4. tantum tribuere Episcopis facultatem reservandi casus quoad suos subditos, sed regulares isti non sunt illorum subditi, sed immediate subjiciuntur Sedi Apostolicæ, quemadmodum late supra notavimus *lib 1 quæst. 17 per tot.*

Unde etiam infert idem Vivald. Bulla Pij IV. quæ Conc. Trid. additur non esse revocatum hoc privilegium, eo quod mare magnum duntaxat in hac Bulla revocatur quoad ea in quibus repugnat Conc. Trid. Concilium verò non invenitur religiosos quoad hoc ordinarij subjicere, nec etiam revocare hæc eorum privilegia, quare non repugnat hoc quædam privileg. Concilij decretis, nec est à Pio V. revocatum, quoad Gregor. vero 13. idem Vivald. *n. 44.* optime ostendit idem dicendum, nempe nusquam ulla Bulla vel motu proprio dicta privilegia revocasse, imo illa qua privilegia concessa per Pium V. religiosis videtur restringere, hæc de quibus agimus in suo robore relinquit, cum ait eam deinceps atque decisionem pro subjecta materia futuram esse, quæ sive ex iure veteri, sive ex dictis sacri Concilij decretis, sive alias ante dictarum litterarũ & constitutionum editionem erat, & si ipsæ non emanassent, futura fuisset, ad quam dispositionem & decitionem suumque pristinum statum illa omnia reducimus, cum ergo antiquo iure religiosi habeant facultatem ab omnibus his casibus absolvendi *Clem. dudum de Sepulturis* in quo revocatur & annullatur extravag. inter cunctas de privilegiis (dummodo sint juxta Concil. Trid. Episcopo præsentati *sess. 4. c 7.* neque hoc illis Concil. Trid. ademerit, & Greg 13. verbis illis omnia sicut erant ante Pij V. constitutionem reliquerit, consequens est, ut per Episcopos huic privilegio sine nova Pontificis Max. permissione derogari non posse, cum in superiorem suum Episcopum Episcoporum jus non habeant.

Ad argumenta paucis respondeo, ad primum Confessionem sanctæ memoriæ Bolomeo factam personalem & privilegiatam esse, proinde non extendam de persona in personam, nec de loco ad locum *cap. quod alicui de reg. iur. in 6.*

Ad secundum, negamus peculiariter tempore iubilei concedi regularibus casu reservatos, sed indistinctim quibusvis alijs sacerdotibus.

Ad tertium, in iuribus ibi allegatis quando Papa negat religiosis majorem potestatem quam parochis, loquitur tantum in alijs rebus, non vero in pertinentibus ad sacramentum pœnitentiæ, & in Clem. 1. de privileg. vetat tantum regulares absolvere sine privilegio ab excommunicatione iuris reservata *v. Silvest. verb. excommunicatio 7. casu 14. Tabiena excommunicatio 5. casu 5. Caiet. eod. verb. cap. 64. Navar. in Manuali cap. 27. n. 101*

QVÆSTIO LXXVII.

An si Episcopus Regulares sibi præsentatos admittere nolit, possint non obstante reiectione vacare confessionibus audiendis.

SUMMARIUM.

1. *Consensum non sufficit petere, nisi impetretur.*
2. *Aliud in præsentandis & quibusdam alijs casibus.*
3. *Expedit iura iuribus concordare.*
4. *Posteriores leges declarantur per priores.*
5. *Ratione moræ receditur à communi iure.*

1 DUbitandi occasionem præbet textus Concilij Trid. *sess. 23. c. 15. de refor.* disponens regulares quamvis exemptos, præsentandos esse ordinarijs antequam confessionibus vacare possint, nec satis videtur præsentare, sive nominare, nisi consensus & autoritas ordinarij impetretur *glo. Clem. dudum §. ac deinde in verb. præsentare de Sepult.*

Quia ut latè probat Peckius de testam. coniug. *l. 3. c. 2. n. 1.* cũ requiritur alicuius consensus, non sufficit petere, nisi impetretur, paria enim sunt non petere, vel non petere, & non impetrare, *l. 2. C. de in ius voc. glo. quam sit de elect. in 6. Gem. in cap. si religiosus de testam.*

2 Verum, omissa superfluitate disputationis concludo cum Navarro in Manuali *c. 27. miscell. 1. n. 263. vers. tertium* quod Episcopo nolente sine iusta causa admittere præsentatos, eos posse omnia perinde exercere atque si admissi & autorati essent, nec videtur obstare Concil. Trid. *d. c. 15.* Tum quia hujusmodi præsentatus, & sine causa ab Episcopo reiectus, habetur pro approbato, ad instar regularis petentis licentiam transeundi ad strictiorem regulam, quæ si sine causa negetur, habetur pro donata *cap. licet de regul. arib.* qua de re vide supra *eod. lib. cap. 12.* Et ad instar etiam Abbatis, qui si ter petat benedictionem ab Episcopo, si Episcopus eam neget, Abbas habebitur pro benedicto, seu benedictio habebitur pro concessa *c. 1. de suppl. negl. prælat.*

prælat. Navar. d. n. 264. Tum quia Conc. Trid. non videtur derogavisse iuri communi, & conciliari nequit Concilio Lateranensi, quod opus esse abrogationem iuris aut concilij tradit Fel. *c nonnulli de rescr. & diximus satis supra lib. 1. quæst. 50. num. 33.*

Tum quod expediat jura juribus concordare *c. cum expediat de elect. in 6.* post- 3
sunt autem hæc iura commodè concordari, dicendo quod Conc. Trid. limitetur per alia duo prædicta ob rationem specialitatis, quæ colligitur ex eis verb. ad frænandam aliquorum Episcoporum duritiem *ind. c. 1. de suppl. negl. prælat.* Cum & 4
posteriores leges declarentur & limitentur per priores *l. sed & posteriores ff. de legib.* 5
Tum postremò, quia si expectanda esset licentia Episcopi, mora forte esset periculum allatura *Abb. cap. cum in veteri col. pen. de elect. Peckius d. ca. 2 n. 2.* quo casu recedi solere à iuris solemnibus superius in alienatione rerum Ecclesiasticarum tradimus *lib. 4. quæst. 1. numer. 8.*

QVÆSTIO LXXVIII.

Ad impetrandam alicui exemptionem, an opus sit mandato.

OMissa disputatione dicendum est opus non esse, teste Navarro, à quo amplior huius articuli explanatio peti poterit *cons. 2. per tot. & signanter n. 4. de rescriptis.* Quid autem in alio genere rescriptorum obtineat, apud eundem discutitur, *d. cons. 2. & 4. nu. 2. usque ad finem eod. tit.*

QVÆSTIO LXXIX.

Adiournationes quindennales, actiones hypothecariæ, seu reales, an contra exemptos proponi possint coram iudice laico, loci ordinario?

DIstinguendum est inter Ecclesiastica bona, & temporalia: & quæstio hæc adeo intricata, ut cum Poëta dixerim:

Doctorum litem hanc fecit discordia longam. ”
Absimilemque iugis locis quæ Gordius olim. ”
Nervis atque lovis Phrygij suspendit ad aram. ”

Ideo in hoc labyrintho Thesei filo opus erit, quod in promptu ex doctissimis Navarri scriptis desumens *Navarr. in cap. novit. not ab. 3. & 6. de indic. & in com-*
ment. de usuris num. 106. Rebuff. tract. de imperat. quæst. 50. per tot. Distinguendo igitur inter Ecclesiastica exemptorum bona & meræ temporalia, sive patrimonialia

Ecclesiastica quæ erepta sunt ab omni iurisdictione nedum laica, sed & Episcopali, velut toto hoc tractatu satis probatum est; At vero temporalia, seu patrimonialia neutiquam, nec enim est in potestate pontificis ea eripere à iurisdictione judicis sæcularis, paucis quibusdam casibus exceptis, quemadmodum supra succincte probavimus *lib. 1. quæst. 5. nu. 39. Adde Navar. cons. 2. n 12. & 14. qui filij sunt legitimi DD ca per venerabilem extra eod.* sic eadem iuris proportione definitum est clericos in realibus fori privilegio non gaudere, sed penitus iudici laico subjacere *Cunen. Auth clericus vers. sed nunquid C. de Epis & cler. Auffrer. de potest. secul. super Ecclesiast. reg. 2. num. 5. & seq. & numer. 27.* quia ratione patrimonij clerici sublunt Principi, *vide pulchrè Petrum à monte in Monarchia Conciliorum tit. de Imperatoriæ Majest. origine q 4. n. 1. & 2. Navar. cons. 5. num. 1. de immunit. Eccles.* Divisum enim imperium cum Jove Cæsar habet.

QVAESTIO LXXX.

Ius patronatus si ad exemptos perveniat, ad quem spectabit institutio.

Dico paucis, ius instituendi spectare v. g. ad Abbatem exemptum in Ecclesiis sibi pleno iure subjectis, *cap. in Lateranensi ubi Abb. de præbendis*, si tamen ius patronatus ad exemptos transiret, puta cum universitate aliqua, institutio ad eos non transibit, sed manebit illius ad quem antea pertinebat, quia in eos non potest plus iuris transferri, quam habebat transferens *ca. cum sæculum de iure patronat Rochus de curte tract de iure patr. in verb. competiens alicui num. 70.* debent quippe patroni exempti ordinandos Episcopo præsentare *Paulus de Citadinis tract. de iure patronat. articulo 3. sextæ partis num. 79. quæst. 45.*

QVÆSTIO LXXXI.

Prælatus si certis casibus possit subditos subjicere ordinario, an possit seipsum,

Solutio huius quæstionis pendet ex Theoria quam tradit Io. de Lignano *Clem. attendentes de statu regular. in cap. magnæ de vot.* Petrus de Palud. *in 4. dist. Alphonsus à Casarubios in compendio privilegiorum fratrum Minorum, verb. accedere ad monasteria. vers. tandem quo ad præmissa, ubi pulchrè Corduba distinguit inter actus iudiciarie potestatis, & actus superioritatis, apud quem videri poterit.*

QVÆ-

QVÆSTIO LXXXII.

Implorato contra exemptos brachio sæculari, an pareri debeat.

SIà Papa impetratur, nemo dubitaverit, *Navarrus in relect. cap. cum contingat. remed.1. de rescriptis.* Si verò ab ordinario, aut alio qui imperium vel iurisdictionem in exemptos non habet, pareri non debet, *Barthol. Fumus in aurea armilla verb. iudex, nu.15. dixi sup. eod. lib. q.39.*

Cum enim brachium sæculare impartiturus cognoscere possit de nullitate sententiæ, sicut executor mixtus *Navar. d. remed.1. nu.8. dixi sup. lib.2 quæst. 44.* meritò executionem sententiæ nulliter in exemptum latæ subterfugere potest. Qua de re tamen valdè controverti refert Gravatius ad Vestrium *in praxi Rom. lib. 8. cap. ult. nu.4. & seqq.*

QVÆSTIO LXXXIII.

Exemptus coram quo petere poterit restitutionem in integrum.

SUMMARIUM.

1. *Restitutio petenda regulariter coram iudice rei.*
2. *Quid in exemptis.*
3. *Duo specialia non possunt concurrere circa idem.*

REstitutio in integrum coram iudice Rei regulariter est impetenda *l.2. C. ubi, & apud quem ubi Barth. Marant. de ord. iudic. par.6. act.2. in decis. n. 201.* quod restringitur, nisi Ecclesia, aut clericus restitutionem peteret; tunc enim non sortietur forum rei laici, sed Ecclesiastici iudicis, qui restitutionem petentis competens est, *Marant. d. n. 201. Franc. cap.1. num. . . de restit. in integ. in 6. Abb. cap. ad nostram de reb. Eccles. non alien. per cap. ult. de rest. in integ.* Quid autem in exemptis? Idem quod de clericis affirmasse videtur Innocentius *ca. cum sit de foro compet. Rom. sing.112.* Dum extendit prætactam decisionem ad omnem eum casum, quo quis speciali aliquo privilegio munitur, uti retulit Peckius *cap.1. ampliat.7. de restit. in integ. in 6.* At vero contrarium fusa disputatione sustinuit Barbatius *in d. ca.1.* hac potissimum ratione, quod si id concederemus, duo specialia circa idem concurrerent, quod iura non admittunt. *l.1. C. de totis promiss. l. si quando C. de inoff. testam. fuse hoc axioma explicat & distinguit Menochius lib.1. præsumpt.47. num 6. & seqq.* Siquidem speciale restitutionis privilegium concurreret cum privilegio, non sequendi forum Rei,

1

2

3

Quam sententiam Peckius *d.ampliat. 7.* tacite videtur amplecti, dum postremo eam recensuit, quippe cum Doctores plures referunt opiniones eam amplecti censentur quam ultimo referunt, licet hoc aperte non profiteantur *Fel. c. 1.nu.55.vers. 4.nota, de constit.glo.l.qui filium ff.ad Trebel.Rom.cons.13. Bald. c.1. an apud iudicem vel Dominum Caroc.sing.3. 6.* Quæ opinio Barbatij, etiam si vera esset, non procederet in ea specie exemptorum, qua neque passivè neque activè alterius iurisdictionem prorogare possunt, de quibus abunde supra *lib. 2. quæst. 5* qui exemptione gaudere clerum secundarium diœcesis Leodiensis ibidem tradimus.

QVAESTIO LXXXIV.

Exemptiones universales, an motu proprio, an ad postulationem concessæ præsumantur.

PRivilegia præsumi ad postulationem partium concedi regulariter traditum est. *DD. ca. si motu proprio de præbend. in 6. l.1. C. de petit. honorum sublatis lib. 10.* quæ regula restringitur in exemptionibus universaliter concessis, quemadmodum libro secundo *q.19. n.5. in fin.* notavimus, eæ enim motu proprio, sicut & cum fit mentio meritorum, concessæ esse præsumuntur *Rebuff. de privileg. scholar. privileg.178.* quod confert ad multa, sunt enim multæ inter privilegia motu proprio & ad postulationem partium differentiæ, de quibus post Rebuffum *d. privileg. 178.* affatim per DD.

QVAESTIO LXXXV.

Princeps an manum injicere possit, seu rationem exigere coram ordinario ab Oeconomo suo qui exemptus est.

SUMMARIUM.

1. *Princeps iudex est suorum subditorum.*
2. *Generali dispositione Papæ non comprehenduntur exempti.*
3. *In causis feudalibus Princeps est iudex suorum subditorum.*
   Laicus punit clericos in officio coram se delinquentes.
4. *Clerici ratione administrationis subjiciuntur Principi.*
5. *Diverso iure quis censeri non debet.*
6. *Princeps si imploret brachium sæculare an parere debeat.*

PRo affirmativa est, quod Princeps cum actoris partes sustinet, iudex sit suorum subditorum, nisi icto fœdere seu privilegio aliter statutum sit.

Fel.

Fel.c.cum veniſſent num.5.& Abb.cap novit.num.6.de iudicijs latè Reſtaur. de Imper. num.4.& num.fin. Deinde,quod ſub reſervatione aut generali diſpoſitione Papæ non comprehenduntur Principes cap.fin.ubi DD. de off.deleg. in 6.cap. ne aliqui de 2
privileg.in 6.Reg Cancell.Innocentij octavi ubi Gomeſ.& Iulij 2.parte 9.Spec.de reſcript. §.ratione autem cauſæ num.5. non enim ſi ea ſolet extentio ad maiora expreſſis cap. Sedes Apoſtolica ubi Compoſt.& DD. de reſcript.dixi ſupra lib.2 q 2. nu.11. Et ea quæ ſpeciali nota digna ſunt,niſi ſpecialiter exprimantur cenſentur omiſſa l. item apud la-beonem §.editum ff.de injurijs Compoſt. ca.Rodolphus de reſcript. Videmuſque clericos ratione adminiſtrationis rerum ſæcularium coram iudice laico conveniri poſſe Pa-pon.tit.de Iuriſd.temp.ſup.perſon.Eccleſ.areſt.6.Maynard.notab.quæſt.lib.2. cap.1.nu.3. tom.1.

Præterea Princeps in cauſis feudalibus iudex eſt clericorum, qui alioquin divino 3
iure exempti ſunt. DD.cap. extranſmiſſa cap.verum de foro compet. cæterorum de iu-dicijs Auſrer.de poteſt.at ſeculari ſuper Eccleſſ Reg.2 limit.1.num 2.& ſeqq. Gaill lib.1. obſ.30.num.5.& ſeqq. Ergo,ab identitate rationis idem hoc in caſu iudicandum,cum vaſalli & exempti iudicentur aparij dixi lib.1.qu.45. nu.5. Æquiparatorum enim idem eſt iudicium,eademque iuris diſpoſitio dixi lib 4.quæſt.54.numer.4. Præſes in loci legalibus loco aparij. Poſtremò,ſæcularis iudex punire poteſt clericos exemptos in officio,quod ab eis habent,delinquentes Auſrer.de poteſt. ſæcula. ſuper Eccleſiaſt. reg.1.limit.2.v.ſupra lib.2 qu.45.nu. 7.& 107.ergo, & œconomum qui deliquit in ſua œconomia,potiſſimum attenta hæc exemptionum materia , quæ eſt iuris odio-ſiſſimi,& reſtringenda,ac contra quam in dubio ſemper eſt iudicandum, veluti ſu-perius ſatis traditum eſt lib.1.qu.4 per tot.& ita in Capellanis ducis Burgundiæ In-nocent.3.reſcripſiſſe comperimus cap. cum capella ducu Burgundiæ de privilegijs quod Bartholus eodem ſenſu alibi quoque explicavit l. beneficium num.5. ff.de con-ſtitut.At vero negativam probare videtur Bertachinus tract.de Epiſcopo lib.4. part.1. numer.21.

Clerici enim ratione adminiſtrationis & œconomiæ quam ſub Principe geſſe- 4
runt,ab eo puniri aut inquietari coram iudice non ſuo non poſſunt gloſſ. & DD.ca. dilectus de appellat.Bertachinus d.nu.21,ergò ab Analogia,nec exempti d.qu.45.num.5. quippè quod ipſi magis Papæ ſubjiciuntur , quam clerici,aut alij ſuis judicibus dixi ſupra lib.1.quæſt.5.num.9.& lib.4.quæſt.27.n.2. Si id autem de quo minus ineſſe videtur ineſt,& id de quo magis,Præſes loco à minori. Accedit quod reſpectiva illa qualitas per quam uti œconomus alteri ſubjicitur (de quo abunde præſes in locis legalib.loco A tanquam) locum ſibi non vendicet in exemptionibus perſonalibus DD.d.cap. cum capella,dictum eſt ſupra lib.2.quæſt.45.numer.1.& ſeqq. ne quis diver-ſo iure cenſeatur l.cum qui ædes ff.de uſu.cap. Rochus tract.de conſuet.numer.203. Id quod in exemptionibus Cleri ſecundarij diœceſis Leodienſis Iuliana conſti-

tutione

tutione supra probavimus *lib.d.quæst.45.num.117.* Utrum autem si princeps contra exemptum imploret brachium sæculare, pareri debeat, supra succinctum notavimus *eod.lib.quæst.82.*

QVAESTIO LXXXVI.

Ecclesiarum appellatione, an monasteria comprehendantur.

NOn comprehendi testatur & probat collectarius *in cap. quid per novalem, n.7. cum add.de verb signif. per not.in cap.2.de supplend.negl.prælat. Archid.cap.2. de Bigamis.10. And.cap.clericis de immunit. Eccles.*

Id quod verum est in materia odiosa, qualis est subiecta, uti abundè alibi probatum est *lib.1 quæst 4.per tot.* At verò in favorabilibus, iecus est, *Hugo dissutus in add. ad collect.d.n.77. Abb.c.2.n.1.cum add.de consuet.10 And.c.2. ubi DD.de rest, in integ.in 6.Card.Clem.2.q.3.de iudæis.* qua de re ne sim fusior, videatur Abbas *d.n.1.*

QVAESTIO LXXXVII.

Utrum in re modica impetrari possit à Pontifice rescriptum contra exemptum.

SUMMARIUM.

1. *Minimæ & maximæ causæ æquiparantur.*
2. *Excommunicari quis potest pro summa modica.*
3. *Rescriptorum definitio.*
4. *Actoris est eligere iudicem rei quem vult.*
5. *Modica summa quæ sit.*
6. *Recurrendum non est ad superiorem si plus expendendum esset quam valeat causa.*
7. *Impensa faciendæ non est quamvis non patitur.*
8. *Minimis in causis maiores adiri iudices non debent.*
9. *Circuitus evitandus.*
10. *Expensæ profusæ non sunt restituendæ.*
11. *Frustra fit per plura quod potest fieri per pauciora.*
12. *Rescriptæ ad lites surreptitiæ ope exceptionis eliduntur.*
13. *Ipso iure nulla sunt si calliditate & astutia verborum impetrentur.*
14. *Damnum proximi impediendum.*
15. *Expensæ delicatæ non sunt reddendæ.*
16. *Necessarium triplex est.*

Exor-

EXordiente hoc anno 1607. M. Ioannes Hennin. Curiæ Leodiensis procurator in re forensi & litteraria versatissimus mihi proposuit, num pro debito sex Ernestorum recta via possit adiri Pontifex, impetrarique ab eo rescriptum ad lites contra exemptum, qui hujus summulæ debitor est. Examinanti hanc quæstionem multa utrimque occurrerunt, qui mihi eam dubiam atque controversam reddiderunt, si quidem pro affirmativa parte stare videtur.

Alexandri 3. constitutio *cap. de appellationibus de appell* per quam minimæ & maximæ causæ eadem pensantur trutina, in illis enim non secus quam in his iuramentum calumniæ *Abb. cæ. 1. nu. 14. de iuram. calumniæ* appellationesque interponi permissum est, quippe quod omnis actio fundetur non super præcisa quadam quantitatis læsione, sed duntaxat super iniquitate & iniustitia jus suum alteri non reddentis *Abb. Franc. Collect. & novissimè Io. VVamesius d. c. de appellat.* ut non immerito traditum sit, etiam pro gallina iudicium posse interponi §. *Gallinarum ubi* DD. *inst. de rer. divis. Navarr. in Manuali. c. 17. nu. 4. vers. secundo & in cap. fin. 16. quæst. 6.* & censuras excommunicationum pro summula duorum regalium fulminari *Navar. d. cap. 17. num 3. vers. quartum in fine Gregorius Sayrus in Thesauro Theologiæ moralis lib. 1. cap. 9. num. 8. & seqq tom. 1.* ac consequenter rescripto iudicem posse impetrari. Cui enim conceditur consequens, conceditur etiam antecedens *l. 2 ff. de iurisd om. iud. Præses loco à consequenti ad antecedens.* Æquiparatorum enim idem esse iudicium traditum est *supra lib. 4. qu 54. nu. 4* Accedit quod per rescripti impetrationem, ne latum quidem unguem recedatur à iure communi, nihil enim illud aliud est quam id quod secundum ius commune supplicanti de iure suo respondetur *Barth. & DD. l. benefic. de constit. principum glo c. 1. verb. noscitur de constit. in 6.* pertinetque ad iustitiæ executionem sive administrationem *l. 2. C. si contra ius VVesemb in parat. Cod. tit. de diversis rescriptis num 1 & 2.* Aut secundum alios. *Abb. in Rubr. de rescript. n. 3.* est jussus principis, ut secundum observantiam iuris communis de debitione seu obligatione cognoscatur. 1 2 3

Postremò, cum Reus plures habet iudices, pro arbitrio & electione est actoris, coram quo suam instituat actionem, *Abb. cap. cum sit generale nu. 2. & glo. cap. de foro compet. & in l. fin. C. ubi in rem actio*, & cum plures sunt agendi viæ, electio est actoris *Faber* §. *fui ubi* DD. *inst. si quadrupes pauperiem*, etiamsi una via sit reo altera incommodior, & actori non tuctuosior, vel utilior, quia alteri benefacere alteriusve utilitati providere nemo compellitur *glo. cap. ad reprimendam de officio ordinarij Decius l. culpa caret n. 8. ff. de reg. iuris Io. Francisci pavinus tract. de usitatione par 1. qu. 10 num. 77.* & nemo male facit, qui id quod facit lege permittente facit, *l. nullus videtur l. nemo damnum l. non videtur ff de reg. iur.* Itaque cum Papa sit diœcesanus totius orbis *dixi supra lib 1. quæst. 4. numer. 6.* & præsertim exemptorum qui ne sint Acephali, et immediate subiecti sunt, videtur quod iure in eorum causis 4

adiri possit, his alijsque rationibus quas sparsim hactenus attulimus.

At vero, pro negativa stant aliæ non parvo agmine rationes, & quidem in primis, quod hac in Hypothesi sit exigua, modica, & minuta summula, utpote quæ nondum ad sumptus iudiciales, sed ad rescripti Imperationem non sufficiat, *c. anteriorum*
5 *§. illud 2. quæst. 6. DD. d. cap. de appellat. Corsetus tract. de minimis par. 1. num. 1. & seq. & §. anteriorum. ubi etiam DD. Auth. de appellat. Menoch. de arbitr. iud. Cas. 145. n. 2.*

6 Porrò, iure traditum est, si per recursum ad superiorem plus expenderetur, quam sit valor causæ, quod recursus haberi non debeat, *Barth. l. mediterranei. num. 6. C. de annonis & tributis lib. 10. Corset. d. tract de minimis parte 1. numer. 10. vers. decimo sexto.*

7 Tum quia nunquam facienda est impensa, quam res non patitur *l. si servos ff. de pig. act. franc. d cap. de appellationibus in fine latè & eleg. Corset. Sing. incip. Expensa, tum* ne propter modicam rem aliquis cogatur sustinere magnam, & damnosam actionem *§. ut autem Auth de fide instr. Spec. de feudis §. quoniam vers. 22. Corsetus d. par. 1. vers. 23. Peckius de iure sistendi cap. 5 num. 20.*

Insuper, dispositione non modo iuris civilis *d. §. anteriorum & Auth. nisi breviores C. de sent. ex peric. reat.* sed & Canonici *d. cap. anteriorum §. illud 2 quæst. 6. ubi Card. nu.* 10. traditum est minimis in causis, maiores iudices adire non posse, nec etiam in eis iuramentum calumniæ præstari *DD. cap literas de iuram. calum. Peck. ca. l. in pr. vers.*
8 *limita 4. eod. tit.* nec appellationem ad Papam interponi. *Aufrer. in repet. Clem. 1. nu. 54. vers. ad quartum de offic. ord. fol. 59. d. cap anteriorum ubi Card. nu. 10.*

Deinde frustra aditur Pontifex, cum capitulum cui exemptus subest, justitiam administrare paratum est, velut non admodum alienè ab hac materia per Clement.
9 5. pridem rescriptum est. *Clem. auditor. de rescript.* Idque ut circuitus omnis eviteur *l. Dominus testamento ff. de cond. indeb. glo. d. Clem auditor verb. circuitus latè massa Galesius ad formulam eam oblig. tit de præambulis processus quæst. 4. per tot fol. 181.*

Proinde, si creditor post posito capitulo & via compendiosiore, quæsivit ambages, est quod sub temeritati expensum ferat, expensæ enim profuse & immoderatè non
10 veniunt etiam victori refundendæ *l. properandum §. si quidem verb. consueto modo C. de iudicijs cap. cum dilecti in fine de dolo & contum Abb. cap. fin. num. 28. eod. tit. Iacob de Arena tract de expensis num. 21. Federic. Schenck. num. 16.* diligenterque dispiciendum est à iudice (inquit Vlp.) ne creditor nimium onerosus audiatur *d. l. si servos in fin.* Adhæc, partes creditoris in eo primum versari debuerunt, ut à capitulo cui debitor immediatè subest, iudicis dationem justitiæque administrationem postularet *v. supra lib. 2. quæst. 8. num. 10. & 11. & lib. 2. qu. 45. nu. 63.* quo prætermisso nõ
potuit præpropere ad Pontificem in negotio tam levi convolare *d. cap. anteriorum*
11 *§. illud ubi Card nu. 10.* est enim circuitus evitandus. *d Clem. auditor* cum frustra sit per plura, quod fieri potest per pauciora *l. 1. ff. quod Metus causa l. ampliorem §. in re-*

futatorijs

futatoriis C. de appellat. Unde consectarium est, quod creditor expensas rescripti suo debitori imputare non possit, seu agere ut ad earum refusionem condemnetur, tum quod rescripta ad lites surreptitiè obtenta ope exceptionis enerventur *Fel. cap.* 12 *ad audientiam & 2 nu.17. & seqq. de rescript. ca. cæterum cap. super literis eod. tit. Menoch. de arbitr. iudic. casu 201. & 202. Vantius de nullitate sentent. ex defectu iurisdict. delegata nu.58. & 60. Navarr. cap. si quando prælud.1. num.1. de rescript.* tum quod licet exceptio surreptionis regulariter adinstar declinatoriæ ante litis contestationem proponi debeat, *Abb cap. super eo num.10. ubi glo. & Franc. de appellat.* ex quo validum sit rescriptum si exceptio non opponatur *dixi supra lib.1. quæst.50. nu.* 29. attamen, cum rescripta calliditate & involucro verborum impetrantur, tunc non modo 13 exceptionis ope, sed etiam ipso iure non subsistunt, ita ut de hoc defectu & vitio semper opponi possit *Fel. d. cap. ad audientiam num.18. Abb. d. num.* 10. *& in cap. licet num.21. & seqq. de probat. Compost. cap. super literis de rescr.* DD. *l.1. C. si ex falsis instrumentis iudicatum sit.* ejusmodi enim impetrans est in dolo *l. ea quæ §. dolum ff. de contrab. empt.* Quare non debet præstare impedimentum, quod de iure non sortitur effectum *c. non præstat. de reg. iur. in 6.*

Accedit, quod creditor rescriptum Impetrando à Pontifice nulla necessitate adactus, causa fuit profusarum harum expensarum, quas suæ culpæ aut prodigalitati imputare debet, ex quo supplicando capitulo, aut Nuntio Apostolico, qui hanc facultatem habet, eas sine suo incommodo evitare potuisset, cum Itaque, Cicerone teste *lib.1. offic.* quantum fieri citra jacturam nostram potest, studere debeamus alienæ utilitati aut damno propulsando *Menoch. lib.1. præs.4. num.* 97. *ubi dicit eum esse in dolo qui id facit quod sibi non prodest. & alteri nocet.* seu (ut inquit Navarrus *in* 14 *Manuali cap.17. num.133. vers. secundo & cap.24 num.22. &* 23.) teneamur damnum proximi etiam mediocre impedire, nisi nos reddere velimus illius succedaneos & restitutioni obnoxios *per tex. l. sententiam in pr. ubi glo. ff. ad l. aquil.* ex quo alteri facere non debeamus, quod nobis non vellemus *Menoch. d. num.97.* non est quod creditor id condicat, ad quod restituendum, si ei solutum esset, obligaretur *cap. dolo de reg. iu. in 6. l. in condemnatione § dolo ff. de reg. iuris l. ex hu omnibus ff. de cond. indebit.* 15

Postremò, expensæ huius rescripti referendæ sunt inter voluntarias & delicatas, quarum rationem iudex habere non debet *tex. notabilis l. inter quos § fin. cum l. seq. ff. de damno infecto d. l. si servos in fine Gaill. li.1. obs.151. n.1.* honestus enim modus (inquit Ulpianus) servandus est, non immoderata cuiusque luxuria subsequenda *l. ex damni in pr. ff. de dam. infecto Io. de Arena & Schenck. supra citati.*

Pro coronide dico, non fuisse necessarium Pontifici supplicare pro rescripto, sed 16 plane superfluum. Quippe apud iurisconsultos necessarium tripliciter sumitur, uti copiosius apud Navarrum explicatur *in cap. ita quorundam not. 10. numer. 2. de iudæis.*

Primo

Primo, sine quo aliquid fieri non potest, seu ad optatum finem perveniri. Secundo, sine quo res quidem fieri potest, sed non ut oportet. Tertiò, quod utile est & conveniens. Potuisse autem creditorem æque commodè & conuenienter debitum consequi actionem instituendo coram capitulo debitoris cui iurisdictio competit *not. supra li 2. quæst 47.* aut Nuntio Apostolico, cui expresse potest as data est in exemptos *per not. supra lib. 2. quæst. 2. per tot.* est satis in comperto, ita quod hic bonè melius aut utilius utili non inveniatur.

Ex quibus elucent satis responsiones ad argumenta opinionis affirmativæ, siquidem, qui sine suo incommodo non bene facit, malefacit, semper enim faciendum est quod alteri prodest, & nobis non nocet. *Menoch. d. lib. 5. præsumpt. 4. nu. 97. Carocius sing 405.*

QVAESTIO LXXXVIII.

Monachorum correctio seu iurisdictio, ad quem spectet.

SUMMARIUM.

1. *Monasteria dicuntur esse in diœcesi.*
2. *Iurisdictio alia cognitionis iudicialis, alia extra iudicialis.*
3. *Delicta alia gravia, alia levia.*
4. *Argumentum à servis filiis familias ad Monachos validum.*
5. *Prælati iurisdictionem habent accumulativè cum Episcopo.*
6. *Incorrigibilis monachus puniri ab Episcopo potest.*
7. *Item quando viget consuetudo.*

1 De ijs hic est sermo qui ab ordinaria iurisdictione non sunt privilegio aliquo Apostolico exempti, de exemptis enim satis tractatum est supra *lib. 1. cap. 17.* In qua specie itum est in varias sententias, nonnullis visum fuit omnimodam iurisdictionem spectare ad Episcopum, utpote quod illius iurisdictio extendatur per totam diœcesim, quæ monasteria etiam & Monachos complectitur. *cap. cum Episcopus. de offic. ord. in 6. cap. monasteria 18. quæst. 2. cap. quanto de offic ord. dixi supra lib. 1. quæst. 4. num. 6.* Alij id detulerunt Abbati seu prælato *cap. ult de stat. Monachorum cap. Abbates 28. qu. 2. Navarr. de regular. comment. 2. n. 63.* quem iurisdictionem quasi Episcopalem habere in suos supra notavimus *li. 4. q. 20.* adeò, ut Episcopus in eorum causis se intromittere non possit, nisi in subsidium ut suppleat duntaxat negligentiam prælati *d. c. ult. ubi glo. & d. c. quanto supra lib. 2. q 45 n. 63. & 76. & lib. 1. q 17. n. 25. lib. 4. q 30. 50. 51.*

2 Sunt qui distinxerunt inter iudicialem iurisdictionem, & extra iudicialem cognitionem, iurisdictionem iudicialem Episcopo competere voluerunt, at vero extra-iudicialem quæ concernit monasticas regulas Abbati seu prælato *Innoc. d. c. quanto*

Insuper

Insuper, quidam separant gravia delicta à levioribus, illa inquam iure communi prohibita & habentia pœnam legitimam vindicanda sint per Episcopum, hæc autem adversus particulares regulas vitæ monasticæ commissa coercioni Abbatis subjiciantur DD. *d. cap. quanto & cap. licet de offic. ord.*

Plerique in Monachis idem per omnia statuunt, quod in servis, aut filijs familias, modo tamen militet eadem ratio, & ea illis adaptari possit, quemadmodum doctè Navarrus explicavit, *Comment. 2. num. 30. & seqq. de regular. Innocent. cap. cum olim 2. de privileg.* ut quemadmodum domestica delicta intra parietes domesticos emendantur atque corriguntur, *l. respiciendum §. furta domest. ff. de pœnis l. 1. C. de emendat. servorum. & l. 1. C de emendat proping.* ita etiam monastica delicta cognitione & correctione regulari atque monastica à prælatis corrigantur atque emendentur, non modo in levibus, sed etiamsi delictum foret atrocius *cap. Ioannes de Regular. ribus*, maiorem enim habet prælatus in Monachus hos potestatem, quam Episcopus in suos clericos, *dixi supra lib. 4. quæst. 67. nu. 4* latiusque patere prælati quam patrisfamilias, aut Domini hac in re potestatem, censuit Ioannes Wamesius, *cap. reprehensibilis n. 3. sub finem de appellat.* ex eò quod prælati immediatam & particularem habent iurisdictionem in subditos, quæ generali iurisdictioni Episcopi derogat. *l. ult. C. de iurisd. om iud.* sicuti generi per speciem derogatur, *c. generi de reg. iur. in 6.* 4

Quæ quidem opinio controversia redditur ex eo quod jurisdictio prælatis competat, non privativè ad Episcopum, sed cumulativè, *Navar. comment. 2 n. 63. de regular. doctè in cons. 9. num. 3. de privileg.* de qua teoria satis à nobis scriptum est supra *lib. 1. q. 17. n. 22. & seqq.* Porrò, illud apud omnes expeditum est, quod Episcopus supplendo negligentiam prælati, iurisdictionem in Monachum exercere possit, *d. ca. quanto Concil. Trident. sess. 11. c. 8. sess. 25. c. 4. v. supra d. q. 30.* Quia tum timetur delicti impunitas, *v. supra lib 2. q. 45. n. 43.* 5

Item cessante negligentia, si Monachus sit incorrigibilis, aut vagetur, *d. c. gloss. Navarr. de regul. comment. 2. n. 24.* vel si delictum Monachi tale sit, cuius pœna modum iurisdictionis prælati excederet, ut esse degradationem verbalem vel actualem traditum est *cap. transmissam de elect. ca. degradatio de pœnis in 6.* quam etiam adversus exemptos exercere Episcopus potest, *cap. ad abolendam de hæreticis dixi lib. 2. quæst. 45. nu. 98. & 99.* 6

Præterea, si consuetudine, aut privilegio aliter introductum sit, *Navar. cons. 1. n. 2. de Hæreticis*, ita enim videmus quandoque suos ad triremes condemnare posse, *Navar. d. n. 2.* 7

QVÆSTIO LXXXIX.

Soline Prælato an conjunctim, etiam capitulo, competat coercio.

ABati seu prælato regulari sine capitulo, competit *cap. Ioannes de regularib. cap.reprehensibilis, ubi Franc.VVamesius & DD. de appellat.*

At verò, alterius speciei prælatis minimè, uti prolixiùs citatis in locis traditum est.

QVAESTIO XC.

Attentata pendente appellatione in causa exemptionis an revocari debeant.

NOn revocari, nisi semiplenè de exemptione doceatur, ex quo iuri communi contra exemptionem præsumatur, tradidit Panormitanus, à quo ampliori huius quæstionis investigatio haberi poterit, *in c.1.nu.7, de appellat.* & posteum eleganter Lancelottus *De attentatis par.2.ca.4.limit.1.n.65.& seq.fol.123.*

QVÆSTIO XCI.

Recurrens ad conservatorem pendente appellatione interposita à sententia ordinarij, an dicatur attentare.

SUMMARIUM.

1. *Quæ tendunt in favorem appellantis, possunt attentari.*
2. *Item quæ tendunt in facilioremexitum appellationis.*
3. *Quod fieri potest pendente causa principali, potest fieri pendente causa appellationis.*
4. *Aditio conservatoris & appellatio sunt remedia tendenti ad eundem effectum.*
5. *Pinguius remedium est adire conservatorem, quam appellare.*
6. *Probatio per privilegiũ est evidentissima.*
7. *Remedium aliud alio pinguius potest semper adiri.*
8. *Defensionibus pluribus uti est permissum.*

DEcisionem adfert Quintil. Mandos. *in praxi commissionum, commissione attentatorum 14.gloss-ult.quæst.4.& tract.de inhibit. quæst. 21.* dum tradit non obstan-

obstante appellatione & inhibitione à rota obtenta, aliud tribunal pro iure appellantis conservando aditi posse citra vitium attentati, id quod haud dubiè iuri & æquitati consonum est. Quippè, quod licet in præiudicium appellationis nihil veniat attentandum *tit. ff. nil innovari appell. pend.* Nihilominus tamen ea omnia, quæ tendunt in favorem & utilitatem appellantis, non obstante appellatione attentati & ad instantiam appellationis explicari possunt *Innocent. cap. quia propter de elect. Socin. cons. 45. col. 3. vol. 1. Marant. de ord. iud. par. 6. actu. 2. in decisorijs n. 181. Lancelott. de Attentatis par. 2. cap 12. limitatione 4. n. 1. & seq. fol. 262* nempe quod ea tendere dicantur in faciliorem exitum appellationis *Mandos. de inhibit. quæst. 102. num. 7. Duennas reg. 42. limit. 17. Marant. d. actu 2. num. 185.* quæ appellanti prohiberi non debent, alioquin enim appellatio concessa in favorem converteretur in læsionem *c. quod ob gratiam de reg. iur. in 6.* 1 2

Insuper, quodcunque pendente causa principali fieri potest, illud etiam citra vitium attentati in causa appellationis expediri permissum est, *Abb. cap. pastoralis num. 3. de iure patr. Marant. d. actu 2. numer. 164.* ut proindè cum licuerit in prima instantia ad conservatorem recurrere, idem etiam licere in sequentibus instantijs disendum est, idque quia gravamen est successivum, quo durante citra aliquam temporis circumscriptionem provocare, superioremque adire permissum est, *Marant. d. actu 2. nu. 205.* 3

Paucis, aditio conservatoris & appellatio, sunt remedia tendentia ad eundem effectum, cujusmodi iuxta receptam doctorum sententiam cumulari possunt *latè Abb. cap. ex parte M. n. 9. de rescript. Peck. de iure sistendi cap. 4. n 19.* 4

Imò pinguius & utilius est conservatorem adire, quam ad appellationis præsidium convolare, tum quod conservatori multa privilegiatè concessa sunt, quæ ex diplomate conservatorio probationem evidentissimam faciente *Caroc. sing. 784 latè Fel. in repert. verb. probatio. quæ fit per privilegium*, colliguntur, tum quod illius autoritas cæteros delegatos etiam à latere antecellat, *dixi supra lib. 1. 4. 39. n. 17. & 23.* est autem iuris expediti, quando remedium aliud alio pinguius est, unius electionem alteri viam non præcludere, *Abb. d. num. 9. & cap. tum ex literis numer. 18. de rest in integr. cap. cum dilecti num. 5. de emp & vend. cap significavit num 6. de testib.* sed licere pluribus remedijs, aut defensionibus uti *cap. nullus pluribus de reg. iur. in 6. l. nemo ex his ff. eod. l. nemo prohibetur ff. de except.* 5 6 7

QVAE-

QVÆSTIO XCII.

Exemptio exemptionis opposita in vim declinatoriæ, an reservari possit post litem contestatam.

SUper exceptione exemptionis in vim declinatoriæ oppositæ, statim ante litis contestationem & negotii principalis ingressum, velut super emergenti & præiudiciali quæstione *Melchior Klinck. cap. 1. n. 6. 7. 8. ubi Abb. n. 7. & DD. de ord. Cognit.* pronunciandum est, alioquin, processus, aut nullus est, opinione quorundam, aut qui præbeat appellandi causam, *Abb. d. cap 1. n. 7 Fel. cap. exhibita nu. 6. de iudic. c. suborta n. 5. de re iudicat.* Idque unica hac ratione, quod iudex super exceptionibus declinatoriis, seu præiudicialibus & negotio principali simul procedere non potest, *Melchior Klinck d. cap. exhibita nu. 18. & DD. iam citati.* quod si faciat expresse rejiciendo, aut tacite per ingressum negotij principalis *c. dilecto c. ex parte M. ubi Abb. nu. 2. & Wamesl. nu. 1. de appellat. Clem. cum à repulsione, ubi glo. de appell. cap. interposita ubi Abb. ead. tit. in decretal.* licitè appellari poterit, *d. cap. 1. & Fel. ubi supra & d. cap. interposita & DD. iam citati.*

QVÆSTIO XCIII.

Choraules Ecclesiæ exemptæ in ius coram ordinario vocati à Canonico ejusdem Ecclesiæ, an prætextu exemptionis declinare possint.

DEchori & choraulium ethymo, origine, antiquitate, & instituto nihil attinet hic dicere, Polydorus Virgilius *li. 6. de invent. rerum ca. 2.* alijque Historiarum & latinitatis assertores, hac de re videndi sunt. Itaque distinguendum est an exemptio choraulis competat æque principaliter & independenter, an verò accessoriè, & dependenter, ne actum agam, videri poterunt quæ antea scripsimus *lib. 1. qu. 17. n. 19. & seqq.* Crambe enim bis cocta mors est. Id tantum hoc loci parergos dictum sit, Choraules servitio chori designatos, habitum & tonsuram gerentes, non modo fori privilegio gaudere, sed & beneficio capituli si quis suadente diabolo, idque etiamsi revera ordine clericali non sint insigniti, qua de re Hippolitus de Bonacossa *tractatu de famulis quæst. 28. Duennas Reg. 59. ampl. 10.*

QVÆ-

QVAESTIO XCIV.

Trahens exemptum coram ordinario, an debeat cadere suo jure.

SUMMARIUM.

1. *Vocans clericum coram laico, cadit suo jure.*
2. *Vocans aliquem coram diversis judicibus cadit suo jure.*
3. *Pœna privationis non est extendenda.*

OCcasionem hujus quæstionis præbuit analogia clericorum & exemptorum, de qua hactenus sæpe *quæst. 45. n 5.* Vocans enim clericum coram judice laico cadit suo jure *cap si diligenti ubi DD de foro comp. Auth. statuimus C. de Episcop. & cler. Marant. de ord. iud. par. 4. dist. 11. num. 2. Carocius sing. 272.* ut & is secundum quosdam qui trahit aliquem coram diversis judicibus *Dyn sing. 119. Gaill. lib. 1. obs. 32. numer. 6, & 7. Fel. cap. ex tenore num 14. de rescrip. latè doctor Maria. de iurisdict. Ecclesiast. & secul. par. 4. cent. 2. casu 126. per tot.* Unde idem videbatur hoc in casu decernendum, cum æquiparatorum eadem sit ratio, dispositumque in uno videatur etiam dispositum in alio *v. supra lib. 4. quæst. 54. num. 4.* uti in extensione pœnarum tradit Iason. *§. quadrupl. n. 6. inst. de act.* 1

Veruntamen contrarium respondendum est. Quippè privare aliquem suo jure aut actione est pœna *l. si quis maior C. de transact.* Quam ad exemptionum materiam (quæ restringenda est *dixi li 1. q. 4.*) extendere non debemus, privationis enim pœna à lege dependet, quam si non imponit, nec nos imponere demus *glo. c. fin. de iure patr. late Marcus Anton peregrinus de fideicommissis art. 3. numer. 83.* Et subescimus sine lege loqui. *§ consideremus Auth. de triente & semisse l. illam in fin C. de collat.* & ita hac in facti specie Andreæ Barbatia fuit visum *in add. ad Abb. c. significasti n. 19. in verb. dicit tamen glo. de foro compet.* 2 3

QVAESTIO XCV.

Adhærentes terræ exemptæ, an exempti censeantur.

HÆc quæstio decisionem habet ex eis quæ alibi à nobis condita sunt *li 1 qu 30.* dum disquisivimus, an exemptio extendatur ad familiares exemptorum, quibus per appendicem adjici poterunt quæ de adhærentibus ab Abbate notata sunt *in cap. 1. nu. 30. ubi Apostill. de postulat. Prælat.*

QVÆSTIO XCVI.

NOn posse, videtur quoniam privilegium concedi, aut donari non potest rei quæ non est, *cap Abbate sanè de re iud. in 6.* Econtra verò concedi posse, ita tamen ut valeat, ut ex tunc, non verò ex nunc verior est opinio, & doctorum distinctio *Abb. cap. ad audientiam 2. n 4 & 5. de Eccles. edific.* Ita traditum est, quod Ecclesiæ nondum constructæ, sed construendæ legari possit. *Abb. d. num. 5. DD. ibi laudati*, & quod exemptio absenti & ignoranti etiam acquiratur, qua de re distinctius alibi, *supra lib. 1 q 7. n. 7. lib. 2 q 15. lib 3. quæst. 6.*

QVÆSTIO XCVII.

Salaria causarum agitatarum coram ordinario an ab exemptis coram eodem ordinario exigi possint.

DUbitationem movet Innocentij quarti constitutio, *in cap. 1. §. nec etiam ubi glos. verb. in causis de foro compet in 6.* Diversa est enim petitio Salarij ab actione principali, unde videtur, quod in petitione Salarij Actor forum Rei sequi debeat, *l. Actor C. de probat.*

Quare consuluit Peckius *d. §. nec etiam* prudenter facturos advocatos procuratores, notarios, fidem clientis exteri, suspectam habentes, si in loco judicij pro solutione Salarij cautionibus, vel alio modo adversus hanc difficultatem sibi prospiciant. Salaria enim, inquit, in Curia Archiepiscopali Mechlinienſi promerita exigi non possunt in eadem Curia à subditis Suffraganei, aut alterius diœcesis, per vulgatam regulam; quod Actor forum Rei sequatur, quod ipsum ab Analogia & proportione fori clericorum exemptorumque hac in exemptionis materia videtur respondendum, *arg. suprà dictorum lib. 1. q. 45. n. 8.*

At verò decisioni huic repugnant, quæ de causæ continentia & ex Concilio Tridentino, superius allata sunt; *lib. 2. qu 45. n. 106.* Posteriorem que hanc censuram Leodiensis Curiæ praxis, quæ lucerna juris est, *Rubuffus l urbs in princip. ff. de verb. signif.* & quotidianus iudicandi usus, observavit.

QVÆ.

QVÆSTIO XCVIII.

Captivus an duci possit per loca exempta.

SUMMARIUM.

1. *Captivus duci possit per loca exempta.*
2. *Suspectus de fuga exempto in loco capi possit.*
3. *Præpositus Ecclesiæ captivum repetere possit.*
4. *Captivus possit obiicere exceptionem spolij.*
5. *Captivus possit alia ex causa recommendari.*

PRima quæstio, pugnantes habet sententias, affirmativam enim est amplexus Ioannes Gallus insignis Galliæ pragmaticus, *qu. per arrestia Franciæ 224.* dum censuit posse captivum duci ad carceres per loca alterius iurisdictioni subjecta, eamque confirmat Molineus *annotat. ad eandem qnæstionem.* tum quod ductio nihil novi addat, tum quod ea sit meræ facultatis & unicuique permissa *l. via ff. de via publ. l. per agrum C. de servitut.* In eandem sententiam descendit Archidiaconus *cap. sicut antiquitus. 17. q. 4.* censens Ecclesiæ immunitatem, ex eo non violari quod quis extra eam captus per eam ducatur, violenterve extrahatur. In confirmationem esse videtur, quod censent quidam, licere captivum fugientem per alienum territorium persequi & sua autoritate propria comprehendere, *Ang. l. nemo carcerem C. de exact. tribut. lib. 10. plenius Paris. de put. de syndicatu vers. si iudex processit num. 2. & seqq. Oct. vol. 2. fol. 356. Barth. l. quod ait lex §. quod ff. de adult. ubi dicit initium spectandum.*

Verum, opinio negativa longè verior est atque communior, quam post Boerium *decis. 100. col. 2.* sequitur Navarrus *in Manuali cap. 25. num. 19. vers. tertio.* & Ioannes de Vischis *tract. de immunit. Eccles. num 52.* nixi auctoritate Concilij Triburiensis atque Toletani *cap. si quis contumax & ca. diffinivit 17. qu. 4.* indistinctè prohibentis, ne quid nocumenti damni spolij residentibus, aut receptis in loco immuni inferatur, qua in re notandum Canonem Pontificium, uti hoc dialecto, quomodolibet, quod est in jure frequens, cum Pontifex, aut legislator nullum casum vult excludi, sed omnes generali sua constitutione comprehendi, *eleganter Boer. quæst. 56. numer. 2.*

Confirmo primo, quia ductio captivi per locum exemptum incidit in eum casu à quo incipere non posset *per late not supra q. 65. eod. lib.* est autem indubitata iuris utriusque teoria, quod actus imperfectus incidens in eum casum à quo incipere non

poterat, vitiatur *cap. factum ubi Franc. & DD. de Reg. iur in 6. l. in ambiguis §. nam si novum ff. de reg. iur. l. ex pluribus §. etsi placeat ff. de verb. oblig.*

Confirmo secundo, quia quando media sunt impertinentia, aut prohibita, non datur conjunctio extremorum *arg. cap. per tuas de condit. appositis Ioannes Bruneſius tract. de ſponſalibus concluſione 2. num. 25.* Vnde locus medius sacer, dicitur impedire servitutem *l. ſervitutes §. fin. ff. de ſervit. l. qui ſella §. fin. ff. de ſervitut. ruſtic. prad.* & interruptio media præscriptionem *l. ſi quis §. illud ff. de præſcript. 30. annorum.* quam doctrinam alijs exemplis quæ hic brevitatis causa omitto idem Brunellus exornavit d. n. 25. Concludamus itaque quod deductus per locum exemptum ex eodem invitus avelli non possit. Dixi invitus, quoniam si sponte educeretur, aut etiam subdolis verbis invitatus volens egrederetur, nulla immunitati injuria inferretur *Navar. d. cap. 25. n. 21 in fin. & n. 22. poſt med.*

Difficilis autem est probatu spontanea hæc egrediendi voluntas, cum enim (inquit Vlpianus) *l. filius familias §. invitum ff. de procurat.* invitum accipere debemus eum tantum qui contradicit, verum eum quoque qui consensisse non probatur, sitque iuris explorati, quod is qui personaliter aut realiter citatur, invitus citari capive præsumatur *Lanfranc. ab Ariadno tract. de teſtib. n. 5. in fin. Bart. l. poſt legatum §. his verbis ff. de his quibus ut indignis arg. l. inter ſtipulantem §. ſi ſtichum ff. de verb. oblig. ubi iudicium reddi dicitur non invitus*; præsumptio hæc asserentem spontaneam voluntatem doriore & graviore spontaneæ voluntatis probatione afficiet *c. quia veriſimile ubi Abb. de præſumpt. Marſil. ſing. 451. l. ſi extraneus ubi Alber. Fulg. Iaſ. ff. de condic. ob cauſ. Præſes loco à veriſimili* & ita nuper in hac facti quæstione ex voto nostro sententia fuit promulgata autoritate Ioannis Galli & Archiadiaconi postposita, ille enim sine ratione loquitur, hic autem sine lege. erubescimus vero sine lege loqui §. *conſideremus Auth. de trient. & ſemiſſe l. illam in fin. C. de collat. Præſes loco ab autoritate.*

2 Secunda quæstio ex eodem fonte suborta est, in qua distinguendum putavi inter loca exempta quæ sacra sunt sacrorumve iure censentur & merè profana, in loco prioris speciei suspectus de fuga nullatenus capi potest *latè Peckius de iure ſiſtendi c. 6. n. 4. & ſeq* emanavit enim hæc exemptio à Deo opt. Max. quam violare hoc prætextu non oportet, uti ante Peckium *d. c. 6.* eleganter & piè per D. Ang. ad Bonifacium responsum est *in c. miror. 17. q. 4.* Idem respondeo etsi locus sacer nõ sit, donatus tamẽ sit immunitate loci sacri, quia privilegium concessum ad instar alterius eodem planè iure censetur ac illud cui adæquatur *latè Alvarus in conſul. Luſitaniæ conſult. 12. per tot. tom. 1. dixi ſupra li. 1. q. 17. n. 17.* Quæ autẽ loca sunt Deo sacrata, & sacri loci immunitate donata, supra notavimus *d. li. 1. q. 65.* & apud eundem Peckiũ *d. c. 6.* est enarratũ At verò, in ea specie locorum exemptorum quæ sacra non sunt, sed penitus profana consultus etiam respondi cum distinctione, an suspectus sit in procinctu seu proximo actu fugæ, ita ut in judicis venia haberi nõ possit, an verò suspicio seu actus fugæ

non

non immineat. Primo casu suspectus propria auctoritate in loco exempto capi potest, *Angel. l. extat ff. quod met. causa* Io. Baptist. *Caccialupus tract. de debitore suspecto q.* 4. n. 12. & 16. & q. 7. n. 2. & 3. tum quia melius est in tempore occurrere quod post exitum remedium quærere *l. 1. C. quando liceat unicuique se, aut public. devot. vindicare. vel. fin. C. ex quibus causis restit. in integ. non est necessaria.* tum quia periculum est in mora quo casu recedi tolet à communibus iuris regulis *l. de pupillo* §. *si quis vivos ff. de novi operis nunt. Gaill. li. 1. obs.* 13. 16 & 92. & *lib. 2. obs.* 130. *n.* 7. Secundo vero casu, ut iudicis venia seu potestatem in loco exempto habentis præcedat necesse est, *Angel.* & *Caccialupus locis citatis.*

Tertiæ quæstioni in qua petitur, utrum habens potestatem in loco exempto 3 captivum repetere possit affirmativè respondetur. Ratio est, quia locus exemptus, & locus extra territorium æquiparantur, *dixi supra li. 2. q.* 34. *n.* 2. & *li.* 4. *q.* 54. *n.* 2. Vnde sicut executio realis per capturam fieri non potest in alieno territorio, sed tequiri debet iudex loci *l. cum unus* §. 16. *qui ff. de bonis Auth. iudicis possid. l. à divo Pio* §. 1. *ff. de re jud. eleganter Barth. disputat.* 6. *incip. lapus n.* 8. *vers. solutio.* Ita etiam & in loco empto, æquiparatorum enim idem est judicium eademque juris dispositio, *dixi dicta qu.* 54. *n.* 4. Quò fit ut potestatem habens in loco exempto ejusmodi captivum repetere possit. *Abb. c. inter alia n* 27. *de immunit. Eccles. latè Bart. l. si cui* §. *cum sacrilegium n.* 4. *ff. de accusat. Arg. in summa verb. immunitas n.* 20. *perc. miror* 17. *q.* 4. sicuti supra tradidimus Patrem, Episc. Abb. Dominum posse vendicare filium, clericum Monachum, servum, *sup l.* 3. *q.* 8. *n.* 1. Et ita in favorem Reverendi Domini Ludovici de Berlamont præpositi Huensis vendicantis eundem Thomam le Boie fuit judicatum per Abb S. Laurentij privil. conservatorem, assessore D. Arnoldo Hocht I. V. Doct. hoc an. 1607. in Novemb.

Quartæ quæstioni, in qua quæritur, an injustè captus objicere possit capienti 4 exceptionem spolij propriæ libertatis, respondi posse, Auth. mihi responsionis hujus est Barth. *dicta disput. 6. incip. lapus per tot.* quia latè hanc quæstionem investigat, libertas enim inæstimabilis res est *l. libertas ff. de reg. iuris.* cujus tuendæ causa interdictum de libero homine exhibendo proponitur, videlicet ne liberi homines retineantur à quoquam nihil enim multum (inquit Vlpian.) à specie servientium differunt, quibus non datur facultas recedendi, quod & lex Favia prospexit, cujus dispositionem hoc interdictum non impedit, *tex. l. 1. 2. & 3 ff. de libero hom. exhib.* Quare, cum agenti opponi poterit exceptio hæc spolij, quæ dilatoria est, ulteriorem; judicij progressum impedit, secundum aurcam Doctrinam Roberti Marantæ *in speculo aureo par. 4. dist. 6. nu.* 38. 42. 43 tam diu, donec spoliatio omnia ad extremum usque teruntium fuerint plenè restituta, *Menoch. de recup. poss. rem* 1. *num.* 329. *Afflict. decis.* 19. *in fin.* ex eodem fonte emanat, quod traditum est injuste excommunicatum excipere posse actorem non audiendum, nisi ei restituatur communio hominum,

num, quia iniquè per excommunicat. spoliatus est *Geminianus c. 1. in fin. de restit. spol. in 6. glo. c cum inter de except.*

5 Quintæ quæstionis solutionem tradit idem Bartholus *d. disput. 6.* dicens quod injustè vel nulliter captus, non possit à quoquam recommendari, sed pristinæ libertati sit restituendus, de qua materia ubere Farinaceus *in pract. crim. li. 1. tit. 4. qu. 27. n. 154. & seq. Sasius l. cum unus n 10. & seqq ff. de bon. autor. iud. poss. Bartholus d. disput. 6. & in l. 2. §. 1. de cust. reor. Peckius de iure fisc. c. 49; & alij non pauci.*

QVAESTIO XCIX.

Castrum exemptum à jurisdictione civitatis, an gaudere debeat statutis & privilegijs civitatis, eaque observare.

VIdetur quod non, quia ejusmodi castrum æquiparantur civitati *l. imperium ubi Barth ff. de Iurisdict. iud.*

Veruntamen dicendum est contrarium, ita enim respondit Alex. *cons. 151. col. 2. vol. 2.* quem secutus est Alciatus *in cap. quod Sedem numer. 92. de offic. ordin.* Idque, nisi tale Castrum alteri uniretur *Barth. l. si convenerit § si nuda ff. de pignor. act. ubi supra.*

Quid autem si in castro essent particularia statuta, dicaturque, quod deficientibus statutis Castri, recurratur ad jus commune, an recurri debeat ad statuta civitatis, videatur Alciatus *d. num. 92.*

QVÆSTIO C.

Commissio tribuens ordinario iurisdictionem in exemptum, an convalidet ante coram eodem ordinario gesta?

SUMMARIUM.

1. *Initium illegitimum non confirmatur.*
2. *Nullitati causam dans de nullitate non dicit.*
3. *Dispensatio superveniens non confirmat actum ante nulliter gestum.*

QUando adest defectus iurisdictionis iudicis, si pendente lite iurisdictio superveniat ex causa de novo emergente, ante gesta non confirmantur.

1 Quia initium judicij non fuit legitimum *l. momentaneo C. qui legitimam pers. standi in iudicio Barth. l. 1. n. 4. C. qui pro sua iurisdict. & li. 1. num. 4. C ubi de crimine & utrobiq. Castren.* posset tamen obtineri commissio sanatoria nullitatis, uti docet Ioannes Baptista Marchesanus *Tract. de commissionibus par. 2. tit. de commiss. super nullita-*

nullitatibus & earum sanatoria nu. 29. 30 31. 32. 2

Ante enim gesta quodammodo approbavit, adeò ut locus sit axiomati, qui nullitati causam præbuit contra eam allegare non potest l. 1. §. si omnes ff. de ventre inspic. Rol. à Valle cons. 52. nu 12. vol. 4. Marchesan. ubi supra num. 32. Nec est ab hac materia quæstio aliena, utrum dispensatio superveniens confirmet actum ante nulliter gestum de quo Abbas cap. innotuit. 22. n. 11. de elect.

Ex eodem etiam fonte descendit: Num postulatio possit confirmari ex consensibus supervenientibus, de quo idem Abbas cap. bonæ memoriæ n. 18. & 27. de post. prælat. 3

Et an paria sint, ab initio, legitimè fieri vel ex post facto legitimè confirmari late Peckius de testam. coniug. li. 3. c. 8.

Denique, an jus pendente judicio superveniens iudicium ante confirmet. late Gabriel com. opin. lib. 2. de judicijs concl. 2. & 3. Lancelot. de Attentatis par. 2. cap. 4. limit. 20. Bero familiarium quæstionum 102 Milis in Repert. verb. ius superveniens post impetratum & DD. l mandavero 17 ff. Mandati.

QVÆSTIO CI.

Ordinarius injustè excommunicans exemptos, an actione injuriarum teneatur.

TEneri resolvit Capella Tholosana quæst. 297. glo. cap. sacra. ubi Collectarius de sent. excom Archid cap statuimus eod in 6. glo. l. iniuriarum §. item labeo ff. de injurijs Guid. qu. 324. & 393. late Navarrus Rep. c. cum contingat remed. 2. nu. 43 Idque si dolus intervenerit. glo. cap. illud 11. quæst. 3 & in cap. solicitudinem ubi Host. de appell. Milis in repert. verb. iniuriarum actione Fel. d. c. sacro. Imò etiam ad id quod interest obligari potest glo. c. temerarium 11. quæst. 3. l. illud ff. de iure iur. Bart injuriarum §. idem labeo ff. de injurijs Aufrerius ad capell. Tholos. d. q. 397.

Insuper, is etiam coram Deo sese ligat & coram mundo sese de honestat. cap. si habet sub fin 24. quæst 3. contingitque ei id de quo D. Hieronymus cap. si quis non recto 24. quæst. 3. ut is qui foras mittitur, intus sit, & ille foris, qui intus videtur retineri, quippe quod censuris & Ecclesiæ clavibus abutens, sacrilegij reatum incurrat cap. non in perpetuum 24. quæst 3.

QVÆ-

QVAESTIO CII.

Exempti an ratione portionis congruæ coram ordinario possint conveniri.

ARestographus Papon respondit posse *lib.1.des arrest. tit.8. arresto* 5. qua de re supra aliquid notavimus *eod.lib quæst.*48.

QVÆSTIO CIII.

Residens in loco exempto, an censeatur residere in diœcesi.

SUMMARIUM.

1. *Locus de diœcesi, est de diœcesi.* 2. *Conc.Trid.ubique ligat.*

QUæstionem hanc utrimque disputat Hieronymus Gonzales tract. De mensibus & Alternativa Episcoporum *glo.43.numer.180. & seqq.* eamque affirmando concludit hac signanter ratione, quod locus in diœcesi constitutus de diœcesi esse censeatur *cap.cum episcopus de offic.ord.in 6.*

Nec refert, inquit, quod locus exemptus, & extra territorium aut diœcesim aquiparantur *cap 2.ubi* DD. *de const.in 6.* Quia id similitudinarie & æquiparative tantum procedit quoad certos quosdam effectus, non autem verè *Fel cap. grave n. 2.de offic.ord.* Hinc est quod permultis in casibus quos supra retulimus *li 2.ca.45.* Episcopus jurisdictionem exerceat in exemptos, Regulariterque ordinarius plus juris habet in locum & personas exemptas suæ diœcesis, quam in prorsus extraneas *c.1.n. bi Io.Monach.num.3. & DD.de privileg.in 6 Rota decis.7 2 num 4 par.1.* Idque signanter ex dispositione Concilij Tridentini *sess.14.c.9 sess.7.c.8 sess 21.c. 3. de refor. & Rota noviss.dec.744.par.1.* etiamsi illud in provincijs inferioribus publicatum non fuisset, quemadmodum Episcopo Leodiensi pridem respondit sacra Congregatio *Sacra congregatio in declarationibus Conc.Trid. in fine fol.145.* Qua de re supra latius tractatum est *lib,1.quæst.30.per tot.*

QVÆ-

QVAESTIO CIV.

Statuta & consuetudines diœcesis, an etiam vigeant in locis exemptis.

MInimè *latè Roland. cons. 53. vol. 3. Ang. cons. 243. num. 2. Hieron. Gonzales de mensib. & alter. Episcop. glo. 43. nu. 185.* Hinc fuit responsum, quod posterius testamentum in loco exempto conditum, deroget priori condito in diœcesi, secundum formam statutariam, aut consuetudinem diœcesis *Rol. d. cons. 53. Ang. de cons. 243. Fel. c. grave de offic. ord.*

QVAESTIO CV.

Subditi ordinario an gaudeant consuetudine exemptorum,

NEutiquam, Quia ejusmodi non sunt trahenda in consequentiam, nec ad alia loca, aut personas extendenda *l. si verò §. de viro ff. sol. matr. l. quod verò ff. de legib. DD. l. 1. C. si Mulier sec. nupserit Peck. de testam. Conjug. lib. 5. cap. 7. nu. 3 vers. ad parentes.*

QVÆSTIO CVI.

An regula Cancellariæ de non tollendo ius quæsitum habeat locum in exemptione?

REgula Cancellariæ XVI. sic se habet: Item ne quis per varias, quæ pro commissionibus habendis in causis plerumque fiunt suggestiones, iustitia postponatur, idem Dominus noster decrevit & declaravit, suæ intentionis fore, quod deinceps per quamcumque signaturam, seu concessionem pro commissionibus hujusmodi per Sanctitatem suam, vel de ejus mandato faciendam, nulli sibi ius quæsitum quomodolibet tollatur. Hactenus verba regulæ, jam quæritur, an dictæ regulæ sit locus in exemptione? esse locum, nec tolli exemptionem per quamcunque Papæ signaturam, decidit Rota *in una Cæsar Augustana exemptionis de anno 1594. Iunij 13. coram Reverendo Orano*, ut videre est apud Illustrissimum Seraphinum *decis. 682.* Dictio enim *quomodolibet* in Regula apposita, includit ius etiam quæsitum ex privilegio *iuxta decis. Mohed. 82. Farinac. decis. 711. nu. 1.* quod & notavit Ioannes à Chokier Frater meus, *in notis ad d. reg. in fin.* quod tamen fallit in gratijs, quæ sui natura

natura sint præiudiciales, ut in exemptione à decimis, & ijs quæ fiunt ratione publicæ utilitatis, Seraphinus *decis.762.in fin.* denique fallit, nisi Papa derogaverit dictæ Regulæ *Seraphinus d.decis.*1082.*nu.*7. Sed an censeatur derogasse per clausulam ex certa scientia, vel de plenitudine potestatis? Licet permulti sentiant, quos affert idem meus frater *in glo.verbi tollit ius quæsitum.* derogatum censeri, verior tamen opinio Illustrissimi Seraphini, quam is quoque probat & laudat *d.decis.*1-82.*n.*9. non videri juri tertij derogatum Nam licet auctores contrariæ sententiæ velint clausulam de Plenitudine operari in præiudicium tertij, fallit tamen, nec habet locum in terminis dictæ Regulæ, in qua Papæ protestatio tollit consensum, & voluntatem ab acta gerendo, ubi ei non derogatur; & ita nulla potest alia formula introduci, per quam possit dici constare de mente Papæ, nisi regulæ faciat mentionem, & ita contra Gomes. Curt.iun. Cassand. Gozad. Gabriel. & alios decisum fuisse refert coram R.P. D. Blanchetto *in una Mediolanensi fructuum* 24. *Aprilis* 1592. in propriis terminis dictæ clausulæ, adde Cæs. de Grassis *decis.*1. *de verb.signif.*

QVÆSTIO CVII.

Quid si exemptus citetur eodem temporis momento coram suo conservatore, & alio iudice, coram quo comparere tenebitur.

CConservatores clerici secundarij diœcesis Leodiensis cognoscere tam active, quam passive in prima instantia de causis exemptorum supra tradidimus. *lib.*1.*qu.*39. hinc occurrit quæstio, coram quo comparere teneatur exemptus, si vocetur in jus eodem temporis momento, coram alijs atque alijs judicibus, videtur, quod coram conservatore teneatur comparere, cujus jurisdictionem si condemnat, contumaciam contrahet, is enim maior est alijs omnibus, potest enim autoritate, qua posset quosvis excommunicare *dixi lib.*1. *d.quæst.*39. *& arg.cap. omnes principes cap.solito de Maiorit. & obe.ubi Abb.* Mandatumque iudicis superioris impedire contumacia contrahatur, ob non comparationem coram judice, inferioris gradus. *Guido quæst.*278. *&* 443. unde fit, ut citatio Papæ excuset quemlibet alio in loco comparere debentem, *Guido d.quæstio* 276. Quid autem si quis eodem temporis momento vocetur à suo principe? Licet Principes subsint jurisdictioni Episcopali nisi speciali privilegio sint exempti, sintque hoc respectu inferiores, *d.cap.solito, & d.cap.omnes Principes*, attamen Innocentius *in cap.cum parati de appell.* censuit, quod comparere debeat, potius coram Rege aut Principe, quam coram Episcopo, *Guid. loco citato.* Summa citatus ad duo Tribunalia juste excusatur si ad maius compareat. *l.contra pupillum §.fin ff.de Re iud.ubi latè Alexand.* Sed si causa minoris tribunalis personalem requirat præsentiam, maioris vero tribunalis causa obiri possit per pro-

procuratorem eo casu comparens coram minore excusatur, si coram majore non comparuerit *l.3.§. item Divus ubi glo.ff.de testib.* DD.*d ca.cum parati de appell.& l.1.§. hi cunabulis ff.de offic.prætoris l.2.ff.de custod.Reor.* dilatari posset hæc quæstio, si usus postularet ex multis, quæ subtiliter adfert Ludovicus Romanus *cons* 47. in materia vasalli duorum dominorum, utri potius parere teneatur quo in loco notanda adfert de iure potentiori præventione, præoccupatione, Gratificatione in jure æquali, similisque farinæ non pauca.

QVÆSTIO CVIII.

Persona miserabilis, an ab exempto vocari in ius possit coram suo iudice.

SUMMARIUM.

1. *Quidam exempti vocant suos debitores, coram suis debitoribus.*
2. *Privilegia non derogant clausis in corpore iuris.*
3. *Miserabiles personæ habent proprios iudices.*
4. *Quibus non possunt renuntiare.*
5. *Neque prorogare.*
6. *Causæ miserabilium summariæ.*
7. *Quæ & quales personæ sint miserabiles.*
8. *Quid si divites sint.*

DUbitando occasionem præbet, quod hactenus recensuerimus quandam speciem exemptorum esse, cui facultas est vocandi suos debitores in ius coram proprijs eorum iudicibus, ita ut auctor non rei forum, sed reus actoris exempti forum sortiatur. An & ita privilegiati poterunt personas miserabiles evocare extra eorum provinciam, aut coram aliis judicibus, quam iis speciali iure eiusmodi personis miserabilius sunt designati.

Minime, licet enim privilegia exemptionum soleant esse amplissima, & habere clausulas prægnantissimas derogantes quibuscumque privilegiis repugnantibus.

Non tamen extendi possunt ejusmodi privilegia ut derogent privilegiis clausis in corpore juris *Castrens.* & DD.*l* 2.§. *omnes ff. de iudic Barth.& DD.Auth qua in provincia C.ubi de crimine agi oporteat Rom.cons.*497.*col.*4 *Fel.c.*1.*col.*9.*de rescript.& in c Nonnulli col.*12.*&* 26.*cod tit.* & ita fuisse à sacro Rotæ auditorio decisum in causa Magni Magistri Maltensis, qui ad suum judicem evocare volebat personam miserabilem refert Marcellus Crescentius *decis.*16 *de privilegijs.*

Habent enim personæ miserabiles speciales iudices à iure sibi designatos *l. vinea.C.quando imper.inter pupill. Abbas cap. significantib. col.*2. *in fin. de officio deleg. & in c.lisset ex suscepto col.*3. *de foro compet.* quibus privilegia extra corpus juris clausa non

sa non modo dero re non censentur, uti ante probatum est, sed ne quidem ejusmodi personæ miserabiles valentes prudentesque ejusmodi privilegio renuntiare non possunt. *Fel. c. si diligenti, n. 16, de foro compet. Thesau. ped. dec. 177. Gail. li. 1. obser. 1. n. 40.* privilegium enim illud non est miserabilium personarum, sed superioris, cujus jurisdictioni subjectæ sunt *Bened. c. Raynutius verb. qui cum alijs matrimonium. 23 par. 3. de testam.* & ideo si persona miserabilis alienum forum prorogat, nihil agit, sed potest semper ad suum forum recurrere, uti iudicatum refert Ioannes Nemsanus *in Silva nuptiali li. 6. n. 33. Afflictus in constit. statuimus q. 13. Gail. d. n. 40.* privilegijs enim quæ aliquibus ob pietatem conceduntur, non ob meritum, renuntiari non potest *Oldend. de iure singulari tit. de privilegijs pers.* nisi etiamsi assertioni huic reclamare videatur Iacobus Anthonius Marta *de iurisdict. inter Eccles. & sæcularem exercenda par. 2. ca. 21. n. 9.* Magnus enim est eorum qui vitæ sunt segnioris, uti loquitur Alciatus *l. 4 n. 63. de verb. sig. ex l. cum hi ff. de Transact.* in iure favor, & quidem tantus, ut rescriptum adversus eos obtentum non expressa miseriæ qualitate qua teneatur non subsistat *Innoc. c. significantibus de offic. deleg. Card. cons. 128. Col. 3. in fine Fel. in d. c. significantibus in verb. allegato & in repert. verb. Miserabilis persona* propterea Regula per quam actor forum rei sequitur *c. si Clericus laic. de foro compet.* limitatur in persona miserabili, quia ipsa trahit reum ad suum forum *late Anton. de Amatis dec. 105. 4. dist. 9. n. 77.* denique, eorum favore multa speciali iure constituta esse passim traditum est. *Marant. d. dist. 9.* Pro coronide, Quandoquidem hic incidit quæstio miserabilium personarum juvat nonnihil excurrere & summatim describere categoriam ejusmodi personarum.

Anthonius de Amatis in decisionib. Rotæ Marchæ *dec. 105.* refert inter miserabiles personas,

- Furiosos *l. 1. l. consilio ff. de curatore furios.*
- Infirmos
  - corpore aut animo
    - *cap. 1. in fine de postulan.*
    - *Beat. de inope debitore.*
    - *capite 9. parte 2.*
- Infantes — *Barth. l. 1. §. fuit quæsitum.*
- Expositos — *ff. ad trebellianum. Ioannes de Anania*
- Languidos — *capitulo 1. num. 24. de infant. expos.*
- Viduas
- Pupillos — *Barth. d. l. 1. §. fuit quæsitum.*
- Prodigos
- Decrepitos — *Ioannes de Anania cap. nulli, num. 19. de Iudeis.*
- Senes
- Mercatores cum sunt in mercimonijs *Anania d. n. 19.*
- Peregrinos, *Anania d. n. 19. Nevisanus d. lib. 6. n. 29.*
- Conversos, *Anania cap. iudæi, n. 8. de iudeis.*

Ex-

Exhaustos morbo, *Azo, in summa, Cod. quando imperator.*
Clericos,
& generaliter omnes qui naturali commiseratione ob fortunæ injuriam digni sunt.

Eiusmodi enim personæ in mœrore vitam traducunt teste Ovidio *l.* 1. *de Pont.*

Ipse ego fortunæ telis confixus iniquis
Pectore concipio nil nisi triste meo.

Iacobus verò Anthonius Martha, tractatu de iurisdictione inter Ecclesiasticum & sæcularem exercenda, cap. 21. Extensior est, sub eademque Cathegoria recenset

Cæcos
Leprosos,
Servientes Ecclesiis,
Mercatores gabellis gravatos,
Advenas,
Personas quaslibet Ecclesiasticas.
Virgines,
Meretrices.

Sunt enim hæ omnes personæ vitæ segnioris & commiseratione dignissimæ. Illud autem negligendum non est, & eæ personæ pro miserabilibus habendæ sint si divites sint. Sunt qui sensuerunt habendas non esse. *Spec. de instrument. edit. §. nunc aliquæ vers. 73. Petr. de Vbald. Canonic. Episc. c.* 10. Sed contrarium est verius, uti late probat Ioan Nevisanus *In Silva Nuptiali li. 6. n.* 34. *And. Gaill. l.* 1. *observ.* 1, *n.* 40. Quamvis enim ejusmodi persona sit dives, est tamen sub protectione Ecclesiæ *Nevisanus ubi supra n.* 35. Quantum enim ad effectum competentiæ iudicis omnis vidua indistincte dicitur miserabilis, quia per se non potest stare in judicio estque forensium negotiorum expers, qua de re Gelasius Pontifex *in c. licet, & cap. defensionis dist.* 87. sic rescripsit *defensionis propriæ desolatis auxilio, & qui suis actib. adesse pro ætatis infirmitate non possunt, exoratum Pontificem decet subvenire. Quia pupillis & viduis tuitionem etiam divinitas iussit impendi.* Item, *licet omnibus de nobis sperantibus non debeamus in quantum possumus nos denegare, plus tamen viduarum & orphanorum causas, & impensius ducimus exequendas Quas tueri à nobis, vel ab omnibus divina manifestat assertatio.* Denique *in c.* 1. *dist.* 87. Viduis & Orphanis Ecclesiæ præsidium implorantibus Episcopi debent adesse, & contra improborum violentias, protectionis patrocinium eis negare non debent. Porro his in locis Pontifex non distinguit inter divites & pauperes, Ergo nec nos distinguere debemus *l. de pretio ff. de Publiciana in rem actione.*

Et ubi Papa non distinguit, nec nos distinguere debemus. *Rota dec.* 9. *de concess. prabenda in antiquis per Capitulum consuluisti* 2. *quæst.* 5. *cap. solitæ de maioritate & obedi-*

obedientia Nevisanus tamen omnia hæc in judicium arbitrio collocavit d. li. 6. n. 36. uti Felinus c. significantibus. n. 6. de officio delegati.

QVAESTIO CIX.

Ordinarius utrum cognoscere possit de delicto subditi sui commisso in loco exempto.

SUMMARIUM.

1. Exemptio alia immediata, alia mediata.
2. Ordinarius inquirit de delicto subditi in loco commisso.
3. Exceptio iuris tertij non admittitur.
4. Locus exemptus & extra territorium nō procedunt à pari.
5. Neque forenses & exempti.
6. Locus in diœcesi & de diœcesi an sit idem.
7. Exemptio & subjectio qualiter acquiratur.
8. Nulla est exemptio ab omni superiore.
9. Inferiores Episcopo non habent territorium.
10. Prælatus non potest subditum ordinarij citare.
11. Sententiæ non habent vires extra territorium.
12. Differentiæ inter imperium merum, mixtum, & iurisdictionem.
13. Cathegoria meri imperij civilis seu & canonici.
14. Prælatus loci exempti subditum ordinarij punit repertum in loco suæ iurisdictionis.
15. Locus exemptus largo modo constituit territorium.
16. Habens simplicem cognitionem non habet coercionem, decisionem, neque executionem.

QUæstio hæc utrum ordinarius cognoscere possit de delicto sui subditi in loco exempto commisso, celebris est & obvia, illius enim investigandæ ac discutiendæ occasionem superius perfunctoriè attigimus *lib. 2. quæst. 45. nu. 114.*

Accidit homicidium nuper in Clausstris S. Petri loco exempto civitatis Leodiensis, unde non levis orta est altercatio utri cognitio competeret, an Præpasito S. Petri qui isti Ecclesiæ & clausstris præest, an vero ordinario homicidæ.

Cujus decisionem, ne illotis, quod aiunt manibus attingamus, præludij loco animadvertendum est, quāplures esse exēptionū species, de quibus quantum opus fuit ante tractavimus *lib. 1. q. 2.* inter quas quo ad hanc quam tractamus materiam, hæc potissima est, alias esse immediatas, alias mediatas, Illas, dico immediatas exemptiones, per quas nullus agnoscitur ordinarius quam summus Pontifex, immediata enim ideò est, quia ab omni ordinario eximit, & exemptum subjicit immediate summo

mo Pontifici. Has vero mediatas, quæ eximunt quidem ab ordinario, sed exemptum alteri cuidam Prælato subjiciunt, de utraque ante satis pro re quoque nata tractatum est *d.li.1.q.2.*

Quo præmisso dicendum est. 2

Primo ordinarium posse inquirere & cognoscere de delicto sui subditi commisso in loco exempto Pontifici immediate subiecto.

Rationem adfert Petrus de Ancharano *in repert.c.Postulasti num.45.vers.si enim aliud de foro competet*, Philippusque Francus id testatur etiam *in cap.2 § statuto nu.10. de constit.in 6.* in hæc verba: Si enim aliud diceremus, remanerent crimina impunita, si delinquentes non haberent ibi alium ordinarium quam Papam, ratione difficultatis conveniendi, item quia interest ordinarij. ut malis hominib. sua diœcesis purgetur, propter delicta autem commissa in loco exempto turbatur quies diœcesis. Ita ille, „

Confirmatur hæc conclusio evidenti hac ratione. Excepto delicti commissi in loco exempto, est de jure tertij *Francus d.num.10. vers. & hoc idem placet Baldo late Ancharano d.n.45.* quam subditus adversus intentionem ordinarij de jure communi fundatam objicere non potest, *arg. l loci corpus §. competit ff si ser.vend.c.capitulum sanctæ c. mandatum de rescriptis Petrus de Anchar.d.nu.44.in fin.* & ita etiã concludit Petrus de Ancharano, *in d.§. statuto de const.in 6 & in rep.c. postulasti nu.44. de foro competenti in decretalibus fol.26 col.3.* 3

Neque huic conclusioni obstat, quod locus exemptus, & locus extra territorium æquiparentur *Io.Andr.cap.2.de constit in 6. Feli.cap.grave nu.2.de offic.ord.scripsi sup.li. 2.qu.19.n.4. Petr.de Anchar.d c.postulasti.n.42.* Item quod forenses & exempti à pari procedant, *c.gravem ubi Abb.& Fel de offic.ord & scripsi supra li.2.q 34.n.2.* ordinariusque subditum suum extra territorium delinquentem opinione diversorũ punire non possit *Fel.ca à nobis de sent.excom. Card.Clẽ. pastor.§. deniq. de re iud v.s.l.2.q.* Tum quia anceps & perplexa est quæstio, nisi ordinarius de delicto subditi in alieno territorio commisso cognoscere possit, uti plena disput. ostendit Prosper Farinac *in prax crim.li 1 q.4.* & nos etiam supra succinctim, eandem attigimus *li.2.q.45.n.114.*

Tum quod æquiparatio loci extra territorium, & loci exempti non subsistat, nec de uno ad alium apta, concludensque semper argumentatio trahi possit, id quod plena manu consulit Federicus de Senis *cons.11.* & post eum declaravit Philippus Francus *d.§ statuto n.10.* & Petrus de Ancharano *d.cap.postulasti, nu.44. de foro competet.* & etiam nos idem supra confirmavimus *lib.4. quæstione 103. per tot.* 4

Tum quod argumentum à paritate rationis, ab extraneis ad exemptos, non procedat, quoties dari potest instantia, hoc est adferri ratio, cur in casu occurrente, similitudo, paritas, aut proportio subsistere non possit, *cap. cum Martha ubi Abbas de celebrat. missarum Præsces in locis legalibus loça à simili vers. quarto non procedit.* 5

Porrò

Potiò certum est hac in hypothesi dari instantiam, exemptosq; prout & loca exempta longe magis subjici, & recognoscere ordinarium, quam forenses aut loca extra territorium sita, loca enim exempta licet non dicantur esse de diœcesi, attamen quia in diœcesi sint sita, nemo est qui ambigat, *d.c. grave ubi DD. de offic. ordin.* & Felin. in *pr. Abbas ca. Abbatem de reseriptis*, imo etiam loca exempta, postposita differentia particularum *in* & *de* opinione non paucorum, dici possunt esse de diœcesi Felin. ad *cap. grave in pr. Imola cap. Abbatem de reseriptis & Clem. 2. col. 1. de privilegijs.* Quæ sit, ut supra cursum & velut per satyram ex diversis Doctorum utriusque scholæ Hypomnematibus deserpserimus centum & sexdecim Hypotheses, in quibus ordinarij in exemptos, locaque exempta iurisdictionem sibi possint vendicare, *li. 2. q. 45.* Longe certe magis in suum subditum in loco exempto delinquentem, Noxa enim caput sequi solet *l. licet C. an servus ex delicto*, & ut Marcus Caro testatur, nequiter factum semper durat, & reum ubicumque comitatur. Et quidem hæc succinctim quo ad prius hujus quæstionis membrum, quæ fusius deducere, & confirmare ab analogia eorum quæ à Covarruvia *Var. resol. ca. 20. lib. 2. n. 18.* Iulio Claro *qu. 38. n. 18.* Molineo *ad cons. par. §. 11. nu. 65.* Iacobo de Bellovisu *in rep. ca. Romana § confer. nu. 118. de foro compet. in 6.* adducuntur, potuissemus, nisi cum Ciceronе *Rabir. l.* longitudine scripturæ legentium mentem involveremus timuissemus.

Secunda hujus quæstionis sectio quæ consistit in ea specie, quæ ab ordinaria quidem jurisdictione exempta est, sed alium ordinarium aut quasi ordinarium recognoscit, quam Papam sibi immediatum, suas etiam habet animadversiones Etenim 7 sive ejusmodi exempti prælatum aliquem recognoscant, sive capitulum, sive quem alium privatum [uti Abbas distinguit, *ca. cum contingat nu 5. 21. de foro compet.*] qui privilegio, consuetudine, aut præscriptione, ut ante diximus *lib. 1. qu. 3.* jurisdictionem acquisiverit, dubitationem movet an eiusmodi personarum exemptarum aut locorum exemptorum judex cognoscere possit de delictis per subditos ordinarij in loco exempto commissis.

Respondendum est negativè.

8 Primo. Quia sicuti nulla dari potest exemptio ab omni superiore ne dentur Acephali, id est sine capite, aut Rectore ut sunt locustæ *dixi supra lib. 1. qu. 3. n. 16. in fine*, ita non potest dari subiectio, quæ duos superiores insolidum recognoscat. *Abbas d. ca. cum contingat, n. 18.* nec etiam consuetudine posset introduci, ut in eadem civitate vel diœcesi sint insolidum duo capita, quasi mystici corporis monstrum *Hostiens. d. c. cum contingat & ibidem Abbas n. 18. Card. Clem. fin. § ut illud. n. 4. post med. de re iudic.* quod fieret, si exemptorum locorum iudex, & loci personæve ordinarius cognoscere possent de delicto per subditum suum in loco exempto commisso *Card. d. § ut illud num. 4.*

9 Secundo, Loca exempta sunt de diœcesi, aut ut minus in diœcesi, uti ante diximus

sicti

fieri autem non potest, quod inferior prælatus ab Episcopo, habeat territorium in ea civitate, vel diœcesi qua Episcopus *Philipp. Francus cap.2 § statuto num.3. in fine de consist.in 6. Rebuff. l.pupillus, § territorium ff. de verb sig. Abb. c. cum ab Ecclesiarum num.10. in fine de offic.ord. latè Cardinalis Clem. pastoralis § ut illud n.4. de Re iudicat.* territorium enim quod à terrendo dicitur, *l. pupillus §. territorium ubi Alciatus ff. de verb.sig.* Episcopus habet in tota sua diœcesi, non vero alius prælatus ipso inferior, *Abb.d.cap cum contingat n.18.*

Tertio, subditus ordinarij, qui in loco exempto deliquit, egressus locum exemptum, si à iudice loci exempti condemnaretur, indicta causa condemnaretur, licet enim ordinarius citare possit suum subditum extra territorium existentem, ut se juri coram se in territorio sistat, *Petr. de Ancharano in repet. d c. cum contingat n.41. de foro compet. latè Cardinalis d. Clem pastoralis §. ut illud n.6. vide Ferrarien. in praxi tit. Forma inquisitionis n.30. uti distinguit.* Attamen, judici loci exempti non licet citare nolentem subditum ordinarij. Extra enim illius districtum impune ei non pareret, *l. fin. ff. de iurisdict. omnium iudicum*, nam & si quis jurisdictionem ad certum territorium restrictam extendere vellet extra illud territorium, laterem lavaret, & tale imperium contemni posset, *Wesembecius in paratitulis ff. tit. si quis in ius vocatus non venit, n.1. Philippus Fran. d. c. statuto, n.4. de const in 6.* Cùm, ne quidem sententia legitimè dicta extra territorium jus dicentis extendi possit, *Abbas cap. postulasti num.9. de foro compet.*

Quartò, clericus qui in monasterio alicujus Abbatis deliquit, non subjicitur ratione criminis Abbati, *Abb. d. c. cum ab Ecclesiarum n.10. in fine.* ergo neque si subditus ordinarij in loco exempto delinquat, idque ab Analogia de qua nos hactenus, *lib. 1. quæst. 45. num. 5. & 7. c. postulasti n.9. de foro compet.*

Et quidem hujus secundæ sectionis dicta cum mica solis intelligenda sunt, & declaranda non procedere, nisi loci exempti Prælatus, seu iudex, vel alius quispiam privilegio, præscriptione, aut consuetudine impetium merum vel mixtum, aut jurisdictionem competentem acquisiverit, *Abb. d. c. cum contingat n.15. & scripsi lib. 1. quæst. 3. & 6.*

Dixi primò, privilegio, præscriptione aut consuetudine eo sensu quem ante præmisimus, *d. q. 6. n.12.* Hisce enim modis jurisdictionem acquiri indubitatum est, *Abb. d c. quod sedem.* Subtexui secundò, de imperio mero, mixto, aut jurisdictione. Quia longe interest à mero imperio, mixtum, & jurisdictio, uti examussim explicavit Ioannes Longovallius in Parisiorum senatu causarum Patronus, *Repet. l. imperium ff. de iurisd om. iudicum* Barth. & DD *l. imperium ff. de iurisd. om. iudic.* ac Sanctius Panormitanus *in c. quod sedem num.5. de offic. ordin.* cum eo aggregatim Canonici Doctores. Et quidem, licet hi dialecti, meri, mixtique imperij à civili jure seu potius Doctorum istius scholæ hypomnematibus processerint, derivarunt tamen cano-

canonistæ eosdem dialectos, etiam ad ea, quæ sunt sui fori, *Abbas d. c. quod sedem n. 5. vers. de iure vero Canonico* uti ex Cathegoria, quæ hic adjicitur videre est.

- Merum imperium fori civilis secundum Barth. *l. imperium ff. de jurisd. om. iud.*
  - Maximum, Quod competit Principi, ut est concedere legem
  - Maius: Est animadversio in facinorosos v.g. per ultimum supplicium, aut membri absissionem, aut mortis civilem & similes pœnas.
  - Magnum, Est amissio libertatis per exsilium, aut deportationem
  - Parvum, Relegare, vel corpus acriter afficere.
  - Minus, Modica coertio.
  - Minimum, Levis castigatio.
  - Maximum: Penes Papam cui jus est condendæ legis *cap. 1. & cap. fin. de constit.*
  - Majus: Degradatio, & traditio brachio sæculari æquiparatur ultimo supplicio *Innocent. cap. qualiter & quando de accusat. Latè Ioannes de Lignano tract. de censur. Eccl. in princ. numer. 5. & 6. Oce. vol. 16. fol. 27.*
- Merum imperium fori Canonici dividitur secundum Abbatem, *cap. quod sedem de offic. ordinarij* in
  - Magnum:
    - In deportatione *cap. 1. de calum.* Detrusione in perpetuum carcerem, quod jus canonicum permittit, civile vero prohibet, *Abbas cap. novimus n. 3. in fin. de verb. sig. & Apost. ad eundem Abbatem d. cap. quod sedem in verb. in Metallum Abb. cap. tuæ de pœnis Ioannes d. Ligna. ubi supra.* Quid de damnatione ad triremes, vide Navarrum. *De regul. Com. 3. nu. 52.*
  - Parvum:
    - In relegatione & in inflictione verberum *cap. accedens dist. 50. c. 1. de calum. cap. in Archiepiscopatu de Raptoribus.* In excommunicatione, quæ relegationi comparatur, *Fel. cap. 1. nu. 6. in fine de officio delegati.*
  - Minus: In modica delicti coertione *ca. ex literis de offic. deleg.*
  - Minimum: In impositione multæ, quod & delegatus potest *c. de causis, ubi Abb. n. 3. & 12. de officio deleg. & in c. præterea eodem titulo.*

Prosequi examussim ea quæ sunt imperij mixti & jurisdictionis res esset prolixior & ab hoc nostro instituto aliena *v. Bar. d. l. imperium, ubi cæteri DD. & sig. Lingoval.*

14 Itaque ut ad institutum præsens revertar si loci exempti Prælatus privilegio, aut præscriptione quæsiverit merum imperium in loco exempto, dubium non erit, quin

quin de delicto eo in loco commisso, cognoscere, & etiam delinquentem punire possit. *Abb. d. c. cum contingat n. 15. Ioan. Gaufredus, seu Collect. ibidem vers. sed quid si.* Sed ita demum, si in delinquentem manus injecerit, nam si delinquens ibi non inveniatur, jurisdictionem in personam delinquentis non habebit, *Abb. d, c. cum contingat. n. 6. vers. si autem ibi non inveniatur c. fin. de foro comp cap. Pastoralis de re iudicata.*

Confirmo, quia locus exemptus largo modo, & impropriè constituit territorium de per se *Gemin. c. 2. n. 19. de const. in 6. Rot. novissima dec. 117 p 2. Roland. cons. 33. p. 3.* adeò quidem, ut qui ejusmodi loco præest foraneos in eo delinquentes punire possit, *Collect. Io. Andr. Host. d. c. cum contingat.* Quid autem si prælato loci exempti simplex notio, aut iurisdictio competat. Certè punire delinquentem non poterit, *Abb. d. c. cum contingat n 15.* quia ab hac jurisdictionis specie ad aliam, quæ maioris est ponderis inferri non potest, *Fel. d. c. quod sedem n. 3. & 4.* nam nec commissa causæ cognitione, executio commissa esse censebitur, *Apost. ad Fel. c. sane n. 2. de offic. deleg Gail. li. 1. obser. 1. n. 52. Abb. c. cum ab Eccles n. 4. de offic. ord.* imo neque decisio, *Abb. c. dilecto n. 2. de offic. Archid & dic. c. cum ab Eccles. n. 4.* nec ideò ejusmodi iurisdictio ei vana erit, aut inutilis, iurisdictio enim, quæ competit sine coertione, *Abb. d. n. 15.* pro executione aut iustitiæ complemento recursum habere potest ad ordinarium delinquentis, *Abb. d. n. 15.* per iuris subsidium, vel ut alii dicunt, mutui compassus, una enim iurisdictio debet per aliam adiuvari, qua de re suo loco tractavimus, & etiam de imploratione ordinarii, vel etiam cum opus est brachii sæcularis, non pauca traduntur à Felino *ca. significasti, de offic. ord. Abb. c. postulasti de foro comp.*

QVAESTIO CX.

Subditus delinquens in loco exempto an puniri à suo ordinario possit secundum ejus statuta.

SUMMARIUM.

1. *Subditi de delicto extra territorium commisso non tenentur.*
2. *Excommunicationis sententia non ligat subditum extra territorium existentem.*
3. *Civis extra civitatem delinquens punitur pœna statuti.*
4. *Ecclesia non est de territorio iudicis laici,*
5. *Laicus in ecclesia delinquens punitur à iudice laico.*
6. *Sententia particularis excommunicationis ferri potest in absentem.*
7. *Homicidium in loco exempto commissum, punitur pœna statutaria.*

DE homicidio in loco exempto commisso per civem Leodiensem, an is teneatur pœna statuta civitatis Leod, quæ dicitur transmarina. Et

Et hæc quæstio pugnantes habet sententias, uti videre est apud Philippum Francum *in cap. 2. statuto, num. 14. de constit. in 6.* & latius apud Petrum de Ancharano, *cap. postulasti numer. 26. 44. & sequen. de foro compet.* Barth. Baldum & alios doctores *in l 2. C. de summa trinitate.*

1 Pro parte negante, adfertur primò, quod subditi de delictis extra territorium commissis non tenentur coram suo ordinario respondere *cap. ut animarum §. 1. de constit. in 6. Anchar d. cap. postulasti num. 26.* dispositio enim statuaria extra territorium statuentium non extenditur *DD. d. l. 1.*

Secundò, statutum disponens super argumento vel diminutione pœnæ quoad delictum de iure communi prohibitum, videtur tantum disponere super qualitate, quæ facilius mutatur quam substantia delicti *l. in delictis §. si decreta ff de noxalibus.* Sed cum disponit de subjecto delicti, hoc est ut sit delictum, id quod jure communi pro delicto non habetur, videtur disponere de substantia delicti, quod extra territorium non porrigitur *Petr. de Anchar. d. n. 16.*

2 Tertiò, sententia excommunicationis non ligat subditum extra diœcesim delinquentem *tex. cap. 2. §. statuto de constit. in 6. Ioan. Andr. & DD. ibid.* extra enim territorium jus dicenti impune non paretur *d. c. 2. §. extra.*

At verò pro affirmante sententia, stant etiam, ut aiunt, amentatæ hastæ.

3 Prima, civis extra civitatem seu territorium delinquens, punitur pœna statuti, *l. fin. ff. de decret. abord. fac. l. mercatores C. de commerciis.*

Secunda, loca exempta dicuntur esse in diœcesi, imò de diœcesi ut præcedente
4 quæstione diximus, proinde subditus in loco exempto delinquens, statutis ordinarii sui ligari debet *Anchar. d. c. postulasti n. 14.* æquiparatio enim loci exempti & extranei hoc in casu non procedit. Tertiò, Ecclesia non est de territorio judicis laici *Franc. d. §. statuto, n. 14.* & tamen laicus in Ecclesia delinquens punitur per iudicem læcularem
5 *l. si quis in hoc genus C. de Episcop. & Clericis Franc. dict. n. 14. Auth. si quis C. de adulter. Barthol. d. l. 1. num. 47. vers. præterea si aliquis.*

6 Quartò, sententia excommunicat particularis ferri potest contra absentem in alieno territorio existentem *Franc. d. c. statuto, n. 12. c. cum sit de appel, ubi DD. c. à nobis de sent. excom.* longè magis adversus subditum in loco exempto existentem, sunt enim loca exempta in diœcesi constituta *c. grave ubi DD. de offic. ord.*

Quid autem in hoc opinionum conflictu dicendum sit, dilucide distinxit Bartholus *d. l. 1. n. 48. C. de summa trini.*

Ex cuius teoria decidi poterit quæstio, quæ usu venire potest in homicidio commisso per subditum ordinarii in loco exempto, nũ ultra pœnã ordinariam legis Corneliæ de Sicariis, teneatur ad extraordinariam illam & statuariam, quæ est in civitate Leodiensi, & banna illius Leucali, videlicet vojagium transmarinum corporaliter peragendum, ita quod si homicida reperiatur in civitate Leodiensi, vel banna

illius

illius leucali & ibi apprehendatur, antequam legitimam probationem de Innocentia,& inculpata tutela docuerit,debeat mori,seu decapitari , etiamsi post capturam paratus esse docere de defensione inculpatæ tutelæ. De qua statutaria pœna cognoscit regimentum civitatis, quod constat ex Consulibus , sexaginta quatuor iuratis,& quatuordecim scabinis coram quibus homicida sese purgare debet. De ordinaria verò pœna,ordinarii homicidæ,sunt Scabini inter laicos,officialis inter clericos.

Certè,dicendum est homicidam hoc in casu teneri ad prædictam pœnam extra- 7
ordinariam, videlicet voiagium transmarinum,ratio est,quia statutũ disponit de homicidio commisso in civitate Francisia,& Banna leucali, porrò hactenus sæpe probatum est,*hoc lib. q.*103.loca exempta sita in diœcesi , vel quod perinde est in civitate Francisia & Banna leucali, dictio enim illa *in* solet esse inclusiva *Alciat. l. si quis dixerit ff. de verb. sig. Tiraq. de retract. consang.* § 1. *glo.* 11. *n.* 74. Proindè, non refragatur argumentum à loco exempto,ad locum extra territorium , illi enim hactenus aliquoties respondimus,*d q.* 103. Similiter quoque nec argumentum à persona ad locum de quo Præses *in loco à persona ad locum.* Non enim sequitur,exemptus committens homicidium in diœcesi non punitur pœna hac extraordinaria, ergo neque subditus committens homicidium in loco exempto,obstat enim diversitas rationis, quo casu argumentatio hæc non subsistit,ut hæc & alia si opere prætium esset fusius ex doctoribus possent comprobari,latè Alciat,& DD. *l. vivum ff. si certum petatur.*

QVAESTIO CXI.

Iudices exemptorum quales habeant censuras,animadversiones, executiones.

SUMMARIUM.

1. *Iurisdictio non præsumitur.*
2. *Qualiter probatur tam ordinaria quam delegata.*
3. *Decanus & capitulum iurisdictionem pretendens ordinariam in collegijs eam probare debet.*
4. *Delegata iurisdictio etiam probanda.*
5. *Censuræ variæ usurpantur, & quid sint.*
6. *Pœnæ aliæ corporales aliæ spirituales.*
7. *Censuræ differunt ab animadversione , districtione, severitate, disciplina, pœna Canonica.*
8. *Iurisdictioni competunt quædam censuræ.*
9. *An autem ius pœnæ vel multæ indicendæ.*
10. *Vno commisso omnia commissa censentur sine quibus commissio expediri non potest.*
11. *Iurisdictio competens sine censuris non ideo est inutilis.*
12. *Iudices inferiores non habent ius incarcerandi.*
13. *Incarceratio est meri imperij.*
14. *Nisi*

14. Nisi tamen præscriptione vel aliter acquisiverit.
15. Episcopi, Legati, Papæ & alij ordinarij habent merum imperium.
16. Item conservatores.
17. An possint sibi creare apparitores armigeros.
18. Maiores judices an possint militari manu, sententias suas exequi.
19. Possunt auxilium sæculare vel alterius invocare.
20. Inferiores non possunt invocare brachiũ sæculare, nisi prius requisito auxilio ordi-
22. Maiores iudices an possint mittere in possessionem.
23. Inferiores iudices non habent ius sistendi seu arrestandi.
24. Episcopi non possunt saisire bona quæ territorium respiciunt.
25. Delegati inferiorum sententias suas non exequuntur.
26. Simplicem habens cognitionem non potest decidere neque exequi.
27. Ordinarij possunt statuere & sancire sub pœnis pecuniarijs.
28. Decani de consuetudine habent iurisd.
29 Capitula quam habeant iurisd.
30 Abbates qualem habeant iurisdictionem.
31. Quid si Abbas sit negligens.
32. Abbates non habent territorium. Non puniunt subditum ordinarij in monasterio delinquentem.

1 IN foro frequens est, & per quam obvia hæc quæstio, quam ne illotis, ut aiunt pedibus ingrediar. Præmittendum 1. jurisdictionem non præsumi, sed probandam esse late Masc. de probationib vol. 2. concl. 946. 948. & 1054. iudex enim nullus præsumi potest Bald. l. 2. col. 12. vers. sed hic obijcitur C. de servit. & aqua, quia jurisdict. est qualitas seu accidens, quod naturaliter non ineest, ideoque necesse est ut probetur glo. & DD. c. si forte de elect. in 6 Abb c. postquam, n. 7. de elect. Vantius de nullit. sent. tit. de nullit. sent. ex def. iurisd. ord. n. 12. Extenditur ut iurisdictio etiam ordinaria veniat

2 probanda Mascard. d. concl. 946. eaque probatio multipliciter fieri potest. In primis per scripturam seu literas patentes Van. d. n. 12. Bald. l prohibitum C. de iure fisci li. 11. add. supra li. 1 q. 7. quæ tamen necessariæ non sunt quando quis se pro ordinario gerit, & pro tali reputetur, tunc enim literis opus non est Mascard. d. concl. 946. n. 14. & 15 Vant. tit. quibus mod. sent. nullæ repar. n. 21. nam & cum iurisdictio judicis est patens & notoria non est aliter probanda Vant. d. loco Bald. l. si qua per calumniam col. ult. vers. deinde quæro legatus C. d. Episc. & clericis. Signanter lite contestata, aut iudicio prorogato, qui enim personam tanquam talem approbavit, non potest postea, nisi legitimis probationibus, quibus ea propter prægravatur eandem improbare Masc. d. concl. 9 6. n. 29. Vant de nullit ex def. iurisd. ordin. 23. & qualiter sent. possint reparari n. 36. Rursus probatur per concessionem ab habente potestatem. Masc. d. concl. 1054. n. 1. & seqq. l 1. ubi DD ff. de offic. eius cui mand. est iurisdictio. Præterea, consuetudine, præscriptione c. cum contingat ubi DD. de foro comp. & c. auditis de præscript. Masc. d. loco n. 14. quæ probari etiam potest per testes singulares, Masc. late d. concl. 948. non tamen, si in actibus ejusdem speciei jurisdictionis non conveniant, ut con-

jungi

jungi possint *Mascard.d.conc.946.numer.3.& seqq.& concl.1054. numer 18.& 20. Fel.c.licet causam not.7.de probat.late Balbus de præscript.2.part. 1. partis principalis q. 2.n.37.* quod iterum limitatur, nisi alius in quasi possessione jurisdictionis existat *Balb. d.q.2.n.27.Mascard.d.q.1054.n.21.* Denique, jurisdictio probatur per concessionem officij, cui jurisdictio ordinaria est annexa *Mascard.d.concl.1054.n 9.* ut est officialis, aut vicarius Episcopi in spiritualibus *dixi l.1.q 1.n.9.& 10.* Duces, Marchiones, Comites in temporalibus *Mascard.d concl.1054.n.9.* Similibus modis probari potest jurisdictio quasi ordinaria, quam prælati exemptorum solent sibi in exemptos vindicare, de qua ante hac quædam tradidimus *lib.4.q.20.* Proinde Decani, aut Capitula, si jurisdictionem quasi ordinariam prætendant in collegas, seu singulos de capit. in casibus à jure communi non concessis, de quibus supra dixi *li.2.c.47.* est quod legitimo modo id comprobent. Sic & in alijs particularibus jurisdictionem aliquam prætendentibus respondendum est, quamvis quæstio sit, num privato possit Jurisdictio competere, cuius solutio compendij gratia petenda est ab Abbate *d.c.cum contingat.* Postremò, & jurisdictio delegata probanda est *Innoc.cap.venerabili n.5.de censibus Fel.c.cum in iure de off.del.* quare si à delegato petatur, ut de mandata sibi jurisdictione doceat, eoque postposito ad ulteriora procedat totum id quod ab eo geritur est ipso iure nullum. *Innoc.& Fel.d.loco Bald l.ea quidem col. 4.n 14. C.de accusat. & in l.1.in fin.C.qui & adversus quos Fel.d.c.cum in iure num.10.in fine.*

Longe magis si alicui negetur, jurisdictionem delegatam competere *Innoc. Bald. Fel.ibidem Mascard.d.Concl 946.n.7.* quod in ordinaria jurisdictione secus est. Sola enim negatio ordinariam jurisdictionem dubiam non facit, antequam exemptio legitime sit probata *Rot.dec.6 de excep in novis.Mascard.d.concl.946 n 7.15.* & ita consiliandus Baldus *c.1.§.ult.in fin.si inter dom.& Vasall.de invest. lis oriat.* & Bertachinus *de Episc.7.part.li.4.q.8.* dicentes gesta per vicarium non valere, nisi de ejus mandato constet, uti in delegato.

Præmittendum 2. Antiquitus Censuræ nomen variè fuisse usurpatum, uti examussim describit Ioan. de Lignano *tract.de censu.Eccles.in pri.n.2.9.& seq.* quo ad hujus quæstionis materiam, censura desumitur à verbo censeo, quod est iudico, statuo, decerno *l.censere ff.de verb.sig.ubi Alciat l senatus censuit.ff.de pet.hæred.* Proindè, censura Ecclesiastica, quia nomen conplexum est, neque diffiniri neque ethimologisati potest, sed describi tantum uti inquit Aristoreles *li.2.Topicorum* non tanta tamen polilogia qua Navarrus in Manuali *c.3 n.1.* Sed magis genericè & concisè ut sit ad instar censoriæ virgulæ Romanorum de qua late *Bodinus de Rep li.6.c.1.* & alijs civilis doctrinæ scriptores, item Erasmus in Chiliadibus, quædam animadversio seu correctio Ecclesiastica potissimum consistens in duplici specie pœnarum corporalium, & Spiritualium *Io.de Lignano dicto loco nn.6.& 7.* Corporales pœnæ ad instar pœnarum juris civilis corpus affligunt, quod enim v.g. apud civilis scientiæ professores erat

erat damnatio in metallum, id apud Canonistas est damnatio ad perpetuos carceres *c. pen. § de hæreticis* in servitutem redacti *cap. eos, dist. 32.* traditio sæculari curiæ *cap. statuimus 25. q. 1* venditio. *c quidam clerici dist. 8.* Relegationi verò, succesit detrusio in monasterium *c. Episcop. autem dist. 50. c. Rom d. 18.* aliisque pœnis civilibus, aliæ Canonicæ pœnæ per analogiam successerunt, uti ex scemate antescripto plenius videre est, quas etiam Io. de Lignano describit succinctius, spirituales verò pœnæ spiritum animamque magis concernunt *Abb. c. Nuntius, n. 1. de decimis* ex quarum specie sunt censuræ quæ triplices esse recensentur *c. quæren. ubi Abb. de verborum signif. c. cum Clerici ubi Abb. nu. 4. de pactis* scilicet excommunicatio, suspensio, interdictum. Præmittendum 3. censuras specialibus loquendo differre, & animadversione Ecclesiastica, districtione Canonica, severitate, disciplina, pœna Canonica, etenim censura propriè loquendo respicit spirituales pœnas *Abb d. cap. Nuntius*, ut sunt excommunicatio, suspensio, interdictum, *d. cap. quærenti.* At vero, nomine animadversionis, severitatis, districtionis Ecclesiasticæ, venitalia pœna extrinseca secundum delicti qualitatem *Abb. d cap. cum clerici numer. 4. de pactis, & in d. c. Nuntius, n. 2. de decimis* licet quandoque inter se simbolisent & destrictio Ecclesiastica pro censuris excommunicationis, suspensionis, interdictisque usurpetur *Abb. c. pro illorum n. 2. in fine de præbendis & in cap. 1. nu. 14 de iure iurando.* Appellatione verò Ecclesiasticæ disciplinæ venit sententia, censuræ, ut est excommunicatio, suspensio, interdictum *Abb. c. 1. nu. 1. vers. nota 2. de pactis.*

7

8 Denique, appellatione pœnæ Canonicæ venit pœna depositionis cum nota infamiæ *Abb. cap. 2. nu. fin. in fine, ne prælati vices suas.* Hisce ita præmissis prima sit Conclusio, Iurisdictiones quantumvis odiosæ, ut sunt extraordinariæ, prout legatorum *de quibus antea lib 1. qu. 4. & li. 2. q. 2. n. 20 & 21.* certas quasdam habent censuras, *Abb. c. licet nu. 3. de pœnis.* severitates, seu animadversiones Ecclesiasticas, quibus refractarios suæ jurisdict. possint coercere *Abb. & Fel. c. præterea de offic. delegati.* eleganterque Longovallius, modos tuendæ suæ jurisdictionis enucleat *Rep. l. Imperium par. 3. §. venio ad mixti fol. 37. ff. de iurisd. om. iud.* Dixi autem severitates vel animadversiones Canonicas, quia animadversio sive severitas alterius est speciei quam censura, censura enim comprehendit tantum uti genus subalternum excommunicationem, interdictum, & suspensionem *tex cap. quærenti de verb. sig. Abb. d. cap. præterea num. 2. in fine.* At verò, animadversio Canonica seu severitas Ecclesiastica uti generalior, comprehendit præter censuras jus mulctandi, puniendique extraordinarie *Abb. d. numer. 2.*

9 Ideòque fit, ut qui jurisdictionem habet, possit non tantum diras illas censurarum pro re nata fulminare, sed & contumaces punire, & severitatem Canonicam exercere, mulctando extraordinarieque puniendo *Abbas c. de causis, n. 3. & 12. & ibid. Fel. n. 9. de officio deleg. Longovallius d. l. imperium par. 3. §. supereſt fol. 50. vers. adde de offic. deleg. DD. l. 1. ff. si quis ius dicenti non obtemperavit.*

Dixi

Dixi, ut qui iurisdictionem habet, etenim ut censuræ exerceri ab aliquo possint, requiritur, ut exercens Jurisdictionem habeat, seu ut sit Iudex *c. præterea verb. Iudex appell. ubi Anch. n. 1. & c. penult. de sent. excom.* deinde, ut sit Ecclesiastica iurisdictio *c. bene quidem dist. 96.* denique potestas exercendi censuras *c. si de excess. Prælat ca. præsenti de sent. ex omni in 6. Anch. d. n. 1. Nav. in Man. c. 26. n. 1.* Unica itaq; sit conclus. hujus primæ ratio, quod uno commisso omnia commissa censeantur, sine quibus commissio exerceri non potest *l. fin. ff. de Iurisd. om. iud. late Longoval. Rep. 1. Imperium ff. de iurisd. om. iud.* quam teoriam, *Fel. d. cap. præterea n. 4. de offic. del.* subtiliter varièque ampliat & restringit. Conclusio autem hæc prima cum mica talis intelligenda est, nisi concessione, præscriptione, privilegio, vel aliter, ejusmodi censuræ, vel coerciones iurisdictioni legitimæ sint ademptæ, vel alitercumque Jurisdictio coarctata, *Alb. d. c cum contingat n. 15. in fin. Apost. ad Fel. c. sane n. 2. verb. execut. de offic. deleg. Abb. c. dilecto n. 1. de offic. Archid.* Jurisdictio enim potest alicui etiam sine coercione competere, *Abb. d. n. 15.* 10

Neq; ideo vana erit, aut infructuosa talis modi iurisdictio, quod invenere videtur legislator *d. l. fin.* pro coercione enim recursus haberi poterit ad ordinarium *Abb. d. c. cum contingat n 15. in fi.* Quid porrò dicendum sit, si jurisdictio demandata sit cum districtione canonica, aut disciplina Canonica, uti pœna canonica, hactenus in principio hujus quæstionis dictum est. Dubitare autem quisptam poterit usq; ad quam summam sit modus mulctæ statuendus. Distingui solet inter inferiores iudices & majores, majores dico, eos qui ordinarij sunt, veluti Episcopi, aut Legati, Papæ, vel Principis, *Abb. c. quod sedem n. 7. in fin. de off. ord.* minores verò, seu inferiores, qui sunt subdelegati, seu delegati, delegati *Abb. d. c. de causis n. 13.* Itaque inferiores illi in modo mulctæ excedere non possunt sex aureos, *Abb. d. c. de causis n. 13.* majores verò possunt excedere & arbitrari mulctam secundum quantitatem, seu causæ qualitatem. *Abb. d. n. 13.* ita tamen ne se avaritiæ æruscationisque suspectos reddant *c. licet 1. n. 249. de pœnit.* Proinde judices in indicenda mulcta, stateram illam divinam Innoc. IV. Pontif, *in c. 1. de sent. & de re judic. in 6.* assumant, & æquo libramine perpendant qualitatem personarum, causæ naturã, & culpæ *l. quid ergo § pœna gravior ff. de his qui not. infam. c. notandum 2. q. 3 & eleg. Petr. de Anch. c. de causis vers. 1. nota ee off. deleg.* ne in Scopulos illos disputationum sese & litigatores injiciant. Num excessus in modo mulctæ totam mulctam vitiet, vide *Apost ad Abb. d. c. de causis n. 12.* cujus decisio vix posset sine cadmea quod ajunt victoria reportari. 11

Secunda Concl. Judices inferiores in quorum categoria sunt delegati, non habẽt incarcerandi potestatẽ, *latè Farinaceus in pract. crim. l. 1. tit. 4. q. 27 n. 6. & 7. Castr. l. cũ proponas C. de bonis autor. iud. posid. Boer. dec. 215.* incarceratio n. est meri Imperij. quæ judicibus inferioribus, aut delegatis solam jurisdictionem habentibus non competit, *gl. l. consentaneum & ibi Bald. col. 3. vers. quæro nunquid deleg. C. quomodo & quando iudex & latè Farina. d. n. 7. VVesemb. in parat. ff. tit. si quis ius dicenti nõ obtemp. n. 2.* Quod 12 13

 decla-

declarandum est primò, nisi captura fiat, non ut de causa cognoscatur, sed ut captus ad Judicem cõpetentem remittatur, nam eo fine minoribus magistratibus capturæ competeret *Farina d qu.27.n.5.* Declarandum secundò, quando carceratio fit ad pœnam, tunc enim est meri imperij; Secus quando ad custodiam, nam tum etiam pedaneis iudicibus est permissa, *Bald.d.l.Imp.col.3 ff.de iurisd. om.iud. Bert. tr de Episcopo l 4 p.3.n 3.* Declarandum 3, nisi inferiores illi iudices privilegio, consuetudine, aut præscriptione, eiusmodi ius acquisiverint, uti hac & quæstione præcedente dictum est, & fusius videre est apud Francisc Balb. *tract de præscr.in 1.p.5.partis q.11. & Abb d.cum contingat.n.15.de foro comp.& in c.2.n 4.ne prælati vices suas Mascard. de prob vol.2.concl.1054 num.14.Cardin.Clem.fin.§.ut illud n.14.fin.de sent.& re iudic.* Declarandum quoque 4. nisi ejusmodi facultas ab habente potestatem eis fit delegata, vel subdelegata. Licet enim civili iure, quæ meri erant Imperij, delegari non poterant *DD.l imperium ff.de iurisd.om.iudic.* Iure tamen Canonico, quin delegari possint, dubium non est. *Fel.c.quod sedem de off.ord.ubi & DD.* isto enim iure quicquid est cognoscibile, & delegabile, *Fel.d.c.fig.in pr de off.deleg.* quicquid de reservatis Principi senserit Felin. *in c.quod sedem n.2.de off.ord.* esset id enim principibus, qui sunt exleges legem dicere *latè Longovall d.l.imperiũ par.3.vers.4.erit restrictio fol.34.* Signanter etiam cum à principe aut eo qui principis vice fungitur delegantur. *Abb. d.c.quod sedem n.7.vers.princeps autem DD l Imperium.ff.de iurisd.om. iudic. Mascd. concl.1054 n 4.* Tertia concl Episcopi, Legati Papæ, & alij ordinariam jurisdictione habentes, habent merum Imperium & proinde censuras, & jus incarcerandi, *Abb.d. c.quod sedem n.7.vers.in Eccles. Abb.ca.cum ab Ecclesiarum,n 4.de off ord. Card.d.Clem. fin.§.ut illud n.4.* Idem dicendum de Conservatoribus, sunt enim de majoribus iudicibus, & à Papa, seu Principibus, jurisd. habentibus delegati, & jurisd. universalẽ & quasi ordinariam habentes, *Nav.cons.de off.deleg. Abb. d.c. de causis n.13.de off. deleg.& d.c. quod sedem nu.7. & latè notavi supra l.1.q.39.* Quæ tamen Concl. Io. Longovallio *Rep l.Imperium par.4 § sequitur 3.fol.85 de jurisd om.iud.* indistincte non placuit. Is enim non aliter concedit Episcopis & alijs Ecclesiasticis optimatibus jus clericos suos prænendendi, seu incarcerandi, quam si eos pro tribulationibus suis, & in ipso judiciorum loco deprehenderint, Cùm, inquit, ii territorium non habeant. Sed incidenter quærit quispiam, quomodo eiusce speciei iudices iurisd. suam sartam tectam conservabunt, cum apparitores, seu homines armatos non habeant, nec Episcopi habere possint, prout nec alii iudices, qui gladium temporalem ve iurisd. non habent, uti contra Bald. *in l.nam salutem §.fui ff.de off præfect.vigilum* censuit Abb. *ca.cum non ab homine n.8.de iudicijs & Fel.c.fig.n.4.de foro com.* Respondetur primo quod virtute suæ delegationis, aut iurisd. poterunt sibi Officiales, seu apparitores adiscere, quorum manu & opera iurisd. suam possint exercere, & Censuras suas & alias severitates Ecclesiasticas executioni demandare, *Abb.d c.præterea n.4 Gaill. l.1.obs.35.n.9.* Aut certè poterit familiam ordinarii, hoc est illius apparitores impetrare, *Castr.*

l.2.

l.2.n 5.ff de iuris om.iud. Respondetur 2. Majores judices, hoc est, quod merum habent imperium, posse manuforti, id est manu militari mandata decretave sua executioni demandare, si vera est opinio Ioan, Gaufredi, seu Collectarij, d.c.significasti n.1.de off.deleg. qua de re eodem loco plenius per Felin.d.cap.significasti n.3. aut certè 20
poterunt invocato auxilio brachij sæcularis Collect.c.1.n.8. de off.deleg. & c. cum non ab homine n 4.de iudicijs Abb & Fel.d.c.significasti, latè Andr.Gaill.lib.1.obs.105. idque etiamsi specialiter id eis commissum non sit, uti voluit idem Collectarius d.c.1.n.8. ubi Apost. quod tamen à Felin.in d.c.significasti n 2.vers.4. in disputationem revocatur. At verò inferiores illi iudices non possunt brachiũ sæculare invocare, nisi prius 21
requisito auxilio Episcopi Collect d.c 1 n.8.& d.c.cum non ab homine. Auxilium enim Ecclesiæ prius debet deficere, quam auxilium sæculare possit implorari, Collect.ib.c. sane 7.q.1.c.2.de except.in 6.c.cum ab.Ecclesiarum ubi Innoc.de off.ord.in Archid.c. Administratores 23 qu.4. Respondetur 3. Maiores iudices habentes merum Imperium 22
posse mittere in corporalem possessionem l.iubere ff.de iurisd.om.iud.l. nec quicquam §.ubi decretum ff.de off.proconsulis Innoc.c.tuæ ut lite non contestata Collect d.c significasti. Minores vero iudices, decernere possessionem minorẽ, scilicet eam, quæ fit custodiæ causa cum aliqua causæ cognitione l.9.§.1.& 2.l.si finita ff.de damno infecto l.iubere cavere § 1.ff de iurisd.om.iud.ita Innoc.d.c.tuæ Non tamen si ij Ecclesiastici sint poterunt mittere in possessionẽ bonorũ laicorum, sed requirere debebunt iudicem laicum, ut immittat Fel d.c.significasti n.4. Ecclesiastici enim iudices bona immobilia, quæ territorium respiciunt saisire non possunt, inquit Rebuffus l.pupillus.§.territorium ff.de ver signif, quod an in delegatis Papæ procedat, sunt affirmantes Specul.de 2. decreto §.Restat.n.2.Castren.l.2.n 5.ff de iuris om.iud.& Negantes sententiæ v.Collect. & Fel d.c.significasti. Quarta Conclusio, inferiores iudices ut etiam sunt delegati non 23
habent jus procedendi per arresta bonorum Castr.l. qui iuris.n 6.ff.de iurisd. om iud. Farin in pract.crim.li.1 tit.4.q.27.n.6.& 6 Cum enim ij executionem non habeant, ut dicetur statim, etiam missionem non habent, Castr d.l.2.n 6 & Barth.n.2. neque jus procedendi per arresta & bonorum adiudicationes, quæ territorium non verò personam respiciunt, Card.Clem.fin.§.ut illud n.4.de Re iudicata. Nam destructo consequenti, in quo stat ratio antecedentis, destruitur antecedens, & cum prohibetur certum quid, videtur prohibitum omne id, per quod pervenitur ad illud. Præses loco à destructione consequenti, ad destruct.antecedentis. accedit, quod arresta & adiudicationes plurimum cum missionibus in possessionem bonorum simbolisent, Mol.n.consuetud.Paris.tit.2.gl.1.verb arrest.Peck.de iur sist.c.1.n.5.æquiparatorum autẽ eadem solet esse ratio, atque iuris dispositio Præses loco ab æquiparatis. Confirmatur quia ne- 24
quidem Episcopi temporalẽ iurisd. non habentes saisire possunt, vel sequestrare bona, quæ territorium respiciunt, Rebuff.l.Pupillus § territorium ff.de verb.significationib. & idem Rebuff.in glo.concordatorum tit.de nom.Reg.§.1, verb.morib.v.Card.d.Clem.1.§. ut illud num.4. Confirmatur 2. quia delegati illi inferiorum à principe, suas sententias

tias exequi non possunt, ex opinione Joan. Andr. & Anth. de Imola *si quis contra Clericos de foro compet.* item Andr. Gail. *lib. 1. obser. 1. n. 52.* Abb. *c ab Eccles. n. 4 in fin. de off. ord.* quamvis non opinione Fel. *d. c. signif.* nec Longovalli *d. l. imper p. 3. §. superest. vers. §. fol. 51.* ubi late & sequatium. Ergo neque alij qui parem aut maiorem jurisdict. non habent, parium enim eadem est ratio, natura atque potentia *Præs. in loco loco a pari.* & à pari causa inquit Aristot. *l. 3. Phisices.* relatus à Nav. *in man. c 3. n. 14. vers. ex quo.* in pari subjecto par producitur effectus, utrum vero id procedat etiam in pignore prætorio, hoc est quod in contumaciam, contemptæ jurisdictionis decernitur, videri poterit apud And. Gaill. *de Arrest. c. 11. n. 6. & 7.* Proinde jurisdictionis hæc materia, cum sit anomala, sempen metienda est à jure & tenore privilegij consuetudinis præscriptionis *Abb. d. c. cum contingat & c. 2. n. 4 ne Prælati vices suas*, Gaill. *d. l. 1. obser. 35 n. 6. & seq.* prout & in delegatis ab eorum commissione, quemadmodum ante hac ex Abb. *c. dilecto n. 1. de offic. Archid. Felin. c sane n. 2. ubi Apost. verb. executivè off. deleg.* & alijs probavimus, materia enim hæc est anomala, quæ certa & indefinita regula circumscribi non potest.

Quinta Concl. jurisdictio quæ intra Cancellos circumscripta est, non modo non
26 exempt. non habet *Apost. ad Fel. d. c. sane n. 2. Gaill. d. obser. 1. n. 52. Abb. d. c. 2. cum alias n. 4.* sed nequidem decisionem *Abb. d. c. dilecto n. 1.* proinde semper hac in materia velut ad scopum vis & iurisdictionis attributæ potestas semper est intuenda *Abb. d. cap. cum ab. numer. 4.*

Sexta conclusio, Episcopalem iurisdict. aut quasi Episcopalem habentes cum ha-
27 beant merum Imperium uti dict. est supra, possunt statuere sub pecuniarijs pœnis *Bald. Rubr. de const. col. 2. ver. quæro an Episcopi*, imò pœnam iuris in aliam pecuniariam pœnam convertere *gloss cap. licet, de pœnis Don. cap. quoniam dist. 18 Fel. cap. irrefragabili §. Cæterum nu. 7. de offic. ordinar.* Nam in pœnis iuris soli Episcopi dispensant, *gloss. d. cap. licet, & Felin. d. n. 7.* Imò & alij inferiores, antequam sententiã protulerint iuxta Abb. *d. cap licet num. 6.* Sed & quandoque post sententiam, cum res ita exigit ut inopia condemnati *Abb. d. num. 6.* non vero inferiores, ij enim regula canonum vincuntur *Fel d. nu. 7.* Cui autem applicanda sit ejusmodi pecuniaria pœna, an Episcopo condemnanti, an verò in piam causam, vel ei, cui iniuria illata est, non est hujusce indaginis *v. Abbatem c præsbyteri nu 3. & d. cap. licet persol. ubi Apost. de pœnu.*

Adjeci autem initio hujus Conclusionis iurisdictionem quasi Episcopalem. Quia hæc iurisdictioni Episcopali quadantenus æquiparatur *gloss. Clem. 1. verb. propriy de Reb Eccles. non alien. & v. supra libr. 4. q. 20.* nam & dictio hæc quasi solet esse expressiva veritatis *l. si vero §. item quicquid ff sol. Mat. l. qui Romæ §. duo fratres ff. de verb. oblig. Albert. de Pergamo de Præposit. nu. 92.*

Septima Concl. Decani in multis Ecclesiis de consuetudine habent iurisdictionẽ
28 quasi ordinariam, nam sacris interdicunt, *cap. dilecto de appellationibus excommunicant. cap. dilecto de sententiã*, adeò quidẽ, ut glossographus censuerit Decani iurisdictionem

ordi-

ordinariam esse Episcopatemē inferiorem *glo.c.cum ab Eccles.de offic ord.Card.Clem.1.§. ne igitur n.4.de celeb missar.* & ideò dignitatē habere *c.super speculatore clerici vel Monachi Alcia l.non plures vers.decani C.de sacr.Eccles.l.1.& 2.ubi DD.C de Decanis li.12.* atque curam animarum *c.dudum 2 de præbendis.* Decani porrò in omnibus fere Europæ Ecclesijs censentur qui præsunt Ecclesijs Canonicorum in Choro consensu suffragijsque ferendis,uti animadvertit Hostiensis *c.dilecti de appellat.* atq; eximiæ doctrinæ è Societate Iesu Pater Azorius *De iustitia & iure par.2.c.17.li 3* & nos quoque super hac de re quædam tradidimus *lib.2.q 47.* Itaque possunt Decani censuras exercere in collegas *Innoc.d.c.cum ab Eccles.Card.d.§.ne igitur.* Item communicatos ob inobedientiam manuum in se,invicem absolvere *Card.d n.4.* an autem dispensare possint, & in quibus casibus vide Card *Sabarell.d.n.4.& 5.* Dixi autem in principio,de consuetudine,quia secus de iure *collect d.c.cum ab Eccles.* & *c.Archi.Covis de off.Archid.* iurisq; scripti ratio aut dispositio iurisdictiones tot ordinarias non cognoscit *c.cum Episc.de offic.d.in 6.* vel certe Decani censuras habent,quia per electionem capituli iurisdictionem acquirunt in capit.& per sequentem confirmationem Episc.excommunicandi facultatem *collect.d.c.cum ab Eccles.n pri.* Octava conclusio capitulum etiam certis quibusdam casibus censuras exercere potest,*dixi sup.l.2.q.47.* quod nō dubie procedit non modo cum iurisd.habent,sed si ut potest maius imperium præscripserit *Abb.c. cum contingat n.12. Apost.de foro compet.* Nona conclusio, Abbates & alij Prælati regulares iurisdictionum habent,& censuras , tuam in civilibus,quam in criminalibus contra eorum Monachos *Abb c cum ab Eccles.n.10.§.1.n.4 de celebr.missarum.* qua de re late videatur Navarrus *tract.de Regularibus.* & Compendiose Abb jam laudatus. Quid porro si Abb.negligens sit in iustitiæ administratione,an recursi poterit ad ordinarium,vide ea quæ hactenus tradidimus *li.4.q.30.* & Abbatem *d n.10.* Quid item si subditus ordinarij delictum committat in monasterio,traditum est supra, & succinctim Abb.*c.cum ab.Eccles.n.19.de off.ord.* respondit Abbatem territorium non habere,& proinde subditum puniri ab ordinario posse *vide late Cardinalem Clem.pasto 3 z ralis §.ut illud num.4.& 5.de sententia & Re judicata.*

QVÆSTIO CXII.

Prælati exemptorum an habeant fiscum.

SUMMARIUM.

1. *Prælatorum appellatione qui veniant.*
2. *Fisci Ethymologia.*
3. *Episcopus an habeat fiscum.*
4. *Quid de Prælatis habentibus iurisdictionem quasi episcopalem.*
5. *Causæ fiscatu quæ sint.*
6. *Procuratores fiscales quales esse debeant.*
7. *Fiscus habet speciales iudices.*
8. *Item Notarios.*
9. *Præterea Advocatos.*
10. *Sententia lata non interveniente consilio advocati fisci,non valet.*

11. An

11. An iudex teneatur, sequi consilium advocati Fisci.

12. Consilium satis esse petere sequi vero non necesse.

1 PRæmitto 1. prælatorum appellatione, venire non tantum Episcopos vel superiores, sed etiam inferiores iurisdictionem habentes *Abb. ca. cum ab Eccles. n. 1. cum 2.*
2 *post de off. ordin.* Præmitto 2. Fisci Etymon diversimodè usurpari, uti videre est apud Guilielm. Gudeum in annot. ad pandect. *tit. de off. quæstoris & in l. sed addes §. illud ff. locati And. Gail. li. 2. observat. 20. Ambros. Cal. p. in sua dictionario* hic sumo generice pro ærario & Gasophylacio cuius dominator & arbiter est Primas *de quo ff. & C. de iure fisci & l. bene à Zenone §. sancimus C. de quad. præscript.* utilis autem est hæc quæstio, nam ab ea pendent & aliæ, scilicet num pecuniariæ pœnæ sibi fiscove suo, vel Ecclesiæ, aut pauperibus sint erogandæ, præterea num ab intestato decedentis bona ei vel alteri succedant. Deinde, an habeat bona secum contrahentis tacite obligata, & prope infinita alia fisci privilegia ejusmodi quæstionis.

Paucis, sunt qui censuerunt ne quidem Episcopum habere fiscum *Bald. Rub. C. de*
3 *privilegijs fisci in fine, & in authen. bona Damnatorum C. de bonis d. nn. late Angel. sing. ut multi iudices §. ut autem 10. Andr. cap. Irrefragabili §. cæterum & c. dilect. de offic. ordin. Barth. l. 1. n. 12 C. de bonis vac. lib.* 10. alioquin inquit Baldus jam laudatus, iudex quis esset in propria causa dum aliquid Cameræ suæ, hoc est fisco suo adjudicabit.

Verum opinio contraria receptior est *glo. cap quia verb præter in fin. de concess. prab. ubi Butr imola & Abb. Fel. d. c. irrefragabili §. cæterum n. 11. late Card. Clem. Nolentis §. 1. quæst. 5 de hæreticis Oldra cons. 302. col. 2. Rota des 4 de test. in antiquis, Albert. de Rosate in dictionario verb fi fiscus,* & ita etiam de generali consuetudine testatum reliquit Franciscus Pavinus Rotæ auditor *post Concilia Oldrad. 34. vers. circa quartum.* Longè magis id concedendum est, cum Episcopi ultra jurisdictionem spiritualem habent etiam gladium temporalem, uti copiosius confirmat Io. Andr. *d. c. dilect.* idipsum responderi potest in alijs prælatis quasi Episcopalem jurisdictionem habentibus, per
4 rationes & Autoritates quas ante scripta quæstione notavimus. Non in alijs jurisdictionem inferiorem habentibus *Fel. d. §. cæterum n. 11. de off ord.* & ideo ejusmodi inferiores, [ut cum Angelo *d. Auth. ut multi iudicem §. ut autem concludam*] pecuniarias pœnas imbursare non possunt, sed in Ecclesiæ vel pauperum usum convertere debent, nec intestato decedentium bona eis devolvuntur, neque alia fisci privilegia sibi queunt usurpare. Idque nisi privilegio, consuetudine eis aliter cautum sit, uti hactenus sæpe indigitavimus. Quæ omnia nisi brevitati & intra carceres hujus instituti nos continere studeremus, possent ex ijs quæ de Spolijs cleticorũ à Navarro commentata sunt, copiosè dilatari. Ab hoc fisco derivarunt causæ fiscales, hoc est rem fisci concernentes,
5 quas qui curant, ij procuratores fisci nuncupantur. *Franciscus Lucanus tract. de fisco & eius privilegijs par. 1 n. 6. Vestrius in praxi Rom. lib. 2. cap. 9. ubi & Gravatius Guillielmus le Roville de iustitia & iure li. 3. c. 6. n. 3. vol. 6cc. 1. qui refert differentiam inter procuratorẽ*

Casa-

Cæsaris & fisci Gaill d.obs,20.quales & quidem ut fidi sint expedit valde etiã reipubli-
cæ lib.c.sicut n.2.de accusat.in 6.ex parte de concess præb. Paulus Lancelot.instit.Canoni-
corũ li.1.tit.de collat.§.tẽp.in glo.verb.notitia & dixi in scholijs ad const.Cono.later.scho-
lio 55.ii enim tãquã ardeliones,velut inquit Adriã. Junius Cent.2.adag.4.sicut eybira-
tici canes,aut Coricæi omnia adorant,scrutãtur,investigant,trãquillitatemq; publicã 6
Irenaobarũ Curioso modo servãt & delicta principibus referunt l.munerum ff.de mu-
nerib.& honor l.curiosi C.de Curiosis & statutionarijs lib. 12. dumque morum refor-
mationi invigilant,fiscum etiam ipsum adaugent l.in hæredem ff.de calum.l.pap.§.mi-
nisse ff.de inoff.testament.Franc.Lucanus de nu.6.& iure quodam regio locuplerant.
Bald.li.1.C.de hæred.vel act.vendita Matheus de Afflictis de jure prothim.§. 4.num. 23.
in fin.& §.5.n.11. Quo in munere ut ij sese magis strenuos præbeant, deputati fuerunt
à rescripto jure ad hujuscemodi causas iudices etiã speciales C.ubi causa fiscales l.1.& 7
2.& l.1.C.de jurisdict.om.iud Franc Lucanus ubi supra nu.86.præterea actuarii sine no-
tarij specialiter sunt designati, qui acta scribant sub pœna etiã nullitatis, si alius quis 8
piam eis manum adhibeat l Fraudem §.quoties ff.de iure fisci Fran.Lucan d.loco n.87.
Denique Advocati etiam fisci tit. C.de Advocatis fisci quorum industria Concilio 9
& tuitione Fiscales causæ ad optatũ finem perducãtur,quod ut eò cõmodius eveniat,
nemo est alius qui causis Fiscalibus auxiliatricem, patrocinantemque manum possit
admovere.Octav Vestrius in praxi Rom. lib.2. cap. 8. & 9. ijque licet in Fiscalibus
causis judicandi authoritatem non habeant Vestrius d.c.8.n 2 voti tamen, consiliiq; 10
sui interponendi habent facultatem,Festrius d.n. 2 & proindè sẽtentia non interve-
niente Consilio fisci,aut sine eo,vel eo absente lata,nullitati subiacere censetur, nec
faceret transitum in rem judicatã li.1 ubi glo. C.de sent.adversus fiscum latis l 10.tex l.si
fiscus ff.de iure fisci gio.& DD l.velamento de postulãdo. Martinus Laudensis tract.de fis-
co q.39 & 46 l.sui C.de Advocato fisci.Sed an iudex teneatur in judicando sequi con- 11
silium advocati fisci,videtur quod sic : videmus enim eũ judicandi munere fungi,
dum interesse potest una cum actuario examini testium,uti tradit Tiraquellus Am-
brosinus,de modo form.proces.informat.li.1 ca.2.n. 16 sollẽ in pract.Crimi in pr. n.
30.39.licet in hoc tamen non assentitur Bermondus Chovenonius De publicis con-
cubinarijs §.cum processu n.4.fol.24. Deinde frustraneum erit Advocati fisci consiliũ
si ad illud judex nõ obligetur,quia frustratorius est actus, qui nõ cõsequitur suũ finẽ
l.verbis ff de vulg.& pup. Præterea, nihil absurdi, si Advocati fiscus propria in causa
cõseatur judex,id enim iure non rarò permittitur,uti prolixè ostedit Philippus Franc.
c.1,de pœnis in 6.& consuetudine etiã introduci potest Gaill li.1 observ.18: Verum cõ-
traria sententia benignior est.& rationi magis consona Vestrius in pract.Rom.l.2.c.
7.n.2.iudex enim tenetur tantum expectare consilium Advocati fisci, non verò illud 12
sequi,juxta vulgatam usitatamque iuris teoriam,satis esse cõsilium sibi adscisce re,se-
qui vero illud necesse non esse, cap.cum in veteri ubi Abbas de electione, & in cap.ad
Apostol.

Apostol. numer. 12. de Regularib. capit. cum olim ubi Abbas de arbitris Ioseph. Sese de in-
hibit. & executione privilegiata capit. 2. §. 2. numer. 23. fol. 86. Barthol. l. 1. §. si plures ff.
de exerc. & Abbas cap. cum olim de arbitris. Benignius inquam est, & gloriosius Princip
si dicamus fisci Advocatum Consilij quidem jus habere, suffragij autem, aut con-
judicandi jus non habere. Id enim nisi ita sit, nunquam, vel quod perinde est, rarò
l. nam ad ea ff. de legib. vincetur fiscus suæ opinionis tenax, nunquam forensem
(quod ajunt) herbam cedet, quod inglorium erit Principi, uti eleganter expressit
Plinius Nepos in panegyrico. Quæ tua est (affatur Imperatorem) gloria, sæpius vin-
citur fiscus, cujus mala causa, nunquam est nisi sub principe bono, *Ioan. Pyrrhi tract.*
de Magistratibus Roman. par. 2. Rubr. de quæstorijs magistratib. n. 1. & 5. vol. Occ. 12. f. 22.
Quæ quidem potuissem si licuisset cancellos egredi, quos ego ipse mihi hac in ma-
teria circundedi, pleniore manu ex teorijs Navarri enciclopediam scientiarum extol-
lendi *tract. de spoliis clericor.* & aliis dictorum hypomnematibus dilatare sed bre-
vitas quæ legibus est amica, *glo. l. 1. ff quod metus causa, l. ampliorem §. in ses-*
satorijs C. de appellat. late Nevisanus in Silva nuptiali in pr. n. 16. poli-
logiæ est anteferenda.

PARS

PARS QUINTA.

DE JURISDICTIONE ORDINARII IN EXEMPTOS.

QUÆSTIO I.

Ordinarius an pendente Exemptionis exceptione, Jurisdictionem possit in excipientem exercere?

SUMMARIUM.

1. *Exceptio exemptionis quæ non est ad manum, non sistit ordinarii jurisdictionem: etiamsi excipiens sit, in quasi possessione exemptionis, ut nu. 3.*
2. *Ordinarius habet fundatam suam jurisdictionem per totam suam Diœcesim.*
4. *Excipiunt se exemptum, si præter quasi possessionem producat titulum saltem coloratum, ordinarius interim cognoscit, dum de præscriptione edoctus sit.*
5. *Jura favent Ordinariorum Jurisdictioni.*
6. *Ordinarius omnia licent in suis Diœcesib. exceptis reservatis.*
7. *Favorabilia actus dicitur, quando res ad pristinam naturam revertitur.*
8. *Si cum possessione accedit privilegium, Ordinarius contra excipientem Jurisdictionem suam exercere non poterit.*
9. *Possessione sua nemo turbandus est, etiamsi quis possideat contra jus commune, dummodo possessio sit saltem colorata.*
10. *Ordinarius si sit in quasi possessione superioritatis, pendente appellationis causa potest Jurisdictionem suam continuare.*
11. *Robur excommunicationis non tollitur privilegio.*
12. *Ex uno Jurisdictionis actu totius Jurisdictionis quasi possessio acquiritur atque conservatur.*
13. *Exemptio censetur durare pendente judicio restitutionis in integrum adversus sententiam contra exemptum latam.*

HUjus quæstionis solutio pendet à dictione sequenti. Aut enim excipitur tantùm de privilegio exemptionis, quod non est ad manum, seu de quo non docet, & tunc ordinarius suam jurisdictionem exercere potest, *Innoc. in cap. ex parte, de verb. sign. Capyc. decis. 124. n. 11.* Aut verò dans de exemptione excipit dumtaxat, quasi possessione exemptionis; eòque etiam in casu ordinarius qui fundatam habet jure communi jurisdictionem per totam suam Diœcesim, *cap. omnes Basilicæ 7. quæst. 7. cap. cum Episcopis de offic. ord. in 6. Philipp. Franc. cap. cum personæ §. si verò num. 1. de Privileg. in 6. Capyc. decis. 189.* tantisper dum de ejusmodi exemptionis exceptione cognoscitur, Jurisdictionem suam potest exercere, *Abb. in cap. 1. ut lite pendente. Philipp. Franc. in dicto § si vero. Capyc. in d. decis. 189.* Aut excipiens præter quasi possessionem exemptionis, adfert etiam titulum coloratum solius præscriptionis: & tunc eo casu Ordinarius, ut in præcedentibus casibus, Jurisdictionem

1

2

3

4

em suam interim exercere potest, donec plenè de præscriptione edoctus sit. *Philip. Franc. d. §. si vero nu. 2. Capyc. dicta decisione 189. num. 6. in fin.* idque propter odium præscriptionis *cap. cum contingat de decimis, Rebuff. ff. de decimis quæst. 14. num. 11.* & favorem non modo juris communis, *cap. ad decimas de restit. spoliat. cap. 1. de præscript. in 6. DD. in d. § si vero,* sed etiam Ordinarii, qui in omnibus est præordinator suæ Diœcesis, *cap. perlectis dist. 25. Compostella cap. ne pro defectu col. 4. de elect.* & in qua omnia ei licent, præterquam quæ ei prohibita non sunt, *cap. nuper de sent. excom. Compostel. d. loco.* Aut una cum quasi possessione exemptionis excipitur etiam de solo privilegio aut Privilegio & præscriptione simul, eoque casu, quia Privilegium est favorabile *cap. ex parte de elect. Capyc. d. decis. 189.* Ordinarius dum exemptionis quæstio ventilatur, jurisdictionem non potest exercere. *d. cap. cum personæ ubi DD.* non enim debet quis turbari vel privari possessione sua, etiamsi possideat contra jus commune, quoties possessio colorata est & adiuta aliquo titulo, *Franc. d. cap. cum personæ § quod si tales num. 2. Capyc. d. decis. 189. cap. 1. ubi DD. de Præscript. in 6. Abb. & DD. d. cap. 1. ut lite pendente,* alioqui cessante titulo, executio Jurisdictionis, ut & alterius cujulvis juris, quale est pascendi, aquandi, lignandi, fieri poterit contra possidentem, *cap. cum dilecti. de causa poss. Franc. d. § quod si tales.*

Ut, & in casu controverso. Si Ordinarius esset in quasi possessione superioritatis nam etiam pendente appellationis caussa, posset ordinariæ Jurisdictionis suæ exercitium continuare, *Lapus d. cap. cum personæ. Jo. Andreæ, Innoc. cap. venerabili de censib. & in cap. ex part. de verb. signific. Franc. d. cap. cum personæ § si vero nu. 3. Capy. d. decis. 189. num. 1. & seqq.* quod exemplificat Francus, in eo quem pridem Ordinarius excommunicavit. Nam si postea iterum ab Ordinario excommunicetur, valida erit excommunicatio, quantumvis excommunicatus privilegio aliquo, se excommunicari non posse, alleget. *cap. ex parte de verb. signif. Franc. d. cap. cum personæ §. si verò nu. 3. & in fin. ubi etiam Petris de Anchorano & Dominicus.* Quod exemplum ad cæteros Jurisdictionales actus est extendendum: ex unico enim Jurisdictionis actu totius Jurisdictionis quasi possessio acquiritur atque conservatur. *Alex. cons. 74. nu 16. lib. 4. Menoch. de retin. possess. remed. 3. nu. 386.* Nihilominus exemptio pendente judicio restitutionis in integrum adversus sententiam contra exemptum latam, censetur adhuc durare, teste Lancellotto *de attent. part. 2. c. 18. n. 130.*

QVÆSTIO II.

Actio hypothecaria competens contra duos, quorum alter est Exemptus, alter non Exemptus, an proponi debeat coram judice ejus qui Exemptus est?

SVMMARIVM.

1. *Actio hypothecaria est dividua.*
2. *Ratione adjuncti sive socii quis consequitur benefi-*

nificium, quod ipsi alioqui non competeret, limita ut nu. 3.

4. *Jus hypothecæ est individuum, licet res hypothecatæ sint dividuæ.*

5. *Quid de continentia causſæ.*

6. *Continentia causſæ non debet dividi.*

ANthonius Capycius decisum refert, actionem hypotecariam esse dividuam, & 1
proinde non posse eum qui exemptus non est, causſam coram proprio suo Ordinario ipsi motam ad judicem exempti sui compossessoris revocare. *Capycius decis.173. Feli.in cap.1.vers.vel dices, in fin.de præscript. Angel.l.si commune ff.de Cler. conjug.Roman. Consil.195.in fin.ff.eculator de Cler.conjugato vers.quid si Clericus.*

Neque refert, quod ratione adjuncti sive socii quis consequitur beneficium, quod 2
alioqui non competeret. *l.qui causſam ff.quemadmodum servitus amitt.l.illo si corpus §. si fundi.ff.si servitus vendicetur, l.1. & 2.C.si unus ex pluribus, cap pen.de conceſſ præb. Barth.l.solent.ff.de alim. & cibar.leg.l.fin.col.3.ff.de colleg.illicitis l.præcipimus §.eo ubi Apost C.de appell.late Feli.dicto cap.1.qua de re alibi scriptum est supra l.1.q.26.* Quia 3
auctoritates illæ in Antynomiam adductæ intelligendæ sunt de duobus conjunctis in uno jure, quod est individuum: secus verò si sit dividuum: eo enim casu Privilegium uni adjuncto competens, ad alium non extenditur, *l.si qui separatim.§.fin.ff.de appell.l.1.C.si in una eademque causſa.*

Ut proinde absurdum non sit, si hypothecaria ad instar sententiæ quæ dividua continet capitula, diviso separatoque jure censeatur, *l.etiam §.1.ff.de minoribus l.non idcirco, ff.de judiciis. Rom.d.Consil.195.in fin. Capyc.d. decis.173. Afflict.d.decis.215. Romanus l.stipulat.n.16.ff.de verb.obligat.* ubi latè disputat. de simplicium mixturis.

Quod tamen limitandum mihi videtur, nisi agendum esſet adversus eos, qui bona 4
hypothecata pro individo possident. *Afflict.decis.213.nu 4.* Jus enim hypothecæ est individuum, licet res hypothecatæ sint individuæ. *Afflict.d.nu.4.*

Sed an ob continentiam causſæ, utpote cum alter ad alterius cognitionem con- 5
fert ejusmodi judicium competens contra exemptos, & non exemptos, posſet per non exemptum ad judicem Exemptorum revocari? neutiquam *Feli.cap.fin.de Judiciis:* Continentia enim causſæ dividi non potest ob fori diversitatem, quod est inter 6
exemptos & non exemptos. *Menoch.de arbit.jud.casu 371.late Mindanus de continentia causſæ tit.3.art.4. Capyc.decis.122.nu.5.*

QUÆSTIO III.

Exempti an ob contumaciam possint ab ordinario puniri.

SUMMARIUM.

1. *Exemptus si non compareat coram Ordinario, pœnam contumaciæ non incurrit.*
2. *Exempti respectu ordinariorum, habentur pro extraneis.*
3. *Exempti etiamsi non subsint jure communi Ordinario, illorum tamen jurisdictionem impunè contemnere non possunt, distingue ut nu.4.*

5. Exemptus exemptione non notoria, ex-Communicari non potest.

6. Contumacia non exemptorum adeò obest, ut si illa eveneat in actu visitationis, possint excommunicari non servato iuris ordine. Quod limita ut ibi n. 7.

1 PRo negativa, militat quod Ordinarius sit inhabilis & in capax jurisdictionis in exemptos, qui ideo si non compareant, pœnam cuntumaciæ ad instar Clerici coram Laico non comparentis non incurrunt, *l. contumacia, §. contumaces ff. de re Jud. Bald. l. generaliter C. de Epis. & Cler. Thom. Gramm. decis. 61. n. 6. & 16.* & ita ob analogiam fori clericalis, & laicalis ad hanc exemptorum materiam ratiocinari posse supra ostendimus *lib. 1. quæst. 45.*

2 Deinde, Exempti respectu ordinariorum censentur jure extraneorum. *d. qu. 45.* Proindè, sicuti Jurisdictio exerceri nequit in extraneos, seu non subditos, ita neque in exemptos, *c. per Venerabilem, qui filii sint legitimi. Feli, c. quæ in Eccl. vers. Tertia declar. de const. glo. cap. dudum de reb. non alien. in 6. Thom. Gram. d. decis. 61. n. 7.* quisi non compareant, contumaciæ pœnam non incurrent. *Bald. d. l. generaliter Thi. Gram. d. decis. 61. n. 16. d. l. contumacia, §. contumaces ff. de re Jud.* Rectè enim Hermogenes *in d. §. contumaces,* contumaces, inquit, non videntur nisi qui cum obediri deberent, non obsequuntur, id est, qui ad Jurisdictionem ejus cui negant obsequi, pertinent.

3 At verò, pro affirmativa stat ratio: exemptos censeri quidem non esse de Diœcesi, sed in Diœcesi existere, qui proinde Jurisdictionem ordinariam per totam Diœcesim diffusam ita contemnere impunè non possunt, *Castrens. l. si quis ex aliena in fin. ff. de*

4 *judiciis.* Itaque distinctione videtur quæstio hæc decidenda: An exemptio sit notoria, aut non notoria: ut si Notoria sit, contumaciæ pœna evitetur: si vero notoria non sit, non evitetur. *Castr. d. l. cõtumacia. §. cõtumaces n. 4. & d. l. si quis ex aliena in fi. Innoc. c. 2. d. dilat. & Castr. l. 2. ff. si quis in Jus vocatus, & ita Thom.* Sanchez *de Matrim. l. 7. disp.*

5 *35. n. 23.* censet Exemptum exemptione non notoria excommunicatione teneri, eamque vim suam non amittere, si postea exemptus compareat, Privilegium allegaturus *per c. suboria de sent. & re jud.* quod restringit, nisi exempti privilegium habeant ne posset excommunicari cum clausula irritanti, id quod plurimum Jurisconsultorum classicorum autoritatibus confirmat Sanchez. *d. n. 23.* Jo. Andr. *c. scienti n. 7. de Reg. Jur. ubi Fran. n. 4.* Jo. Andr. Franc. Anchar. Domin. *cap. 1. de concess. præb. in 6.* Soc. in cap. *mulier n. 34. de sent. excommun.* Silvester *verb. exemptio q. 8.* & Fumus *in Aurea Armilla verb. exemptio n. 2.* Super qua materia si curæ prætium sit, videri poterunt ea quæ prolixius alio in loco scripsimus *l. 2. qu. 6. nu. 36.*

6 Illud interim non omittendum, contumaciam adeò obesse non exemptis, ut si in actu visitationis visitati resistant, allegantes exemptionem à visitatione, poterit Episcopus illos de facto excommunicare, nullo Juris ordine servato, nec exemptionem, aut probationem oblatam recipere, aut appellationem admittere tenetur: cum non ut judex, sed ut pars pro suo Jure conservando procedat, defendendo se gladio spirituali, *iuxta cap. dilecto de sent. excom. in 6.* ex quo fit, ut ne quidem oblata,

proba-

probatio justificet appellationem alias si ut judex procederet, exceptionis legitimæ oppositæ oblata probatio appellationem justificaret, *cap. interpositæ de appell. cap. inter Canonicos. de electio*, si verò illi sint in possessione, quod non visitentur, non potest eos sic excommunicare. *Innoc. in c. venerab. de Cens. sibi Ant. de Bus. Marian. Soter. de visitat. d. 3. qu. 14. Fel. in c. sacro. de sent. excom. Ant. Genuen. in Praxi Neapolitana c. 18. pag. 91.*

QUÆSTIO IV.

Sententia ab ordinario in favorem Exempti lata, an subsistat?

SUMMARIUM.

1. *Nemo qui condemnare non potest, absolvere potest.*
2. *Quod in favorem alicujus introductum est, in ejus odium retorqueri non potest.*
3. *Sententia Judicis Laici absolutoria in favorem Laici lata, est nulla.*
4. *Sententia Ordinarii absolutoria ab excommunicatione in exemptum lata non subsistit.*

NOn deest ratio stans à parte negativa ratiocinando à Juris regula, nemo qui condemnare non potest, absolvere potest, *l. nemo qui condemnare ff. de Reg. Juris.* quam fusè post Decium & alios enucleat Navarrus *cap. verb. de pœnitent. dist. 1. fol. 405*

Verius tamen est sententiam Ordinarii in favorem exempti latam vires sortiri: alioquin enim privilegium in favorem concessum in odium & læsionem redundaret quod jus non admittit, uti in ipsissima hac quæstione post Decium. *in d. l. nemo n. 2.* resolvit Bal. *in l. quoties C. ubi Senatores vel Clarissimi.* Frederic. de senis *Cons. 90.* non autem obstat antinomia d. l. nemo qui condemnare. Istius enim legis theoria procedit in eo, qui Jurisdictionis defectu condemnare non potest. secus vero si ob privilegium personæ concessum condemnare non possit. Nam tunc absolvere potest. *Decius d. l. condemnare n. 2.* & ita quadripartitæ illæ regulæ de quibus Navarrus loco jam laudato, limitandæ sunt, Qui condemnare potest, absolvere etiam potest, Qui condemnare non potest, absolvere non potest, Qui absolvere non potest non potest condemnare, confirmaturque hæc conclusio de iis quæ de Indulgentiis alio in loco *lib. 4. quæst. 58.* 2

Similiter non obstat, quod sententia Judicis Laici absolutoria in favorem Clerici lata, sit nulla. *A post ad Barth. Cons. 225. in vers. Clericus in fin. lib. 1. Card. Tuschus Com. Conclus. tom. 2. Conclus. 385. Incip. Clerici non sub sunt Principibus n. 30.* uti non obstat, quod sententia Ordinarii absolutoria ab excommunicatione in Exemptum lata non subsistat. *Abb. cap. cum tempore n. 2. vers. Item Interest de Arbit.* quia Rom. Pontificis interest, qui est superioris immediatus, ut subditus suus non judicetur ab alio, nec etiam absolvatur, de Arbitris.

QVÆSTIO V.

Ordinarius an possit excommunicare sublatum in loco Exempto existentem.

1. *Absens excommunicari potest: ut & existens in alieno territorio.*
2. *Excommunicatio est actus extrajudicialis qui extra territorium exerceri potest.*

PRo affirmativa late respondit Federicus de Senis *Cons.16.Col.6.vers.ad secundam quæstionem usque ad finem* antonomiasque sol vir quas lib.4.quæst.110.attuli, ratiocinaturque ab absente ad subditum in alieno territorio existentem: ut sicuti absens excommunicari potest, *cap.veritatis ubi glo.de dolo & contum.cap.Sacro de sent. excomm. Fede.cons.11.cap.decernimus.3. quæst.8. cap.1. §.adiciebatur de Concess.præben. lib.6.* ita & in loco Exempto seu alieno territorio existens, id quod plena manu ab eodem Federico de Senis confirmatur *d. Cons.16.* est enim excommunicatio actus extrajudicialis, qui extra territorium exerceri potest. *Franc.cap.venerabilis in pr.n.3.de sent.excom.in 6.* Eaque innodatus ubivis terrarum manet alligatus. *Abb.cap.ad reprimendum n.2.de offic.ord.* viderique poterunt ea quæ inferius in non absimili quæst. scripsimus, qu.87.

QVÆSTIO VI.

Citatio in subditum in loco exempto existentem, an subsistat?

1. *Citatio in alieno territorio non subsistit.*
2. *Ab uno actu judiciali ad alium efficax est argumentum.*
3. *Citatio per edictum sumit vires à Jurisdictione Judicis citantis.*
4. *Subditus in alieno territorio citatus non comparens, fit contumax.*

1 RAtio dibitandi est, quia Citatio in alieno territorio non subsistit *And.Gaill.l.1. obser.56.* Respondetur nihilominus, citationem subditi in loco Exempto existentis subsistere. *Feder.de Senis cons.2.de Cons.11.* idque ad instar sententiæ quæ subditum in loco Exempto degentem afficit atque ligat, ab uno enim Actu Judiciali ad
2 alium efficax est, & validum argumentum. *Feder.de Senis d.Cons.11.cap.cum inter de except.cap.Pastoralis de offic.ord.cap.2. §.adiciebatur de concess.præb.l. properandum §. fin. Autem C.de Judiciis.* Confirmatur, quia citatio seu citationis executio quæ fit per
3 Nuncium, Epistolam, vel edictum, positum in loco Jurisdictionis citantis, sumit vires à Jurisdictione, de Jussu Judicis citantis facto in loco debito, *Feder.d.Cons.11.* ut proindè citatio verbalis extra Diœcesim citantis facta vitiari non posset, *l.2.ubi in rem actio, cap.Romana. §.contrahentes de foro comp. Clem. unica de foro compet. Feder.d.Cons. 16.* reddatque subditum in alieno territorio existentem contumacem atque immo-
4 rigerum *l.2.C.ubi in rem actio d.cap.Romana §.contrahentes de foro comp.in 6. l.omnes §.si vero C.de Episcop.& Clericis Feder.de Senis d.Cons.16.* Quæ dete vide etiam infra qu.71. & fuse Barth.l.1.n.3. cum Apost. ff. de Requirendis Reis, Consonant ea quæ latè adferuntur à Guido, Papa decis.502.n.3.

QVÆ-

QUÆSTIO VII.

Subditus uni Diœcesano quo ad aliquid, quo verò ad aliud alteri, an utriusque statutis obligetur.

EXempli causa: Subiicitur una Ecclesia Episcopo Leodien. quo ad institutionem, destitutionem, visitationem, quo verò ad Sacramentorum perceptionem subiicitur Episcopo Ruremon. Dubitatur, utrum Rector ejusmodi Ecclesiæ ligabitur statuto Episcopi Ruremundensis de Residendo? Respondetur non ligari, *Feder. de Senis Cons. 99. per tot.* Ratio est, quia ad Episcopum Ruremund. spectat Sacramentorum administratio, non verò ejus interest, qua ratione beneficia gubernentur, ut proind è de rebus ad alienam Jurisdictionem spectantibus se intromiscere ac jus dicere non possit. *Unica C. ult. ff. de Jurisdict. om. Jud. cap. Pastoralis §. Rursus Clem. de re Jud.*

Secundo, Jurisdictio Episcopi Ruremundensis hoc in casu limitata est, & ideo limitatum parere debet effectum, solam scilicet administrationem Sacramentorum respicientem, *l. in agris ff. de acq. rer. dom.* censerique debet Ecclesia ejusmodi quo ad aliam ab Episcopi Ruremundensis Jurisdictione exempta. *Feder. de Senis d. Cons. 99. Archid. d. cap. 1. de privil. in 6. cap. cum Capella cap. ex ore. cap. Quoniam. cap. recepimus eod. tit. in decretalibus*, qua de re vide plura apud Romanum in l. stipulationibus ff. de verb. oblig. ubi eum consule.

QUÆSTIO VIII.

Conservatores adversus injurias & violentias, an possint via inquisitionis procedere?

FEdericus de Senis respondit posse *Cons. 216.* idque in odium injuriantis & favorem injuriam passi, ad emendationem damni civiliter. *cap. conquestus in fin. de foro compet. Innoc. cap. cum oporteat de accusat. l. præsenti §. sine C. de His qui ad Eccles. confugiunt. text. cap. Consultationibus in fin. de offic. deleg.* non verò ad pœnam criminaliter. *Innoc. & Host. cap. cum olim de off. deleg. Feder de Senis d. cons. 216.* qua de re plura habes inferius ubi examino, an exemptus coram ordinario conventus possit invitus repeti.

QUÆSTIO IX.

Ordinarius an possit eximere aliquod Hospitale in præjudicium successoris?

SUMMARIUM.

1. *Hospitalia subiiciuntur visitationi Episcopi.*
2. *Exemptio in præjudicium successoris non valet.*
3. *Capituli assensus requiritur ut Episcopus possit eximere.*

PRæmitto quod libro primo qu. 3. ostendi Episcopum seu Ordinarium posse Exemptiones concedere.

Præmas-

1 Præmitto secundò: Hospitalia omnia, etiamsi ea formam pii loci non habeant, nec Episcopi autoritate constructa sint, subjacere visitationi, & inquisitioni Episcopi, cujus interest scire, num ita administrentur ut decet, atque ut in eorum institutione ordinatum est, quippe quod personæ in iis degentes sint miserabiles personæ, Episcopique protectioni subjectæ *c.1. de Eccles. & ædific.* & ita respondit Federic. de Senis *d.cons.11.* sibi alioquin alio in consilio contrarius *Cons.130. cap si Judex Lancus de sent. excom. in 6. Archid. cap. cum de beneficio de præb. in 6.*

Quibus breviter præmissis, dico exemptionem in præjudicium successoris cessum non valere.

2 Ratio est, quia exemptio est alienatio, quæ sine solenni ritu fieri non potest. *Feder. de Senis d. Cons.111.* Longè magis si exemption per Episcopum concessæ non interv enit capituli consensus, qui alioqui est necessarius, *cap. tua de His quæ fiunt à Prælato sine consensu. cap. Pastoralis de donat. cap.1. de reb. Eccles. non alien. Feder. d. Cons.111. Farinacius dec.382. nu.3. par.2. Abb. cap. cum olim 2. nu.4. de privileg.* Quæ tamen conclusio restringenda est, nisi exemptio esset temporis præscriptione confirmata, *cap. de quarta ubi DD. de præscript.* aut Episcopo id soli liceret privilegio aliquo speciali.

Sed quid si de fundatione non constat? & tunc si hospitale formam Ecclesiæ non habeat, careatque campanili, inspicienda est possessio, *Feder. de Senis d. Cons.130.*

QVÆSTIO X.

Ordinarius an de validitate processus Conservatoris possit cognoscere, & ei se opponere.

SUMMARIUM.

1. *Inferior de gestis sui superioris immiscere se non potest.*
2. *Valet statutum Episcopi ne ullæ litteræ Apostolicæ recipiantur, nisi à se vel suis fuerint examinatæ, quod limita ut nu.3.*
4. *Hinc occurrunt casus quibus Ordinarii se opponere Conservatoribus possunt.*

1 HAnc quæstionem Federicus de Senis *Cons.115.* censet ridiculam: quia inferior de gestis sui superioris qualis est conservator, intermiscere se non potest *cap. inferior de Major & obed. c. facto 11. q.8. Clem. ne Romani in Pr. de elect.* at verò ego quæstionem hanc non contemnendæ inquisitionis esse censuerim: etenim non pauci proponuntur casus quibus Ordinariis permissum est, in examen revocare ea quæ in superioribus gesta sunt, *cap. cum contingat ubi fusè Navarrus & DD. de Rescript. Abb. cap. studuisti nu.2. cum A post de offic. legati. latè Bondista. de Villadiego tract. de legato part.1. qu 8. nu.43. & 44. Innoc. cap. Constitutus de appell.* Hinc Henricus Bottensis tract. de Synodo Episcopi Conclusione 17. nu.285. vers. Quinto infero, censuit valere statutum Episcopi, ne ullæ literæ Apostolicæ recipiantur, vel in sua Diœcesi approbentur, quin prius à se vel suis deputatis fuerint examinatæ. *Henric. Bo. hic cap. ex eo ubi de pœnit. & remiss. ubi etiam Abb.* adhibita tamen duplici cautione, prima ne id com-

committat ad sistendam earum executionem, alioquin reatum inobedientiæ incurrere punitione dignum in foro poli & in foro fori, *cap. quanto cap. dilecti de Privileg. Petrus Ravennas in singul. §.3.incip.fin. interrogatus*; Secunda ne per hoc avaritiæ studeat, pecunias indebitè emungat, id enim citra simoniæ labem non posset, *Card. Clem. abusionibus in princ. ult. not.* ubi etiam Laurent. de Pin. *de pœnit. & remiss.* Guido Briansonis *in 4. sent. qu.15. Concl.2. Coroll.3. col.pen.* Henricus Botteus *d. Concl.17. nu. 285. in fine.*

Itaque non pauci occurrere possunt casus, quibus ordinarius se conservatori ponere est opponere. Quid enim si conservator extra conservatorialis munus quid committat? Quid si septa suæ Commissionis transeat? Quid si occurrat casus, ut sunt multi cujus respectu Ordinarius major esse possit Conservatore? de quibus ego alio in loco scripsi, *de Jurisd. Ordin. in Exempt. tom.2. part.3. qu.23.* & Card. Tuschus *Com. Conclus. tom.4. Conclus.436. verb. Judex. Ordinarius major delegato §. voluminis Auth. ut Judices fine quoquo suffragio Con. auth. quain provincia in fine de crimine*, Federicus de Senis *Conf.216. nu.2.* Bart. & Jacob de Balo. *in d. §. voluminis.*

Denique, quid si conservatoris sententia notoriè liqueat nulla aut injusta? uti alio in loco ostendi *tom. de Jurisd. ordin. in Exempt. part.3. q.128.* vide fusè Farinacium *de variis & diversis delictis vol.3. qu.97. nu.67. & 77.* necesse tamen est, ut sit nullitas aut injustitia tam evidens, ut nulla ratione velari vel obscurari possit, *Farinac. decis.646 nu.2. part.2. Franc. cap. dilecto nu.155. de Appell. Felt. cap. inter cætera nu.7. de Re Judicat Cornitus Cons.10. nu.3. lib.4. Rota diverf. dec. 85. nu.4. lib.1.*

QUÆSTIO XI.

Episcopus an possit Ecclesiam construendam à sua jurisdictione eximere?

SUMMARIUM.

1. *Facilius renunciatur juri quærendo, quàm quæsito.*
2. *Rei necdum existenti privilegium concedi non potest.*
3. *Conditio rei quæ non est, non subsistit.*
4. *Servitus ædificio quod non est, imponi non potest.*
5. *Quod juris est de toto quodad totum, idem de parte quoad partem.*
6. *Episcopus non potest concedere exemptionem à sua jurisdictione.*
7. *Episcopus plura potest ante Ecclesiæ ædificationem, quam post.*
8. *Remissio totius juris habet speciem alienationis.*
9. *Episcopus in quærendis præjudicare potest Ecclesiæ.*

VIdetur posse: quia facilius renunciatur Juri quærendo quàm quæsito, *uti scripsi lib.1. quæst.3. num.5.* 1

Pro negativa facit, quod rei necdum existenti Privilegium concedi non potest. 2
Joannes Andreæ *in cap. qui sentit. vers.3. tertio de reg. jur. in 6.* Donatioque rei quæ non est, fieri non potest. *cap. Abbate sanè de re jud. in 6.* servitusque ædificio quod non est im- 3 4

imponi non potest, *l.1.ff.cum præced.* Pari ratione dicendum, Episcopum à sua Juris-
dictione eximere non posse Ecclesiam, quæ necdum est in rerum natura. Rursum,
sicut totali Exemptioni totius ordinis præjudicari non potest: ita nec etiam exempti-
ni particularis alicujus Ecclesiæ construendæ, si illius Clerici sint Exempti. *cap.cum
dilectus ubi Innoc.de consuet. Federicus de Senis cons* 247. quod enim Juris est de toto
5 quoad totum, ita de parte quo ad partem. *l.quæ de toto ff.si pars hæred.* firmaturque id
ab analogia fori quod est inter Laicos, & Clericos De qua ego supra *lib 1. qu. 4.*
Sicuti enim Episcopus non potest concedere Ecclesiæ construendæ ut Laicus habeat
in vocem *c.nobis ubi Glo.jure patronat.* Ita neque ut Ecclesia construenda à sua Juris-
6 dictione & potestate eximatur. *Federic.de Senis dicto consil.*241.

Neque obstat, quod ante Ecclesiæ ædificationem Episcopus plura possit quam
post illius ædificationem, quia id verum est si Capituli concensus accedat. Nam eo
7 casu poterit eximere, licet non quoad omnia, alioqui secus. *latè Farinac. Decis.*[illegible]
part.2. Abb.c.cum olim 2.nu 4.de privileg. Nam ejusmodi totius Juris remissio alienationem
8 sapit. *Clem.2.de reb. Ecclesiæ non alienandis*, atque ita hanc Conclusionem
conciliandam censeo accedentibus iis quæ alibi scripsi *lib.1.qu.3.*

Non obstat 2. quod dicitur Episcopum in quærendis quandoque præjudicare
9 posse Ecclesiæ, quia id verum est si capituli accedat consensus, alioquin secus, *c.2.10.
quæst.1. Abb.cap.cum olim nu.4.de privileg.*

Et ab istis rationibus pendet decisio quæstionis de qua ego alibi *tom.2 part.1*
scripsi, videlicet num concedi possit Exemptis facultas ædificandi Ecclesiam cum
pacto, ut Episcopo subjiciatur. Conferunt etiam ea quæ infra notavi *qu.29.*

QVÆSTIO XII.

Visitator an possit quempiam ob crimen commissum citatione non
præviâ officio removere?

DIstinguo: An privationis pœna incipiat à crimine, non à contumacia: Si à crimi-
ne, potest, si à contumacia non potest, monitione non præcedente. *Feder.de Senis
cons.*105. Quippe superflua esset eo in casu monitio, quo de delicto satis constaret, in
omnemque eventum foret removendus. *cap.tua, de pœnis*, signanter porrò in religio-
sis in quibus ordo Juris strictus non servatur *c.qualiter 2.in fine de accus.* secus verò
si removendus, in suis exceptionibus esset audiendus, uti latè respondit idem Federi-
cus *cons.*79. contra tamen visitationem non admittentes, procedi potest ad censuras
sine monitione Canonica, uti supra ostendimus *q.3.*

QVÆSTIO XIII.

Capitulum sede vacante, an tanquam Episcopus possit visitare moniales
Exemptas auctoritate delegata?

Epi-

EPiscopus authoritate delegata visitare potest moniales Exemptas, *Clem. attendentes de statu Monach.* quæritur an ejusmodi delegata potestas transeat in Capitulum sede vacante? Federicus de Senis respondit non transire. *cons.* 291. Ratio est, quia in eis quæ Episcopo competunt auctoritate delegata, Capitulum non succedit, *cap. unico de major. & obed. in 6. Feder. de Senis d. cons.* 291. qua de re fusius videri poterit Joannes Franciſci de Pavinis *in ſuo tract. de officio & poteſt. Capituli ſede vacante*, & ego plenius ſcripſi ſupra *lib. 2. qu. 2. 23. & l. 4. qu. 24.*

QUÆSTIO XIV.

Monachus Monaſterii Exempti factus Abbas Monaſterii non Exempti, an remaneat Exemptus?

SUMMARIUM.

1. *Semel profeſſus non debet iterum profiteri in eo Monaſterio, ad cujus Prælaturam aſſumptus eſt. Aliud Navar. placet, n. 2.*
3. *Monachus non obſtante translatione, jura monachiſmi ſui prioris Monaſterii an retineat?*
4. *Senatores licet domicilium in urbe habeant, jura tamen originalis domicilii non amittunt.*
5. *Canonicus unius Eccleſiæ, factus alterius Eccleſiæ Prælatus, jura prioris Eccleſiæ non amittit.*
6. *Prælatus non cenſetur eſſe de Collegio, licet illius caput cenſeatur.*
7. *Monachus translatus ad aliud Monaſterium, Prioris Monaſterii jura non amittit. Contra n. 8 & 9.*
10. *Quid de Monacho facto Paſtore? & an habeat in ſecundo Monaſterio vocem.*
11. *Monachus Exemptus factus Abbas Monaſterii non Exempti, an remaneat Exemptus?*
12. *Abbatialis dignitas ſuperveniens, ſtatum Priorem non aufert.*
13. *Monachus perpetuò manet ei Monaſterio obligatus, cui profeſſionem emiſit.*
14. *Adeptus à Papa ordinis dignitatem, non ideò eximitur à ſuo Epiſcopo.*
15. *Monachus plenè translatus ad aliud Monaſterium, abſolutus eſt à primo.*
16. *Monachus factus Epiſcopus, acquirit Epiſcopatui, non Monaſterio.*
17. *Monachus factus Paſtor, priveturque Paſtoratu, non redibit ad ſuum Monaſterium.*
18. *Abbas per ſententiam amotus remanet ejuſdem Monaſterii Monachus.*

MUltæ aliæ ex quæſtione iſta profluunt quæſtiones.

Prima, An qui ab uno Monaſterio ad alterius Prælaturam transfertur, debet à novo provideri?

Secunda, Quid ſi Monachus renunciet prælaturæ ad quam translatus eſt, an Jura Prioris Monaſterii recuperabit?

Tertia, ſi remaneat Monachus ſecundi Monaſterii, an depoſitâ Prælaturâ habeat in eo jus ſuffragii, & quale?

Quarta, & ultima, an Monachus Exemptus ad Monaſterium non Exemptum

translatus, remaneat exemptus, de quibus equidem quæstionibus, si otium esset, multa adferri possent, quæ brevi loquio hoc circumscribo. Quo ad primam, necesse
1 non est ut semel professus iterum eo in Monasterio ad cujus Prælaturam transfertur, profiteatur, respondit Feder. de Senis *cons. 5. & cons. 19.* Semel enim profitendo omnes alias religiones quoad eorum substantialia, professus esse censetur. *Host. ad Apostolicam de statu Regularium, latè Petrus de Perisco. tract. de mutatione status Ecclesiast. personarum vol. 15. c. quorundam de elect. in 6. & cap. Nullus cap. ad emnitatibus eod. in 6. cap. 1. in fin. & §. sanè vers. nisi expressè professus, de statu Monach.* sufficere enim videtur sola superioris auctoritas transferentis, per quam Monacho translato jus administrandi conceditur, *cap. cum in cunctis cap. qualiter cap. nostri c. 9. transmissa cap. nobil. de elect. cap. sicut tuis de simonia cap. cum venerabilis de consuet. Feder. d. cons. 5.* At verò è
2 contra novam possessionem faciendam late respondit Navarr. *cons. 60. de Regular. ubi respondet Federico.*

Secunda quæstio perplexa est.

Pro parte enim affirmativa scilicet quod Monachus non obstante translatione
3 Jura Monachismi sui prioris Monasterii retineat, militant rationes sequentes: imi-
4 mis senatores licet domicilium in urbe habeant, attamen Jura originalis domicilii non amittunt, *l. si quis. ff. de advocat. diversi. l. ff. de Alb scrib.* sunt enim jura illa originaria potiora accidentalibus, uti discutiendo mixturas latè ostendit Romanus in *Stipulationem. ff. de verb. oblig. Navarr. comment. 2. nu 34. de Regular.*
5

Deindè, Canonicus unius Ecclesiæ factus alterius Ecclesiæ Prælatus, jura Canonicalia prioris Ecclesiæ non amittit. *cap. litteras de Conc. præb.* analogiam autem quam-
6 dam esse inter Canonicos Seculares, atque Monachos, colligitur ex notatis Hostiensis *in cap. fin. de Relig. dom.*

Præterea, Prelatus non censetur esse de collegio, licet illius caput censeatur, *c. 2. de concess. præb. cap. unico de Sede vacante. Feder de Senis cons. 100.* & consequenter privilegium Prioris Monasterii non admittit: quia à separatis illatio fieri non potest, præsertim quando translatio non est pura puta, *Feder. de Senis cons. 134.*

7 Denique Monachus translatus ad aliud Monasterium pœnitentiæ causâ, Prioris Monasterii jura non amittit, *Farinac. decis. 109. part. 2. & decis. 115. part. eadem.*

8 At verò è contra, quod Prioris Monasterii Jura non retineat, videtur, quia per translationem ad secundum, ad prius cui renunciavit, redire non potest, *cap. cum periculosum 7. qu. 1. Feder. de Senis cons. 5. Navarr. tom. 2. de Regularib.*

Præterea, Monachus factus Abbas, amittit jura Monachalionis, sicuti dicitur de
9 filio facto patre, quia jura filiationis etiam amittit. *c. sicut has de simonia, cap. litteras de conc. præb. c. cum in Ecclesia de conc. præb. in 6.* ut & de Canonico factus Episcopus post renunciationem Episcopatus jura sua Canoniæ non recuperabit. *c. ex insinuatione de simon. cap. ex transmissa de Renuntiat.*

10 Rursus, Monachus factus Rector Ecclesiæ Parochialis absolvitur à jugo Abba-

riæ, &

tiæ, & si Parochiæ renunciet, non revertetur in potestatem Abbatis, sed manebit Episcopo loci subjectus. *Archidiac. cap. non pro cujuslibet 16. quæst. 1. Feder. de Senis d. quæst. 5. DD. cap. 1. de eo qui relict Episcop. cap. 2. de translat.*

Tertiæ quæstioni (quæ parergos proponitur) utrum habeat in eo vocem & quam, respondet Federicus de Senis *d. cons. 5. & 19.* quem cui otium est, videat ad nauseam.

Quinta quæstio, hypothesi meæ quadrans est de Monacho exempto, qui fit Monasterii non Exempti Abbas, utrum remaneat exemptus? affirmativæ opinionis 11 rationes sunt sequentes:

Prima dignitas Abbatialis superveniens non aufert statum priorem, sed novum adjicit, *l. Senatores ff. Senatores. ibi l. filii. §. Senator. ff. ad Munic. l. si quis. de togatis C. de advoc. diver. jud.* secunda, Monachus perpetuò manet ei Monasterio obligatus, cui 12 professionem emisit, *cap. sicut de jurejur.* non enim est à jure alienum, ut quis uni Ecclesiæ subiiciatur, & alteri ratione Prælationis dominetur, *cap. ex ore c. cum capella de privileg.* Tertia, sicut adeptus à Papa ordinis dignitatem non ideo eximitur à suo 13 Episcopo *c. per tuas de Major. & obed.* Sic videtur, quod adeptus alterius Monasterii 14 Abbatiam à suo Monasterio, illiusque privilegiis in quo per professionem subjectus est, non eximitur.

At verò pro negativa militant hæ sequentes:

Prima, quia Monachus plenè translatus ad aliud Monasterium, absolutus est à 15 primo *cap. ne pro cujuslibet 16. quæst. 1. cap. cum in cunctis de elect.*

Secunda, Monachus factus Episcopus acquirit Episcopatui & non Monasterio, *cap. cum olim 2. ubi glo. verb. restitutionem de privileg.* translatus enim ad aliam Ecclesiam, nihil amplius commune habet cum priore, *cap. siquis jam translatus 21. qu. 2. arg. l. liber homo ff. de statu hom. l. fin. C. de rem pig.* qua de re etiam vide decis. Farinacei 16 109. *part. 2.* nec potest quis esse unius Monasterii Abbas & alterius Monachus, *cap. Constitutus de elect. cap. fin. de rel. dom. cap. Presbyteros 17. qu. 1.*

Tertia, si Monachus fiat Pastor, renunciet que aut privetur pastoratu, non poterit 17 redire ad suum monasterium. *Feder. de Senis cons. 19. Clem. 1. in fine de statu Monach.* 18

Quarto, Abbas per sententiam amotus, remanet ejusdem Monasterii monachus, *cap. cum ad Monasterium de stat. monach. cap. dilectus 2. Simon. ubi Innoc. cap. officii jus de elect.*

Quinta, Monachus exemptus præfectus loco non exempto, privilegio exemptionis non gaudet, *cap. 3. de tempor. ordin. c. 1. in fin. de Privil. in 6. Feder. de Senis cons. 19.*

Sexta, exemptus regularis translatus ad beneficium Seculare, desinit esse subiectus suo Ordini. *Navarr. cons. 6. nu. 3. de Testamentis.*

Septima, Religiosus beneficiatus non acquirit suo Ordini, sed beneficio cui præfectus est. *Navarr. cons. 6.*

Ultra porrò pars videatur amplectenda, suum cuique esto judicium.

QVÆ-

QVÆSTIO XV.

Abbas an possit Monachum præficere alicui Ecclesiæ Sæculari.

SUMMARIUM.

1. *Status mutatio spectat ad Episcopum.*
2. *Monachi non possunt soli capellas inhabitare, possuntque revocari ad nutum Superioris.*
3. *Monachi possunt ad Ecclesias Sæculares promoveri.*
4. *Monachus factus Pastor, liberatur ab obedientia Abbatis.*
5. *Quicquid acquirit, Episcopo, non Abbati acquirit.*
6. *In mixtura Monachationis & Sæcularitatis, utra alteri præponderet?*

1 VIdetur quod non: tum quia id non ad Abbatem, sed ad Episcopi officium pertinet, ad quem, non ad Abbatem spectat immutatio status Ecclesiæ. *Host. c. quod Dei de statu Monach. Innoc. c. sicut unire de Eccles. Præl. Hist. cap. possessiones de reb. Eccles. non alien. Archid. c. pervenit. 18. qu. 2.* Tum quia Monachi non possunt soli capellas inhabitare, possuntque semper ad superioris nutum revocari, *DD. d. §. ad hoc Fed. de Senis*
2 *cons. 134. & 136.* quamvis si sine causa revocetur, ipso se Abbati possit opponere. At verò, è contra militat urgens ratio: nimirum, Monachos posse ad Ecclesias Sæculares etiam Parochiales, etiamsi sint Episcopales promoveri, promotique liberati sunt à
3 Monasterii jugo, totique subjecti fiunt Episcopis, quibus Ecclesiæ sunt subjectæ, latè *Wamesc. cons. 465. tom. 2. quem vide quæstionem hanc latè tractantem, vide quoque cap. 1. & 2. dist. 58. c. ne pro cujushbet 16 qu. 1. ca. uno 18. qu. 1. Feder. d. cons. 136. latè Host. d. cap. quod Dei de stat. Monach. Jo. Andr. Clem. 1. de elect.* quod maximè procedit, cum Monachus ad curam aliquam Pastoralem promovetur: nam tunc ab obedientia
4 Abbatis liberatur, & Episcopi subiicitur potestati, latè *Feder. cons. 134. Jo. à Choker. frater meus in Comment. ad Regulas Cancellariæ Reg. 65. nu. 13.* eoque casu non remanet Monachus Monasterii, nihilque tunc commune habet cum Monasterio. *cap. uno 14. qu. 1. cap. si quis jam translatus 21 qu. 2. de Clem. 1. de statu Monach. cap. 1. de statu Monach in 6. cap. cum & plantare §. in Ecclesiis, de privileg in 6. Navarr. cons. 6. n. 3. de testam.*
5 Sed omnia ejus acquisita fiunt Episcopi, & non pristini sui Abbatis. *Navarr. dicto concil. 6. in fin. & com. 2. nu. 38. & com. de Regular.* Denique disquiri etiam potest in mix-
6 tura duplicis qualitatis, Monachationis & Sæcularitatis, utra præponderat alteri? quæ dere vide Romanum hanc mixturam plena manu tradentem *in l. stipulat. nu. 19. 24. & 25. ff. de verb. obligat.*

QVÆSTIO XVI.

Abbas an suum Monachum possit absolvere ab Excommunicatione lata à Canone?

FEdericus de Senis *cons. 14.* fusa in utramque partem dissertatione respondit non posse, & ideo Monachis pro tali absolutione ad Episcopum erit recurrendum.

dum, uti eodem in loco post ancipitem disputationem concludit idem Federicus *d. cons.*14.idque nisi talis sit Abbas, cui præscriptione, aut privilegio Jurisdictio Episcopalis competat. *cap. Abbates de Privil.in 6.Clem.1.ubi Glo.verb.propriis de reb. Eccl.non alien.* qua de re vide etiam Abbatem. *Monachi nu.4.de sent.excomm.* ubi dicit quæstionem esse perplexam,ideò Lectoris judicio utram sequi malit opinionem relinquo.

QUÆSTIO XVII.

Monachus Exemptus factus Pastor,utrum exemptionem retineat?

SUMMARIUM.

1. *Monachus factus Pastor, privilegia Monasterii non retinet, nec talis debet ad electionem,aliosque Monasterii tractatus vocari.*
2. *Monachus per assumptionem ad Ecclesiã Parochialem, liberatur à jugo Monastico, desinitque esse Monachus claustralis.*
3. *Nec morari debet in Monasterio.*
4. *Limita ut nu.4.*
5. *Monacho emancipato quis succedat.*

NEutiquam: quia talis privilegia Monasterii non retinet. *Innoc. hist.cap.ult.de.Reb. dom & in c.1.in fin de Privileg.in 6.Feder.cons.55.col.7.* nec debet ad electionem, 1
aliosque Monasterii tractatus vocari, Innoc. Host.& Feder. d.loco, ut nec in illius personæ Monasterium commodum aliquod sentire potest. *Fed.d.loco.cons.35.* Neque refert, quod talis non desinat esse Monachus: quia per talem curam Parochialem liberatur à jugo Monastico, desinitque esse Monachus claustralis, *Feder.d.cons.* 2
35.col.7. estque Monachus quidem habitu, sed non actu. *DD.cap.de multa de præb. Innoc.cap. licet Canone de elect.in 6. Feder.d.cons.35. col.10.* ideoque nec vocem habet 3
in Capitulo, nec morari potest in Monasterio, *Innoc. & Host.cap.ult.de reb. Archid.c.1 in fin de privileg.in 6.cap.1.de statu Monach.c.relat.de testam. Feder.d.cons.35.col.10.& 11* Quod tamen verum intellige de Monachis, qui per suos Prælatos præfecti sunt Ecclesiis non unitis, & incorporatis Monasterio: nam de his talibus, certum est illos 4
subjectos remanere, nec censentur propriè ex Monasterio, nec ab obedientia Abbatum translati, *eleganter Wamesius cons.70.de Judic.num.17.* Quis autem succedas 5.
Monacho emancipato latè discutit idem Federicus *d.cons.35.* & etiam Navarrus *cons.6.n.3.& fin. De Testamentis*, supra etiam à me laudatis *q.14.q.4.in fin.*

QUÆSTIO XVIII.

Concursui an sit locus in Parochialibus Monasterio annexis, aut subjectis?

SUMMARIUM.

1. *Promotus ad Ecclesiam alicui Monasterio subjectam vel annexam, examinari in concursu non debet.*
2. *Ecclesia qui probetur annexa vel unita Monasterio.*
3. *Quid de Ecclesiis vicariis?*

NOn esse ejusmodi Ecclesias alicui Monasterio subjectas vel annexas, aut de mensa,

mensa, concursui obnoxias, sed satis esse quod ab Episcopo judicentur idonei, definivit Rota Romana. *Farin. decis.* 102. *nu.* 1. *part.* 1. juxta tradita *cap.* 1. *de capell. monach.* Ecclesiam autem subjectam esse annexam, vel de mensa, multifariam probatur, 2 quidem primo per instrumenta unionis vel annexionis. *Farina. d. decis.* 102. *nu.* 2. secundo, per alia indicia, nimirum si probetur Monasterium ante Ecclesiæ ædificationem dominii jure habuisse fundum in quo Ecclesia inædificata est. *glo. & DD. cap. de Monach. verb. proventibus de præbendis. Butr. c. eam nu.* 11. *vers. nota hanc gloss. de etate & qualis. Fel. cap. ex parte* 2. *nu.* 1. *& seqq. de Rescriptis.*

Tertiò, per solutionem onerum: solutio enim onerum pro aliqua Ecclesia denotat Dominium illius Ecclesiæ pro qua ejusmodi onera solvuntur, ad solventem pertinere *d. cap. de Monachis d. cap. avaritiæ de præbend. Lambert. d. loco* de quo articulo videtiam quæinfra scripsi *qu.* 23.

Quæ conclusio etiam ad Vicarias perpetuas Monasteriorum est extendenda, uti 3 resolvit idem Farinaceus *d. dec.* 102. *nu.* 9. *&* 10. *part.* 1. quia de deputatione Vicarii perpetui Ecclesia non desinit esse de mensa. *Vital. Clem. frequens nu.* 35. *&* 84. *de excessibus Prælat. Farin. d. decis.* 102.

QVÆSTIO XIX.

An per clausulas derogatorias derogetur privilegiis habentibus clausulas derogatorias clausularum derogatoriarum?

SUMMARIUM.

1. *In ambiguis recurrendum ad S. Sedem.*
2. *Quod etiam extenditur in ambiguitate rescriptorum.*

DEcisio hujus dubii pendet ab energia & pondere clausularum, uti respondit licet ambiguè, Federicus de Senis *cons.* 233. *adde Decium cap. quod semel de reg. Jur. in* 6. *Cravet. cons.* 119. Si verò clausulæ sint tales, quæ eadem pensari possint trutina, neque ex eis possit judex animi sui motum alterutram in partem deflectere, erit pro 1 interpretatione ad S. Sedem recurrendum, *cap. inter alia de sent. Excomm. cap. ordinarii §. si verò de offic. ord. in* 6. *cap. de sent. Excom. c. ordinarii § si verò de offic. ord. in* 6. *cap. cum venisset de Judiciis. Feder. d. consil.* 233. ut & quoties de interpretatione, veritate, fallitatevè Rescriptonum dubitatum est, ad S. Sedem rescribendum. *Feder. de Senis cons.* 2 219. *arg. etiam c.* 2. *de Rescript. & cap.* 2. *de crim. falsi cap. in memoria dist.* 19. alioquin enim id negligens, falcem suam in messem Pontificiam immittere censebitur. *d. cap. ordinarii* & in alia specie fautor falsificantium existimabitur, *c. quanta de sen. Excom. cap. negligere* 23. *qu.* 7. *Feder. d. cons.* 219.

QVÆSTIO XX.

Quæ est vis clausulæ, *Quorum tenores*, &c.

SUM-

SUMMARIUM.

1. *Clausula* Quorum tenores, *operatur specificam omnium eorum ad quæ illius fit relatio, expressionem.*

Limita, ut n. 2. 3. 4. & seqq.

BReviter dico, expressionem operari specificam omnium eorum ad quæ fit illius relatio. *Mohed. dec. 9. de Rescriptis Cassiad. dec. 10. super, reg. & fuit sæpè decisum. Butr. cons. 2. alias 49. nu. 6. Farinac. dec. 466. nu. 5. part. 1.* idque nisi in revocatione Privilegii certa forma requiretur. *glo. cap. Inquisitores verb. expresse de Hæreticis in 6.* quod enim fieri debet expressè, non subsistit, si fiat alio modo. *Decius cons. 165.* uti de revocatione Privilegii Societatis Jesu & ordinis S. Claræ tradit Anthonius de Amatis, *Marchiæ dec. 17. Calder. cons. 11.* Et si secus diceremus, contingere posset Papam revocare id quod probabiliter ignorat, nimirum privilegia quæ sunt facti. *Rom. cons. 327. Amatus d. decis. 17. nu. 5. Feder. cons. 233.* Quod extendo, etiamsi derogationi adjiceretur clausula, *de plenitudine potestatis*: ea enim non extenditur ad ea quæ sunt in facto consistentia, quæ Pontifex potest ignorare, *Cravet. cons. 119.* signanter verò si ageretur de revocando Privilegio à pluribus Pontificibus confirmato; illud enim difficilius tollitur. *Decius cons. 165. num. 3. Amatis d. decis. 17. num. 9.* quemadmodum & si versetur favor piæ caussæ. *Dec. d. Cons. 165. num. 5.* aut Religionis, idque propter publicam utilitatem. *Alex. cons. 123. Amatus d. decis. 17. n. 9. Vvins opin. 641.*

1. 2. 3. 4. 5. 6.

QUÆSTIO XXI.

Episcopus an possit in locis exemptis suæ diœcesis divina celebrare?

SUMMARIUM.

1. *Episcopus habet per totam suam diœcesin jurisdictionem fundatam.*
2. *Etiamsi monasteria sint, aut loca regularia.*
3. *Episcopus Pontificalia exercet in locis exemptis suæ diœcesis.*
4. *Nisi tamen de aliquo privilegio contrario doceatur.*

SAcrum Rotæ Romanæ Auditorium respondit posse, *Farinacius dec. 238. part. 2.* Cùm enim Episcopus per totam suam Diœcesim Jurisdictionem habeat, cap. omnes Basilicæ *16. quæ. 7. Verall. dec. 201. part. 1.* etiamsi Monasteria sint, aut loca regularia. *c. Abbas 2. cap. Abbates 18. quæst. 2.* consequens est, ut ipse divina Pontificalia que in qualibet suæ Diœcesis Ecclesia possit exercere. *Clem. 2. ubi. Card. n. 5. & §. simili n. 5. vers. 5. quæro de Previleg. Paninus de visitatione part. 2. q. 3. n. 9. Paulus Fuscus de visitatione & regim. eccl. c. 8. n. 5.* Pontificalemque in iis sedem ad divina celebranda collocare. *Bonif. d. Clem. 2. n. 10.* Idque nisi specialiter de aliquo privilegio exemptionis doceatur *c. cum & plantare de privil. gl. d. c. omnes Bast. verb. potestat. Far. d. loco.*

1. 2. 3. 4.

QUÆSTIO XXII.

Episcopus eximens Ecclesiam, an censeatur visitationem correctionemque à se abdicare?

SUMMARIUM.

1. *Episcopus non potest eximere Ecclesiam à jure visitandi, &c.*
2. *Ecclesia fundata cum pacto, ut alteri quàm Episcopo, posset nihilominus visitari à Episcopo.*

1. FEdericus de Senis *cons.* 111. *num.* 4. *cons.* 247. respondit, Episcopum talilege Ecclesiam eximere non posse, licet alii sint qui distinguant, an talis exemptio concedatur Ecclesiæ construendæ, vel jam constructæ, ut videre est ex Doctoribus à Prospero Farinacio laudatis *dec.* 330. *nu.* 6. & 7. *part.* 2. *Felic. cum Venerab. n.* 33. *de except.* dicens, quod ecclesia fundata cum tali pacto, ut subsit alicui v. g. Abbati, nihilominus subesse Episcopo. *Abb. c. cum dilectus n.* 4. *de consuet. Decius cons.* 121. *n.* 3. *Innoc. c. Lateran. n.* 5. *de Præb. Barth. l. quoties* §. *fi. n.* 1. *ff. de adjut. tut.* qua de re videtur tam quæ supra scripsi *cap.* 11.

QUÆSTIO XXII.

Jurisdictio alteri in subditos ordinarii competens, an Ordinario sit exclusa?

AD hoc collineandum est, an ex diplomate liqueat Jurisdictionem concessam esse privative vel accumulative. *Gabriel. cons.* 195. *lib.* 2. *Barth. l.* 1. *C. de off. cui fecit urbis. Bald. l. unica* §. *ubi autè n.* 6. *C. de caduc. toll. Archar. cons.* 164. *latè Rom. cons.* 393. *Castr. l. testam. nu.* 6. *de testam. Felin. ca. Pastoralis de offic. ord & ibi DD.* Quo articulo licet in dubio communiter concludatur Jurisdictionem accumulativè censere concessam. *latè Farin. decis.* 33. *part.* 2. & *Menoch. li.* 2. *præs.* 18. & *DD. jam laudati:* sunt tamen qui variè hanc theoriam communem restringunt, *Menoch. præs.* 18. nimirum, nisi Jurisdictio concedatur favore ejus cujus interest non habere plures judices. *Bald. d. l. unican.* 3. *Fel. d. cap. Pastoralis nu.* 2. *Farinac. decis.* 30. *n.* 4. *par.* 2. *Affict. decis.* 41. *nu.* 2. *Menoch. d. Præs.* 18. *nu.* 26. & *seqq.* plerumque enim nonnullorum interest non habere plures judices aut visitatores. *Angel. l. si testamenta vers. si favore C. de testam. Bald. Ante habita nu.* 59. *C. ne filius pro patre.* & quandoque favor aliorum postulet ut complures habeant Judices, veluti alio in loco ostendi, similiter restringunt in Prælatis regularibus, quibus speciali jure censetur Jurisdictio concessa privativè. *Farinac. d. dec.* 33. *nu.* 2. *part.* 2. *Abb. cap. Pastoralis nu.* 6. *vers. sed in regularibus a. d. Præsump.* 18. *nu.* 6. *Surdus cons.* 56. *nu.* 13. in quo tamen, quia spinosior est hic articulus, pedem nunc non figo, ideò vide ea quæ alio loco scripsi *l.* 1. *q.* 17. *n.* 22. & *seqq.*

QUÆSTIO XXIV.

Utrum Ordinarius teneatur Exemptum à se excommunicatum absolvere ad cautelam.

SI Excommunicatus alleget Jurisdictionis defectum in Judice ordinario ratione exemptionis, non est ita facile danda absolutio ad cautelam, nisi prius exemptio aliqua

aliqua ex parte probetur, saltem semiplena probatione, ne Judici ordinario passim illusio fiat, *Innoc., Dom. & Franc. cap. solet nu. 10. de sent. excom. in 6. Covar. in rep. cap. Almamater part. 1. §. 12. n. 7. eod. in 6. fol. 384. Rota decis. 308. in novis & dec. 116. in Antiquis.* Quod secus est, quando Jurisdictio excommunicantis fundata non est de Jure communi, uti latius exemplis illustrat Philippus Francus *d. cap. solet. nu. 18. & novissime Prosper. Farinac. dec. 382. par. 2.* tradens Ordinarium habentem pro se Jutis communis adsistentiam manu tenendum esse, si alii adsint actus possessorii, quamvis ex adverso actus contrarii proponatur, uti latius videre est apud eundem Farinac.

QUÆSTIO XXV.

Utrum de causa exemptionis subjectionisve transigi possit?

Distinguendum est, ut gratis transigere liceat, at verò ut non gratis, sed aliquo temporali dato, vel accepto, non liceat propter simoniacam labem, quæ si spiritualis sit Jurisdictio, prohibetur. *text. cap. præterea 2. de transact. ubi Innoc. & DD.* unde consequens est, ut si transactio censu aliquo novo roboretur, non subsistat, secus verò si antiquus fortè remittatur, veterem enim censum, cùm sit jus spirituale, posset Ecclesia subjecta pro exemptione consequenda remittere dominanti, uti tradit Innocentius *d. c. præterea.*

QUÆSTIO XXVI.

Unius Ecclesiæ alteri Ecclesiæ subjectio an probanda.

SUMMARIUM.

1. *Una Ecclesia alterius ancilla esse non debet.*
2. *Una Ecclesia alteri subjecta esse potest, subjectioq; ab eo probanda est, qui in ea se fundat.*
3. *Probare quisque debet id quod suæ intentionis est fundamentum.*
4. *Testes de subjectione deponentes, qualiter deponere debeant.*
5. *Duplex subjectionis species.*

Licet regulariter una Ecclesia alterius ancilla esse non possit, *Bald. cap. item si Episcopus num. 3. tit. Episcopum vel Abbatem, cap. quia per ambitiosam de Rescriptis in 6. Alphonsus Sotto ad reg. Cancell. 12. n. 2. ubi Ioannes à Chokier frater meus fol. 264. mihi* 1 2
dominus tamen una Ecclesia alteri subjecta esse potest, subjectioque ab eo probanda est, qui in ea subjectione se fundat. *Far. in decis. 39. per tot. part. 2.* probare enim 3
quisqueid debet, quod suæ intentionis est fundamentum. *l. ei qui ff. de probat. Far. decis. 697. nu. 1. 717. nu. 4. par. 1.* qua quidem in probationis specie, id peculiare est, ut testes de subjectione deponentes, dicti sui rationem adjiciant, alioquin non probant. *Bald. cons. 286. nu. 3. lib. 2. Ægid. decis. 64. Anteus dec. 282. lib. 1. Caputaq. decis. 34. lib. 1. Far. decis 39. nu. 1. in fin. part. 2.* Quibus autem modis una Ecclesia alteri subjecta, probari possit, infra, peculiaribus quæstionibus ostendi, *qu. 32. 33. 50. & 59.* 4

Porrò

Porrò, duplex recenseri potest subjectionis species. *Wames. cons. 455. de Regul. tom. 2.* una mediata, altera immediata: hæc ita dicta, quod sine medio proxime alicui subjicitur, & in quo nemo in superioritate præcedit, *l. proximus ff. de verb. signific. Io. Monachus cap. cupientes nu. 29. de elect. in 6.* uti ego alio in loco exemplis adhuc demonstravi *tom. 1. l. 1. q. 2. in fin.*

QUÆSTIO XXVII.

Subjectio unius Ecclesiæ, quanto tempore præscribatur?

PAucis respondeo annis quadraginta. *Farin. dec. 39. part. 2.* idque respectu Actuum qui præscripti sunt: subjectio, n. præscripta quo ad certos actus, non extenditur ad alios actus non præscriptos. *Archid. cap. plures in pr. 16. qu. 1. Farin. d. decis. 39. nu. 3.* quod restringo, nisi subjectio fulciretur adsistentia Juris communis, *c. cum personæ de Privileg. in 6 Farin. decis. 273. nu. 1. & 2. part. 2.* Jura cùm tunc actus sint causati à titulo universali, extendendi sunt ad aliorum actuum possessionem universalem: quippe quod magis attendenda sit caussa actus, quàm illius actus exercitium. *Bald. l. 1. in 2. nu. 24. vers. du. dec. C. de Emancip. cap. auditis nu. 19. de præscript. Farin. d. decis. 273. nu. 2. in fin.*

QUÆSTIO XXVIII.

Episcopus an manutenendus est in possessione universalis suæ Jurisdictionis adversus Archidiaconos Jurisdictionem causarum criminalum aut matrimonialium prætendentes?

SUMMARIUM.

1. *Episcopus manutenendus in sua jurisdictione adversus Archidiaconos.*
2. *Etiamsi prætendant possessionem immemorialem, modò tamen illa non sit valida aliquo titulo.*
3. *Archidiaconi prætendentes aliquam jurisdictionem, debent illam specificè probare.*
4. *Pendente caussa jurisdictionis, Episcopus non potest aliqua inhibitione impediri.*
5. *Ad probationem temporis immemorialis quæ requirantur.*
6. *Quasi possessio non acquiritur ab patientia & scientia ejus adversus quem præscribitur.*

1 REspondetur, Episcopum habere assistentiam juris communis, & Conciliaris, ideoque eum in sua universali Jurisdictione manutenendum, *cap. cum personæ ubi Franc. de Privileg. in 6. cap. cùm Episcopus de offic. rod. in 6. cap. omnes Basiliscæ 16. qu. 7. Rom. cons. 180. nu. 4. Feder. cons. 145. n. 6. latè Farinac. decis. 343. & 248. per tot. part. 2. & dec. 273. ead. part. Cons. Trid. sess. 24. c. 20. §. ad hæc de reform.* idque etiamsi Archidiaconi prætenderent possessionem immemorialem: dummodo tamen ejusmodi possessio immemorialis non sit per aliquam rem judicatam, aut titulum æqui-

pol-

pellentem roborata. *Farinac.dec.322.part.1.decis.273.Philipp.Franc.d.c.cùm personæ,* quo fit, ut si Archidiaconi prætendant aliquam Jurisdictionem, debeant eam probare specificè, *Innoc.cap.super his n.10.de accus.Bart.l.in illa n.5.ff.de verb.obl.g.Far,* 4 *d.decis.243.nu.2.* pendente que ejusmodi caussa, Jurisdictio Episcopi non potest aliqua inhibitione impediri, *Farin.decis.493.nu.1.par.2.* Qua in materia animadvertendum, ad probationem temporis immemorialis multa requiri, quæ à Doctoribus reseruntur, *glo.cap.1.ubi Franc.n.16.& ibi DD.de præscript.n 6.Gabriel com.concil.l.5.* 5 *de præscript. cons.1.n.81. Covarru. in cap.possessor part.2.§.3.nu.7. de reg.Juris n 6.Resolut.Decisis qu.13.nu.99.* nimirum ut testes sint ut minus ætatis annorum 54. de visu per annos ut minus 40. ante litem motam deponentes. *DD.d.cap.1. Farinac.d. decis 248.n.3.* Denique, necesse est ne immemorialis ista præscriptio impediatur per actus Jurisdictionales in contrarium per Episcopum gestos. *Socinus cons.7. n.11.lib.1.Puteis decis.436.lib.2.Farinac.d.dec.248.n.7.part.2.& dec.324.nu.13.part. 1.Bartholl.naturaliter n.27.in fin.ff.de usucap.& præscript. Franciscus Balbus de Præscriptionibus 3.parte 6. partis qu.4.nn.40.* Insuper, ne ignorantia Episcopi cursum ejusmodi præscriptionis impediat. 6 Nam in corporalibus quasi possessio non acquiritur absque scientia, & patientia ejus, adversus quem præscribitur, *Puteus decis. 269.n.3.lib.1. Farinac.decis.501.nu.4.part.2.* præsertim etiam quod Conc. Tridentinum habeat clausulam irritatam Jurisdictionem caussarum criminalium & matrimonialium Episcopo competentem, *Far.dec.610.nu.3.& 4.part.2.* quæ licet titulum & possessionem inficit, *Sarnensis in reg.de triennali qu.31. Farinac. d.dec.610. num.3.* non tamen detentionem ac insistentiam facti, quæ sola sufficit in Judicio summarissimo ad manutentionem, *Farinac. dec.752.nu.6.part.2.Cast.l.attitius num.5. ff.de donat.Nevisan.cons.80.n.3.Laurent.Silvanus cons.27.Covarruvias pract.qu.cap. 17.n.15 Menoch.de ret.poss.Remed ult.nu.8. Lancellot. de attentatis part.2.cap.24.tit. de reo n.77.* & ita hanc quæstionem restringo, ut & in caussarum criminalium Jurisdictione. Quid autem si utrumque par & æqualis probetur possessio per aliquem titulum roborata? vide plenè Doctores hic apud Farinacium laudatos *decis.533.per tot.part.2.& dec.610.num.3.& 4.part.2.* qua de re etiam videri poterunt quæ infra scripsi, *qu.52.& 27.*

QVÆSTIO XXIX.

Fundari an possit Ecclesia cum pacto ne subsit Episcopo?

NEutiquam. *Bartholus l. quoties §.fin.de adm.tit. Fel. ca.cum venerab.num.33.de except Innoc.cap.cum Lateranen.n.5.de præbend. Abbas c.cùm dilectus nu.4 de constit.c.1.n.13.de Eccles.ædifican.& in d.cap.cum Venerab.nu.33.ubi Dec.not.10.& cons. 121.n.3.cap.si quidam 10. quæst.1. Rota decis.10.de testam.in antiq. Farinac.dec.30.n.5. par.1. Conferuntque ad hanc quæstionem ea quæ superius scripsi qu.9.& 11.22.*

QVÆSTIO XXX.

Milites Hierosolymitani an testari possint?

SUMMARIUM.

1. *Milites Hierosolymitani an sint Religiosi, vel Clerici, aut laici?*
2. *Testari non possunt, ne quidem de patrimonialibus.*
3. *An sint successionis capaces?*

1 HIerosolymitanos milites summis à Pontificibus dotatos esse exemptionum privilegiis compertum est, illud autem hic quæro, num Religiosi sint & testari possint? sunt qui de his variè existiment: aliis ipsos esse Religiosos, aliis Clericos, aliis mixtos esse censentibus, *Anton. de Milis in repert. verb. Religiosi si sunt fratres Mandos. ad Reg. Cancell. 16. qu. 51. n. 4. tex. & Glos. cap. 1. de verb. signific. Abb. Rub. de Regularibus nu. 2.* Ideoque eos sub odiosa dispositione non comprehendi, *Sylvest. verb. religio num. 4. declarat. ad Conc. Trid. sess. 5. cap. 15. de Regularib.* ubi etiam vide 2 August. Barbosa: ego omisso disputationum conflictu respondeo eos testari non posse. *Paleatus d. 18. Caputaq. decis. 68. lib. 1.* Ratio est, quia ipsi sunt verè Religiosi: qui cùm non sibi, sed Monasterio acquirant, *latè Farinac. dec. 323. par. 2. Tuschus com. Concl. 107 incip. milites seu equites*, testamenti factionem activam habere non possunt. *Abb. c. 2. nu. 3. in fin. de statu Monach. cap. cùm ad Monasterium in fin eod. tit. cap. in præsentia de probat. auth. Ingressi C. de sacros. Eccl.* idque obtinet non modò in rebus per os acquisitis, sed etiam in patrimonialibus istis, quæ à majoribus possent obvenire. *Farin. dec. 76. part. 2.* Cùm enim non habeant velle, aut nolle, *Moled. dec. 10. in fin. de causs. poss. & propr.* consequens est ut supremum illud velle, post quod aliud non datur, habere non possint. *latè Farin. d. decis. 76. & 87. & dec. 177. per tot. part. 2. latè Franc. Rub. de testam. in 6. n. 65.* qua de re videri plenè poterit Lissous Boossart de rebus Melitensibus, in quo omnia istius Ordinis privilegia reperies. Item Aristographum Paponem, qui refert eos successionis esse capaces ab intestato, sed usu-3 fructuarios tantum, *Papon in arrestis Francia l. 1. tit. 10. art. 6.* quo etiam tit. varia de Privilegiis exemptionum Hierosolymitani Ordinis profert, refertque eos ratione hæreseos, Decimarum, congruæ portionis, coram ordinariis posse conveniri: apud quem fusius hæc discussa invenies.

QVAESTIO XXX.

Quæ sit Energia clausulæ: *Sublata Judicibus aliter judicandi facultate.*

FRequens est hæc clausula in exemptionum privilegiis, cujus vis hæc est, ut per eam os claudatur parti Judicique, etiam potestas aliter judicandi auferatur. *Card. cap. quia diligenti in 2. quæst. de elect. Barth. l. final. C. de Canone frument. l. 11. Paris. cons. 1. nu. 38. l. 4. Puteus decis. 50. lib. & dec. 377. l. 3. Caputaq. dec. 134. part. 4. Farin. dec. 180. par. 2.* idque nisi exceptiones in Jure fundatæ adferrentur: similes enim

Clau-

Clausulæ, ut & quod dari non possit de sub & obreptione, frivolas tantum exceptiones tollunt, non verò quæ in Jure sunt fundatæ, *Farinac. dec. 461. part. 1.* Indeque est quod dolosis aut enormiter læsis, tales clausulæ non habeant suffragari. *l. in fundo ff. de rei vend. l. qui sub prætextu C. de sacros. Eccl. Farin. d. decis. 461. n. 3.*

QUÆSTIO XXXII.

Ecclesia quando dicatur esse de mensa Monasterii.

SUMMARIUM.

1. *Ecclesia unica Monasterio annexa censetur, quando sita est intra Monasterii dominium seu territorium.*
2. *Et quando percipiuntur Decimæ.*
3. *Aut ex præsentatione Vicariorum.*
4. *Aut ex subitione onerum.*
5. *De Jure prohibitum non est Monasteriis, habere Ecclesias etiam parochiales.*

FRequentia sunt in Monasteriis exempla, quæ Ecclesias habent annexas, seu de eorum mensa, dubitatur itaque, unde ejusmodi Ecclesiæ de Monasteriorum mensa esse colligantur? colligitur id multis ex signis. Primò, si Ecclesiæ sint intr territorium sive Dominium Monasteri. *Gloss. & DD. cap. de Monachis de præbendis* 1
Rod. decis. 15 de Jure Patr. in Antiq. Fur. decis. 204. part. 2. Secundò ex perceptione decimarum, quæ de Jure debentur Ecclesiæ Parochiali. *cap. cùm contingat de decimis. Card. Clem. n. 10. quæst. 9. de offic. Vicarii Far. d. dec. 204. num. 1.* 2

Tertiò ex præsentatione Vicarorum: inde enim principalis cura penes Abbatem residere præsumitur, *Vital. in Clem. 1. n. 7. de offic. Vic. c. 1. de Capell. Monach. Fel.* 3
cap. ex parte 2. n. 1. de Rescript.

Quartò, ex subitione onerum. *Glo. Clem unica verb. ad mensam ubi DD. de excess.* 4
Prælat. Rebuff. de congr. Poet. n. 114. Neque obstat, si Episcopus talium Ecclesiarum Rectores soleat instituere: propria enim ea non est institutio, sed est autorisabilis institutio, quæ in Ecclesiis de mensa Monasterii spectat ad Episcopum, *c. 1. & ibi gl. verb. præsentetur simul junctis de Capell. Monach. Far. d. decis. 204. n. 6.* ut proinde ex tot signis Ecclesia debeat censeri subjecta & annexa Monasterio. *Card. Clem. §. 1. in pr. de Jure patr. Far. d. dec. 204. num. 5.* Præsertim quod de Jure prohibitum non sit Monasteriis habere Ecclesias etiam Parochiales curam animarum habentes. *c. 1. de Monach. Abb. d. c. 1. n. 1. & 6. de cap. Monach. Far. d. dec. 204. n. 8.* de qua quæstione, videto etiam quæ hac eadem parte supra scripsi *qu. 18. & 32. 33.*

QUÆSTIO XXXIII.

Loca qualiter prohibentur esse de Diœcesi.

SUMMARIUM.

1. *Eodem modo probatur locus esse de Diœcesi, quo jurisdictionis fides solet probari.*
2. *Instrumentis antiquis credendum est.*
3. *Instrumentalis probatio potior testibus.*
4. *Præscriptione probatur locus esse de Diœcesi.*

Non

NOn est ab hoc jurisdictionis Episcopalis tractatu aliena hæc quæstio, per quam non rarò in controversiam revocatur, num locus quispiam hujus sit vel alterius Diœcesis; paucis itaque animadvertendum, iisdem modis probari locum quempiam esse Diœcesis, quibus & Jurisdictionis fides solet comprobari, *latè Card. Tuschus in commun. conclusionib. verb. Jurisdictio.* Hæc & solet probari per instrumenta antiqua, quibus ob venerandam antiquitatem credendum est. *Cavalcan. cons. 90. n. 5. Hier. de Monte Tract. finium Regundorum c. 1. 63. n. 5. Bald. cons. 286. n. 2. li. 2. decis. cons. 42. n. 10. Natta cons. 632. n. 16. Farin. dec. 266. part. 2.* Præterea, antiquæ sententiæ quæ licet inter alias latæ sint, tamen fidem adferunt non mediocriter adminiculantem. *Alex. cons. 190. n. 16. lib. 2. Aymo de antiq. temporum part. 1. §. propositum n. 19. Farinac. d. decis. 266. n. 2. part. 2.* præsertim quod instrumentalis probatio, longè parasangis excedat probationem factam per testes. *glo. c. tertio loco de testibus Fel. c. cùm causam n. 5. de probat. Far. d. decis. 276. num. 7.* instrumentis enim lux indubitata veritatis adsistit. *Bal. cons. 109. in pr. lib. 4.*

Denique præscriptio annorum 40. *cap. de quarta. c. ad aures de præscript. c. cùm de beneficio de præb. in 6.* Sed cum requisitis ad eam complendam de quibus Doctores *in c. 1. de Præscrip. in 6.* idque in favorem Episcopi, cujus Jurisdictio est favorabilis, secus porrò si contra Episcopum quispiam inferior prætenderet se Jurisdictionem præscripsisse, uti liquet ex traditis Doctorum. Philipp. Franc. *in cap. cum persona de Privileg. in 6.* & iis, *quæ fusius alio in loco ostendi quæst. 28.*

QVÆSTIO XXXIV.

Una Ecclesia quâ ratione dismembratur ab alia, & quibus ex causis.

1. *Solennitas eadem requiritur in dismembratione Ecclesiarum, quæ in alienatione.* 2. *Causæ in dismembratione quæ?*

DUbium non est, quin per dismembrationem Ecclesia separetur ab alia, atque ab ejus superioritate eximatur.

Sed quæstio hic insurgit, quæ requirantur ad validitatem dismembrationis alicujus Ecclesiæ. Duo autem potissimum hoc in articulo requiruntur, scilicet solemnitas, & justa causa. Solemnitas in eo consistit, ut ea interveniant, quæ in rerum Ecclesiasticarum alienatione requiruntur. *Fran. cap. 1. de reb. Eccles. non alien. 6. Rota decis. 1. eod. tit. Farinac. dec. 348. part. 2. in Novis,* nimirum consensus ejus ad quem spectat Ecclesia, à quâ fit dismembratio. *Farinac. decis. 288. n. 4. part. 2.* ejus inquam, non verò Vicarii perpetui Ecclesiæ. *Abb. cap. extirpanda §. qui verò n. 15. de præb. cap. ad audientiam 1. ubi DD. de Ecclesiis ædificandis* cum autoritate Episcopi, non verò inferioris. *Fuscus de visitat. lib. 1. c. 20. n. 16. & 17. Farinac. dec. 348. nu. 2. part. 2. & idem Farinac. Decis. 316. n. 4. part. 2. ubi latè.*

Causæ verò Justitia consistit non in sola abundantia populi. *Conc. Tridentinum. sess.*

sess.21.c.de Reform. ob quam non facilè est veniendum ad beneficiorum divisionem, *c.Majoribus cap.vacante de prab.c.1.ubi glo.de reb.Eccles.non alien.Farin.d.decis.288.n.* 3, sed in augmento cultus divini, *DD.d.c.audientiam, de Ecclesiis ædificand.* pro quo semper facienda est interpretatio. *Farin.decis.316.nu.4 part.2.Franc.Macens.dec.323.nu.2.part.2. Riv.cons.204.n.12.cons.* 20 *nu.6.l.*1. qua in re multum pollet judicium ordinarii, cui in hac materia multum deferendum est, non solum ex dispositione Concilii Tridentini, sed etiã jure communi. *Rebuff. de congrua portione n.68.Surdus de alimen.tit.4.n.43.& seqq.*

QUÆSTIO XXXV.

Quid si locus nullius Diœcesi esse prætendatur?

ORdinarius intra limites cujus Diœcesis locus nullius Diœcesis esse dicitur, habet, si juris communis dispositionem consideremus, in ejusmodi loco jurisdictionem ordinariam. *c.de Xenodochiis de Relig.dom.Veral.dec.306.l.1.Farin.dec.* 501.*part.2.* At verò, si dispositionem Concilii Tridentini, spectabit ad Ordinarium viciniorem, *Trid. sess.24.cap.9. de Reform.* præsumetur autem vicinior is, contra quem causa committitur, ne dum de vicinitatis qualitate disputatur, Ecclesiæ maneant acephalæ. *Farinac.decis.396.nu.2.part.*1. idque nisi locus qui dicitur nullius Diœcesis, situs sit intra Diœcesim Ordinarii remotioris; nam tunc ad ipsam Jurisdictio spectabit, nisi adsistentia Juris communis, quæ stat pro Ordinario, obtuscetur ex possessione partis alterius. *Farin.dec.*501.*nu.*4.*part.*2. aut ejus antecessoris: possessio enim prædecessoris successori prodest, *Rota decis.*1.*de rest. spol.in novis, Guido dec.* 269.*Farin.d.decis.* 501.*nu.*2.

QUÆSTIO XXXVI.

Conservatores an habeant Jurisdictionem.

COnservatores, si juris scripti dispositionem contemplemur, cognoscunt dumtaxat de injuriis manifestis. *c.*1. *& fin.de offic.in* 6. at verò, hodierni ampliorem longè habent facultatem à forma privilegii dependentem. *c. cum dilecta de Rescript. Guido decis.*18. *Francis.Mercul.delphinali decis.*349.*lib.*10.*plenè Corneus cons.*15.*per tot. l.*3. *Farinac.decis.*616. *part.*2. *Probus in addit.ad Jo. Monachi d. cap.* 1. *de offic. decisio. in* 6. In qua solent appellari non simpliciter conservatores Judices. *Corneus d.cons.*15. *n.*6. *l.*3. specialiterque solet eis committi cognitio bonorum eorum, quorum sunt conservatores. *Farinac. d.decis.*616.*nu.*3.*part.* 2. ut certè exoleverit, seu parum hodiernis conservatoribus quadret dispositio illa juris scripti. *d.c.*1. *de offic.del.in* 6. *teste Joanne Andr.d.cap.fin.n.*3. *Host.n.*4. *Navar.in Manuali c.*27.*n.*125. *vers. neq; conservatur. Farinac.d.decis.*616.*nu.*3.*part.*2. Adjectis eorum commissionibus clausulis: *Contradictores quoslibet & rebelles per Censuram Ecclesiasticam compescendo* pet quam censetur data facultas judicialiter procedendi. *Jo.Andr.d.c.*1.*nu.*9. *vers.si ergò. & ibi Host.*

Host.nu.14.omni nu.13. cum derogatione expressa Bonifacianæ constitutionis. *Farinac.d.decis.616.nu.4.* suntque ejusmodi Conservatoriæ universales alienissimæ, & neutiquam infirmatæ per Concil. Tridentin. *Farin.d.decis.416.n. 5.* de quibus quoque ego scripsi *lib.1.part.1.qu.39. & plenè tom.2.part.2.* & ea quæ huic quæstioni desunt, supplere potuerunt.

QVÆSTIO XXXVIII.

Episcopi qualem jurisdictionem habeant in Regulares.

SUMMARIUM.

1. *Delicta Monachorum dupliciter considerantur.*
2. *Abbas excommunicare potest suos religiosos.*
3. *Curati aliiq; inferiores respectu fori pœnitentialis possunt excommunicare.*
4. *Abbati competit Iurisdictio in suos Monachos, & contra eos procedit sine forma judicii.*
5. *Beneficia Regularia solent esse manualia.*
6. *Iurisdictio per privilegium concessa, videtur data privativè.*
7. *Maximè si ad partis instantiã sit cõcessa.*
8. *Immemorialis possessio Iurisd. quæ probatur.*

1 DElicta Monachorum dupliciter considerantur, aut enim sunt delicta propria religionis, scilicet contra eorum regulam, seu instituta; aut verò sunt delicta communia, ut puto tendentia contra communem omnium hominum conversationem. Priore casu, jurisdictio competit Abbati; posteriore verò Episcopo, *c.Abbas cap.Monasteria.1.ca.cognovimus.18.qu.2.cap.de persona 11.qu.1.cap. qui verè in pr.16. qu.1. Marian. cap. qualiter & quando nu. 84.de accusat.arg. l.militum ff.de re milit. Farinac.dec.15.& dec.17.part.1. ubi latè, & vide Navarrum cons.6.de foro comp.* talisq;
2 Jurisdictio posteriore hoc casu competit Episcopo privativè ad Abbatem. *Farinac. d.decis.17.* Neque refert quod Abbas possit excommunicare suos Religiosos: quia non ideò sequitur quod Jurisdictionem contentiosam habeant. *Host.cap. transmissa propè finem vers. & hoc quod confirmatur de elect.* cùm & curati aliiq; inferiores Jurisdictione contentiosa carentes respectu fori pœnitentialis possint excommunicare,
3 *Butr.cap.cùm contingat nu.13.ubi Abb.n.29 & 33.de foro compet.Far.d.dec.15.in fin.d. decis.20.* Porrò, quod priore casu dixi competere Abbati Jurisdictionem, declara ut non ea propter debeat procedere ritu solemni Judiciorum, sed simpliciter, de
4 plano, & sine strepitu Judicii. *cap.qualiter, & quando in fin. de accusat.cap.fin.de statu Monach.cap.ad nostram in fin. & ibi glo.de app.cap.1.§.sanè de Cenis.in 6.cap.placuit 10. q.1.Spec.de Inquisit.§.2.n.6.& 9. Pavinus de visitat.part.2.qu.7.nu.11.Farinac.d.dec. 15.dec.17.decis.20. part.1.* etiam per revocationem à beneficiis quæ habent: benefi-
5 cia enim regularia solent esse manualia, *Ægid.decis.203. Far.d.decis.20.n.4.* idque nisi ex eorum institutione aliud liqueat. quod limita, nisi Abbatibus per privilegium speciale Jurisdictio omnimoda competeret: Quando enim Jurisdictio per privilegium alicui datur, censetur in gratiam ejus cui conceditur privativè concessa, *Angel.cons.375.n.4.vers.quarto fallit. Afflictus dec.41. Gram. decis.30.nu.6. Aymo. cons.*

conſ.411.nn.31.& 33. Menoch.lib.2.præſ.18.nu.3. Farin.dec.37. part.1. & dec.121.ibid.
ſignanter porrò, ſi ejuſmodi Juriſdictio non motu proprio, ſed adpartis poſtula- 7
tionem conceſſa ſit. *Barth.auth.habita n.59.verſ.& adverte in cauſſa viſitatorum, C.ne*
Filius ſine Patre. Aret.conſ.102.n.2. Farin.d.deciſ.37. prout & cùm de mente concedentis conſtat, quod Juriſdictionem privativè concedere voluerit. *Far.dec.121.n. 3.p.1.*
Fel.c.Paſtor.de offic.Ord. Rom.conſ.393. aut ſi non ſit alius cum quo Juriſdictio cumulative concedi potuerit. *Far.d.deciſ.221.n.4.par.1.* Quod & iterum limita in Abbatibus habentibus ab immemoriali tempore Eccleſias ſuas ſibi pleno jure in tem- 8
poralibus & ſpiritualibus ſubjectas, *c.Paſtoralis ubi DD.de offic.ord. Far.d.deciſ.37.n.*
fin. quæ immemorialis poſſeſſio probari poteſt per ſententias aut enuntiativas antiquas. *Puteus dec.209.n.2. & 3.li.2. Far.d.deciſ.37.inſi.* quâ de re ego etiam quæ attuli alio in loco, quæ tamen immemorialis conſuetudo derogare nequit Juriſdictioni & poteſtati, quam Epiſcopi vigore Conc. Trid. habent in concernentibus viſitationem, uti ſacro Rotæ Auditorio definitum fuiſſe tradit *Farin.dec.62.part.3.*

QUÆSTIO XXXVIII.

Quid ſi Abbas in puniendo ſit negligens? aut non congruè puniat?

Epiſcopus ejuſmodi negligentiam ſupplere poterit, uti plenè reſpondit *Rom.conſ.*
375. & ego etiam alio in loco oſtendi *tom.2.part.1.*

QUÆSTIO XXXIX.

Quid ſi in Eccleſia Cathedrali ſint Monachi regulares etiam Canonici.

1. *Epiſcopus habet Juriſdictionem in Monachos Regulares Eccleſiæ Cathed.* 2. *Niſi obſtèt contraria indulta & privilegia.* 3. *Quod extenditur ut numeris ſequentib.*

Eccleſiæ Cathedralis regularis, quales per orbem Catholicum non paucæ ſunt, 1
Epiſcopus eſt caput, & velut Abbas: Monachi verò velut loco Canonicorum. *cap.*
canſſ.qua.1.de Iudiciis. ubi aggregatim Doctores. *Fari.dec.69.n.1.* in quos Epiſcopus
de jure communi, exceptis iis quæ Regularia eorũ inſtituta concernunt, omnimodam
habet juriſdictionem. *c.1.ne ſede vac. Glo.c.nullus verſ.ut Epiſc.etiam ſecularis de elec.in*
6.ubi Anch.n.3. Io.Andr.n.3. Gzn.n.7. Fran.n.3. niſi tamen obſtent Indulta aut Privile- 2
gia contraria, ut reſpondit Corneus *conſ.193.li.2.* Idq; non obſtante quod nõnulli cẽ- 3
ſeant Epiſcopũ dumtaxat ſupplere negligentiã ſuperioris Monachorũ. *Ab. c.quanto*
de offi.ord.Rom.conſ.375. quia præter rationes alibi à nobis allatas, jura illa non loquũtur in Eccleſia Cathedrali regulari. *Far.dec.69.n.6.p.1. Capel.Thol.dec.309. Innoc.d.c.*
quãto n.2. Hoſt.n.9 Io.And.n.15. Anch.n.6. Boh.n.4. Berthachic.trac.de Epiſc.l.4.p.2.q.
25.n.81. id quod plenius à mixtura Monachationis & ſecularitatis poſſet ex iis confirmari, quæ plenè tradit Rom. *l.ſtipul.n.19.24. & 25.ff.de verb.oblig.* ut nec non obſtat, ſi Monachi habeant mensã, & jura ſua ſeparata à juribus Epiſcopi: quia inde ad exemptionem ab ejus juriſdictione inferri non poteſt. *DD.c.edoceri de Reſcr. Far.d.dec.69.*
n.9. nec etiam obſtat Concil. Trident. *ſeſſ.21.c.8.* quia illud loquitur de Monachis exiſtentibus in locis exemptis à Juriſdictione ordinarii. *Far.d.deciſ.69.n.10.part.1.*

QUÆSTIO XL.

Exempti an teneantur ad Collectas?

SUMMARIUM.

1. *Collectas etiam sine scientia Superioris ex caussa necessitatis concernentis privatum & publicum, imponere potest.*
2. *Fallit si periculum aut damnum non sit inevitabile, & quoad Universitatem Clericorum assensus Papæ requiritur.*
3. *Collectarum impositio actus est iurisdictionis.*
4. *Equites Hierosolymitani sunt exempti ab omni jurisd. ordinarii & collectis.*
5. *Solvens cùm solvere non teneatur vigore alicujus privilegii, non præjudicat in futurum suo privilegio.*

1 IUs commune permittit universitatibus ex caussa necessitatis etiam sine superioris auctoritate impositionem collectarum, *c. ubi Abb. nu. 20. de Immunit. Eccles. Barth. l. multos 2. C. de caussa publ. li. 2. Farin. decis. 72. nu. 1. part. 1.* idque eorum pro recuperatione pecuniæ in publicam necessitatem expositæ. *l. 1. §. fin. & ibi gl. & pro consul. ff. quod cujusque universitat. Barth. l. 4. §. Actor. nu. 5. de re Iud. Farin. d. nu. 1.* in hujusmodi enim necessitatum caussis privilegia quantumvis generalia & prægnantia cessant. *ca. pervenit. vers. alias modo, ubi DD. de Immunit. Eccles. l. ad portas C. de oper. pub. l. ad instructiones l. jubemus nullum C. de sacro Eccles.* Ver umtamen Rota resolvit in una Leodien. 19. Martii 1604. universitates ex caussa communis utilitatis, & necessitatis non posse sibi ipsis sine scientia Papæ superioris, collectas imponere, nisi periculum aut damnum sit inevitabile. *Farin. dec. 72. nu. 2. part. 1.* Longè minùs personis non subjectis, quales sunt exempti, inter quos sunt milites Hierosolymitani. *B. ald. l. ad institutionem C. de sacros. Eccles. Castr. cons. 423. nu. 2. lib. 2. Alex. cons. 68. nu. 1. lib. 2.* est enim collectarum impositio actus Jurisdictionis, *Alex. cons. 78. nu. 8. lib. 6. Soc. cons. 129. nu. 1. Farinac. d. dec. 72. nu. 3. part. 1.* à qua exempti sunt liberi & immunes, adhibita tamen hac salis mica, ut accedente Papæ seu Superiorum
2 auctoritate, ad hoc compelli possint. *Farinac. dec. 72. nu. 4. part. 1. cap. nullus de Iurejur. Abb. cap. non minus nu. 2. vers. aut necessitas de Immun. Eccles.* quæ procedunt, licet
3 privilegii generalitate & energia exemptionis ab ejusmodi collectis constaret detinore privilegii, uti de Privilegio Ordinis Teutonici Rota Romana apud Farinacium *d. decis. 72.* idque etiamsi ante aliter fuisset observatum, Tum quia privilegia
4 eorum removent contrariam observantiam. *Far. d. decis. 72. n. 8.* Tum quia collectæ præteritæ potiùs præsumuntur solutæ ex metu & timore, quàm ex libera voluntate. *Io. Andr. cap. 1. n. 2. de præscript. in 6. Farinac. dec. 5 n. 3. part. 1.*

Tum quod violentia non ideò purgata dicitur, quod violentiam passus non recla-
5 massè proponatur, *Farin. d. decis. 5. num 6.* Tum denique quod solvens, cùm solvere non teneretur vigore alterius privilegii, non præjudicat in futurum suo privilegio. *Fel. c. cùm accessissent nu. 29. n. 3. limit. de const. Rnin. 228. n. 11. l. 1. Natt. cons. 60. n. 14. l. 1. Far. d. dec. 72. nu. 9. part. 1.*

QUÆ-

QVÆSTIO XLI.

Sententia lata contra Prælatum, an noceat Capitulo?

SUMMARIUM.

1. *Causa agitata contra Prælatum, non nocet Capitulo.*
2. *Distingue ut nu. 2.*
3. *Iura Ecclesiæ sunt communia Ecclesiæ, Episcopo, ac Capitulo.*

SUnt quibus videtur caussam subjectionis agitatam contra Prælatum non nocere 1
illius Capitulo. *Fel. cap. edoceri num. 3. de Rescript. Innoc. cap. fin. ubi DD. de ma-*
jor. & obed. cap. cum Clerici de verb. sig. Farin. decis. 118. part. 1. Lapus alleg. 48. n. 8. Rom.
cons. 369. nu. 21. Dec. cap. caussam quæ nu. 20. vers. expeditis notabilibus, de Iudiciis. At è
contra sunt qui existimant non esse opus ut Capitulum citetur, hoc nitentes funda-
mento, quod magis principaliter intersit Prælati, ad quem providè magis perti-
net hujusmodi defensio, *Bellam d. cap. fin. Butr. cap. dilecti n. 2. de major. & obed. Abb.*
cap. cum olim de testib. quem proinde ad Judicii validitatem sufficit citare. *Felin. d. c.*
fin. nu. 3. & 4. de major. & obed. Antinomia hæc fœdere hujus distinctionis videtur 2
concilianda, nimirum quod aliud est Episcopum facere aliquem actum, quo amit-
titur libertas Ecclesiæ, & Ecclesia induitur in servitutem, & tunc favore libertatis
non amittendæ requiritur consensus omnium, & in istis terminis loquuntur om-
nia jura in contrarium allegata, & aliud est Episcopum facere actum quo defendi-
tur libertas Ecclesiæ ut liberetur à servitute, in qua reperitur constituta, ut hic, ubi
jam servitus erat constituta per subjectionem factam à Papa, à qua Episcopus nite-
batur se, & Ecclesiam liberare, & hoc casu favore Ecclesiæ solus Episcopus, &
quilibet alius admittitur ad vindicandam Ecclesiam à servitute. *Io. Andr. in glossella*
marginal. in c. cum olim de testib. & nu. 12. & hoc sentiebant. *Zabar. & idem Io. And. &*
Guther. nu. 18. in c. dilecti de major. & obed. dum reprobando rationem Innoc. dicen-
tis Capitulum ibi admitti ad appellandum; quia jura Ecclesiæ sunt communia Epi- 3
scopo, & Capitulo, dicunt rationem esse, quia cum ex revocatione Juramenti me-
lioretur Ecclesia, admittitur Capitulum, & quilibet alius de Ecclesia admittitur.
c. & quilibet alius de Eccles. qua de re vide fusius Apostillam ad Farinac. d. dec. 118.

QVÆSTIO XLII.

Constitutio Papalis, an tollatur per non usum.

SUMMARIUM.

1. *Constitutio Papalis non tollitur per non usum.*
2. *Etiamsi supervenerit contrarius usus, nisi prævius adsit Papæ assensus.*
3. *Quo assensu cessante, contrarius usus non suffragatur.*
4. *Signanter in actibus negativis.*
5. *Scientia Papæ sufficienter probatur per scientiam officialium.*

Non

1 NOn tolli ostendi alio in loco, idq; etiamsi detur de non usu per annos mille. Fa-
dec. 213. p. 1. l. de quib. n. 33. ff. de legib. Alex. cons. 136. n. 19. li. 2. Far. dec. 213. p. 1. in
etiamsi supervenerit contrarius usus, nisi de expresso consensu aut Papæ scienti
2 constet, *Abb. c. 1. n. 4. vers. unde ibi de Treuga & pace. Præpositus c. in istis §. leges, n. 3. ver.*
nisi dato consensu Papæ d. 4. Far. d. dec. 213. & 197. p. 1. ubi latè. Non probatâ enim sci-
entiâ legislatoris, aut successoris æqualem auctoritatem habentis contrarius usus non
3 suffragatur. *Farinac. dec. 221. nu. 4. p. 1. Abb. c. 1. n. 4. de Treuga & pace. Rota decis. 30.*
de consuet. In antiq. Ideoque opus est ut scientia aut consensus expressus non verò ta-
4 citus interveniat. *Far. d. decis. 22. n. 6. Franc. c. cum de beneficio n. 4. de præb. in 6. ubi e-*
iam Archid. n. 2. vers. nec mireris. Signanter in actibus negativis in quibus contradictio
& acquiescentia est necessaria. *Covar. ad reg. possessor. par. 2. §. 4. n. 6. vers. Huic sanè ob-*
5 *jectioni, Ripa c. cum Ecclesia. n. 68. de causa poss. & propriet. Far. d. dec. 221. n. 8. p. 1.* Suffi-
cienter autem probari scientiam Papæ, si probetur scientia ejus officialium, tradunt
Doctores laudati à Farin. *dec. 356. n. 9. p. 1. Bart. l. si publicanus §. in omnibus. ff. de pub.*
Cran. de Antiq. temp. p. 4. §. absolut. n. 23. Boer. dec. 264. n. 19. Surdus cons. 429. n. 14. qua
de re etiam tractavi tomo 2. de jurisdictione ordin. in exemptos *part. 2. q. 111.*

QUÆSTIO XLIII.

Territorium quando dicatur exemptum esse à Jurisdictione Episcopi & nullius diœcesis.

SUMMARIUM.

1. *Distinctio loci exempti, & loci nullius Diœcesis.*
2. *Superiorum locorum nullius Diœcesani possunt appellari.*
3. *Diœcesanum territorium ab alio segregatum solus Papa concedit.*

1 DIspar est ratio loci exempti, & loci nullius Jurisdictionis: locus enim exem-
ptus licet non sit de diœcesi. *Fel. & DD. c. Grave de off. ord. c. cum Episcopus ubi*
Fran. in 2. vol. & Gem. nu. 3. de off. ord. in 6. Feder. de Senis cons. 2. n. 4. Gem. c. 2. n. 19. ubi
Franc. in §. statuto. n. 10. & seqq. de Const. in 6. gloss. Clem. frequens verb. 6. primis ann. &
ibi vituli n. 127. de excess. Prælat. Far. dec. 324. p. 1. at verò locus nullius diœcesis, neq;
de diœcesi est, neque in diœcesi, sed est proprius diœcesis, & per se consistens, cui-
2 jus quoq; respectu ii qui privilegio quopiam talium locorum superiores sunt, diœ-
cesani possunt appellari. *Glo. clem. 1. §. volumus in ver. 6. diœcesanis ubi Card. in q. 4. n.*
2. vituli n. 4. Imm. n. 3. Abb. n. 15. de foro compet. propriumq; territorium dici possunt
possidere. *l. pupillus §. Territorium ff. de verb. sig. in 6. Far. d. decis. 324. n. 1. in fi. p. 1.* ejus-
modi diœcesanũ Territorium ab alio segregatum, solus Papa ad quem diœcesium

sepa-

separatio spectat, concedere potest. *Host.c.cum Contingat nu.1. de foro comp. ubi Butr. n.11.vers.de Consuetudine autem Abb.n.18.Bellam.n.15.vers.tamen certum est* proindè impropria est Doctorum locutio, cùm ajunt loca exempta constituere territorium de per se: intelligendi enim sunt quo ad certos quosdam effectus & per modum cujusdam comparationis. *Fel.d.c.graven,2. in fin. Rob. cons.31. n.44.p.3. Far. d. loco 100.& 7.*

QUÆSTIO XLIV.

Qualis sit privilegii exemptionis effectus.

SUMMARIUM.

1. *Exemptio simpliciter per Papam concessa eximere solet ab omnibus excepto Papa.*
2. *Multa Episcopo censentur reservata, quæ ei specialiter non adimuntur.*
3. *Privilegia eximentia monasteria, & eorum membra, non dicuntur eximere loca & castra sive populum.*
4. *Exemptiones sunt stricti juris, & in multis casibus Episcopi habent in exemptos jurisdictionem.*

EXemptio simpliciter per Papam concessa eximere solet quidem ab omnibus excepto Papa, uti alio in loco scripsi. *lib.2. quæst.2. nu.13.* nihilominus tamen multa Episcopo censentur reservata quæ ei specialiter non adimuntur, *Anchar. cap. postulasti num.45.vers.quod prob. de foro comp. & cap.2. num.10. ubi Franc.nu.20.vers. quando Prælatus de cons. in 6. Farinac. dec.324.num.5. part.1.* Hinc est, quod exemptionis privilegia eximant quidem à subventione, sed non à situatione & denominatione, *Vitall.clem.1.num.44.de Privileg. Franc.d.c.2.§.statuto vers.sed adventu de const.in 6.Farinac.d.dec.324.num.4.* Præterea, Privilegia eximentia monasteria, & eorum membra, non censentur eximere loca & castra sive eorum populum, nec faciunt territorium separatum, sed exempti dicuntur tantum habere Jurisdictionem in personas, non verò in locis. *c.per exemptionem ubi Gem. num.5. Franc. nu.3.vers.5. Nota Anchar. num.3.vers.4. Nota de Privileg.in 6. Far. d.dec.314.num.6. Guiliel.de Monte laud.clem. Pastoralis num.24.de rejud.* sunt enim exemptiones stricti juris, uti alàs ostendi *l.4.quæst.4.* denique multis in casibus exemptione non obstante, ordinarium habere Jurisdictionem in exemptos, & plusquam centum casibus, recensui lib.2.qu.45.

QUÆSTIO XLV.

Membrorum Ecclesiæ vocabulo quid comprehendatur.

BReviter ea comprehenduntur, quæ illi Ecclesiæ unita sunt. *DD. clem.1. de excess. Prælat. clem.1.ubi Imola.nu.29.de Rescript. Corn. cons.262.nu 3.l.3. Farin. dec.324. nu.9.part.1.* Pars enim sine suo toto considerari non potest, *Præses loco à toto ad partem.9.part.1.* Pars enim sine suo toto considerari non potest, *Præses loco à toto ad partem.9 DD.clem.de excess. Prælat. & in Clem.1.ubi Imol. num.29.de Rescript. Corn.cons.262.num.3.l.3.*

QUÆ-

QVÆSTIO XLVI.

Utrum in Exemptionum materia à Jurisdictione temporali ad spiritualem inferri possit?

NEutiquam; quia Dominium, seu Jurisdictio temporalis nihil habet commune cum spirituali. *c.1. de Relig.dom. Glo.c.1.verb.divisis.dist.10.glo. Clem.ne Rom.§. sanè, verb. Diœcesim de elect. Host.c.super eo n.3. de paroch. & in c. querimoniam n.2.ubi Butr.in fi. de Iure Patr. c.cum caussam n. 12. vers.secundo scias de prob. Guili. de Monte laud. Clem. Pastoralis n.21.de re Iud. Farin.dec.324.num.10.part.1.* nisi tamen exemptionis verba sint plenissima, quæ omnimodam exemptionem, & utramque speciem comprehendat, qua de re vide infra *q.55.*

QVÆSTIO XLVII.

Præscribi an possit in aliena diœcesi territorium separatum?

1. *Ius non admittit in mystico corpore duo esse capita.*
2. *Præscriptio operari non potest, ut territorium sit separatum ab Episcopo.*

1 MInimè: esset enim Monstrum mysticum, mystici corporis habere mystica duo mystico in corpore capita, quod jus non admittit. *Host.cap.cum contingat num. 1. de foro comp. in cap. quanto n. 13. & cap. Quoniam n. 2. de offic. ord. Farin. dec. 324. num. 11. part. 1.* Cùm enim Episcopatus sit unum corpus, cujus caput est Episcopus, si ponantur uno in Episcopatu duo Episcopatus capita, fiet unum corpus misticum, duo habens mystica capita, quod ut est prodigiosum & à natura abhorrens, ita etiam à jure alienum. *Host. d. loco Butr. d.c.cum contingat nu.11.vers.de consuetudine ubi Abb.nu.18. & 19. Bellarm.nu.15.* Proinde, veluti irrationabile per perscriptionem consuetudinemve acquiri non potest. *Gabr. de præscript. Concl.1.num.8. & 38.*
2 *Far. d.dec.324.n.11.in fin.* Neque obstat, quod utraque Jurisdictio Episcopalis scilicet Diœcesana, & Jurisdictionis, præscriptione acquiri possit. *Rota dec. 2. de Præscr. in Novis. Abb.d.cap.cum contingat num.11.de foro comp.* Id enim non aliter intelligendum est, quam si velint præscribere quasi sub Episcopo: nam si præscripsissent territorium separatum, amplius sub Episcopo esse dici non possent. *Abb. d.c. cum contingat num.18 Farin.d.decis.324.n.12.part.1.*

QVÆSTIO LXVIII.

Prælati habentes territoria separata, an possint Confessarios approbare.

NEutiquam: id enim privativè ad Episcopum spectat, uti sacrum Rotæ auditorium judicasse refert Prosper Farinaceus *dec.332.part.1.* estque Episcopus eo in jure manutenendus, donec alius de immemoriali præscriptione per tres sententias conformes docuerit. *Farin.ibid.n.4.*

QVÆSTIO LXIX.

Quis debeat probare locum esse de diœcesi?

Panor-

Panormitanus respondit, ejusmodi probationem ad Episcopum pertinere *in c. cum olim n.2. de censibus. Farin.dec.358.nu.1.part.1.* probabitur autem dilucidè id tatis, si intra Diœcesis suæ fines probetur constitutus, aliisque modis quos ante ostendi. *qu.33. & seq.*

QUÆSTIO L.

Quibus modis probetur locus aliquis esse de Diœcesi.

Multifariam id probari compertum habemus, ex Doctorum nostrorum hypomnematibus. Et quidem imprimis ex eo, quod locus aliquis Episcopo respondeat de juribus Episcopalibus. *Abb.c.cum olim nu.3. de Censibus c.1. de relig. dom.* Sunt enim hæc inter se convertibilia; Ecclesia est in Diœcesi, ergò Episcopus tenetur ad Episcopalia, & contra, Ecclesia tenetur ei in Episcopalibus, ergo est in ejus Diœcesi. *Abb.d.nu.3.* Secundò per deputationem Episcopi simpliciter factam per Pontificem ad certa quædam loca, dixi *simpliciter*, quia secus si ad certum effectum: nam tunc non tribueretur Episcopo Ordinaria iis in locis Jurisdictio, *Farl.dec.358.nu.3. part.1. Bald.cons.472.nu 2.vers.sed ubi apponitur Clausula enim. Ruin.cons.170.num.8. & 10.l.3.*

Tertiò, ex probatione, quod locus consistat intra fines Diœcesis. *cap.conquerente de offic.ord. Farl.dec.396.nu.1.part.1. & late dec.405.n.1. Decius cons.146.nu.15. Paris.cons. 22.nu.3.li.1. Aymo cons.54.nu.9.* Quartò, per verba enunciativa Papæ. *c.Si Papa ubi DD. de privileg.in 6. late Farinac.dec.432.n.2.p.1.* Dixi *Papæ*: quia secus esset, si essent enunciativæ Episcoporum. *Aret.c.cum caussam nu.21.vers.sed tamen adverte de probat. Innoc.cap.dudum nu.3.cap.fin de privileg.cap.inter dilectos nu.6. de indiciis. Far.d.decis. 405.nu.2.* idque nisi Episcoporum enunciativè confirmentur aliis adminiculis. *Achilles dec.1. de Confess.dec.7. de jure Patr. Puteus decis.149.lib.2.* veluti ab aliis pluribus personis benè informatis, *Ruynius cons.141.n.10.lib.5. Chephal.cons.192.n.38.*

Quintò, per enunciativas in antiquis, quæ æquipollent famæ. *Aret.d.cap.cum caussam. fasl.cum aliquis nu.7. C. de jure deliber. Alex.Cons.75.nu 7.lib.4. Cassad.dec.3.n.3. de Procur. Puteus Decis.209.l.2. Farin.d.Dec.405.n.5.part.1.* secus in recentibus. *Farl. Dec. Rot. Decis.31. de probat.in antiq.*

Sextò, per libros antiquos. *Jo.Andr.d.cap.cum caussam n.10. ubi etiam Abb. & DD de probat. Farin.d.Dec.405.n.7. Abb.cons.54.nu.3.lib.1. Puteus dec.109.lib.2.*

Septimò, per alias qualescumque probationes, quæ in probandis limitibus sufficiunt, etiamsi per judicia & conjecturas leviores. *c.cum caussam & 3. ubi fol.nu.14. de probat. Dec.Cons.42.nu.10. Guido Dec.193. Farinac.d.dec.405.nu.8.part.1. idem Farinac.dec.683.part.1.*

Octavo, Ecclesia probatur esse in illo territorio sive Diœcesi, in qua solvuntur ejusdem Ecclesiæ census. *Far.Dec.432.nu.3.p.1.cap.2. de Censibus.*

Nonò, ex visitationibus Episcoporum. *Fari. Dec. 541. n. 2. part. 1. & Dec. 68.*

Decimo, ex Confinibus v.g. maris, fluminis, montis, qui dicuntur æterni. *c. cum causam ubi Fel. nu 5. vers. & notat. Farin. Dec. 683. nu. 3 part. 1.*

Undecimo, per sententias. *Farin. d. Dec. 683. n. 3.* qua de re vide etiam infra

QUÆSTIO LI.

Confessione an probetur locus esse de Diœcesi.

NEutiquam: cum enim ejusmodi Confessiones versentur circa id quod in [illegible] consistit, confitenti non præjudicat. *l. ornament. ff. de auro arg. leg. Bank. l. 12. ff. si cent. Farin. Decis. 358. nu. 2. part. 1.* cum nec simplici confessioni credendum [illegible] nisi per eam aliter exprimatur. *Aymo cons. 48. n. 7. & seq.* Stantque pro hac [illegible] ne ea quæ alio in loco scripsi *li. 1. part. 2. qu. 31.*

QUÆSTIO LII.

Prælati inferiores an excludere possint Episcopum à jure visitandi.

SUMMARIVM.

1. *Prælati inferiores non possunt excludere Episcopum à suo jure visitandi, nisi ostendant Privilegium aut consuetudinem legitimè præscriptam.*
2. *Consuetudo ejusmodi debet esse præscripta spatio 40. annorum, ut minus.*
3. *Visitatio pendet ab Ordinaria Jurisdictione.*
4. *Episcopus est adeo fundatus in jure visitandi, ut ne quidem per inhibitionem pendente impediri possit.*
5. *Energia clausulæ.* Non obstantibus privilegiis quibuscunque.

1 PRælati Inferiores non possunt Episcopum excludere à suo Jure visitandi, nisi ostendant Privilegium aut consuetudinem legitimè præscriptam, uti post Hostiensem, Socinum & alios ostendit Sarmienta, *select. interpr. l. 3. c. ult. Mandos. Cod. 38. nu. 8. Cons. 37. nu. 11. Rota Decis. 207. n. 5. part. 2 diversf. Fari. dec. 394. n. 1. part. 1.* nec
2 seque est ut præscriptio sit ut minus annorum 40. *c. de quarta de præscript. Barbos. de præscr. part. princip. quæst. 12. nu. 4. Far. d. Dec. 394.* qua de re vide alia quæ hac in eadem
3 materia scriptis mandavi *quæst. 27. & 28.* Cum enim visitatio pendeat ab ordinaria jurisdictione; *Rota Decis. 196. nu. 2. part. 2. diversf. Farin. d. Decis. 394. nu. 4. part. 1.* in qua Episcopi fundatio adeo fundata est, ut ne quidem per inhibitionem, lite delapsa pe

pendente impediri possit. *cap. cum personæ de privileg. in 6. cap. Constitutus de Relig. dom. Caputaqu. Decis. 201. part. 2. Farinacius Dec. 396. num. 1. part. 1.* estque id extra disputationis aleam nunc constitutum per sacrosanctum Concilium Tridentinum 4
cap. 8. sess. 7. & sess. 21. de reform. cui adjecta est clausula: *Non obstantibus privilegiis quibuscunque* comprehendens quascunque personas quantumvis Privilegiatas. *Tiraq. de Retr. conv. §. 1. Glo. 14. n. 96. Sarnensis in Proemio Reg. Can. qu. 4. part. 3. Puteus Dec. 334. in fin. 2. Far. Dec. 396. n. 3.* idque nisi alius inferior doceat de privilegio & possessionem tunc is adversus Episcopum lite pendente esset manutenendus *d. cap. cum persona Farin. Dec. 447. part. 1.* Secus porrò, si solum in præscriptione immemorialiautin solo Privilegio niteretur: nam eo casu, Ordinarius esset manutenendus, donec per sententias ternas de eo fuerit cognitum. *Farinac. d. Dec. 447. nu. 1. in fin. part. 1. & Dec. 491. per tot. part. 1. Abb. c. 1. num. 4. ut lite pendente. Lancel. de Attent. part. 1. cap. 17. n. 161 & seqq.* Qua in re animadvertendum est, subditum, non posse dici constitutum in quasi possessione exemptionis ex eo solo, quod non appareat superiorem in illum exercuisse Jurisdictionem, nisi probetur quod evenerit casus exercendi, & volens exercere fuerit repulsus, & repulsioni acquieverit, & aliàs se habuerit pro spoliato. *DD. cap. dilectus de Capell. Monach. Farinacius d. Dec. 491. nu. 8. part. 1.* quin è contra Ordinarius exercens Jurisdictionem in una parte Diœcesis, in omnibus aliis exercuisse censetur. *Abb. Cons. 71. libro 2. Fel. cap. Auditis numero 19. de præscript.* Ideoque ad privationem possessionis Jurisdictionis Episcopalis difficulter inferri potest. *Abbas d. cap. 1. num. 4. Lancellot. d. cap. 17. numero 161. Farin. d. Decis. 536. num. 3.* Accedit, quod ad retinendam universalem quasi possessionem sufficiat unicus actus. Farinac. *Dec. 465. numero 1. part. 1. Rota diversorum decis. 17. numero 4. part. 2. Decis. 222. numero 6. part. 2.* Favorabiliora sunt jura in retinendo, quàm in acquirendo. *Menoch. de retin. possess. Rem. 2. quæst. 79. num. 679. Remed. ult. qu. n. 19*

QUÆSTIO LIII.

Episcopo ad aliam Ecclesiam translato, an subditi statim ab illius obedientia eximantur?

Distinguendum est, num translatio fiat de consensu translati, an verò eo invito. Priori casu censetur voluisse & constituisse ut subditi à priori vinculo quo ei tenebatur, absolvantur. *Abb. c. cum nobis n. 3. vers. sed olim Episcopus Spirensis de elect. Jo. Andr. & Franc. c. quod ob gratiam de Reg. Jur. 16. Farina. Dec. 475. p. 1.* Posteriori verò, neutiquam, ante quam translatus consensum suum præstiterit, ut nec etiam cum quis ob ejus benè merita ad aliam Ecclesiam transfertur: Pontifex enim tacitè

tacitè subintellexisse censetur, quatenus translato placuerit: Papæ quippè intentio est ut translato placeat, eique haud ita citò præjudicet. *Monach. c. generalis n. 16. de elect. 6. Jo. And. c. Quod ob gratiam n. 5. ubi latè, & Fran. n. 3. Farin. d. Dec. 475. n. 21 p. 1.*

QUÆSTIO LIV.

Ordinum equestrium parochi, an teneantur Episcopo ad quartam Canonicam?

DE hac quarta Canonica scripsi aliis in locis, quibus breviter addo, Episcopos habere juris adsistentiam percipiendi quartam Canonicam ex parochialibus etiam contra equites Hierosolimitanos. *c. 1. de Capell. Monach. c. conquerente de offic. ord. Rota apud Cantuccrum dec. 31. nu. 5. ubi latè p. 2. Host. c. de decimis cum contingit n. 1. vers. nam secundùm & in d. c. Conquerente n. 15. Farin. Dec. 477 p. 1.* Idque non obstante exemptionis privilegio, quod si requirat altiorem indaginem, manutentionem ut possessorio impedire non potest. *Far. d. Decis. 477. & fusè Dec. 491. per tot p.* prout nec in aliis Religiosis Parochias habentibus: sunt enim milites hi Hierosolymitani Religiosi viri, qui ad aliorum Religiosorum instar censentur. *Farin. Dec. 487. n. 8. & seq. p. 1. id quod etiam aliis in locis probavimus.*

QUÆSTIO LV.

Exemptus à Jurisdictione, an etiam Exemptus à dominio censebitur?

NEutiquam: quia sicuti Dominium & Jurisdictio temporalis nihil habet commune cum territorio & Jurisdictione spirituali. *c. 1. de Rel. dom. glo. cap. 1. verb. divisis dist. 10. glo. Clem. ne Romani §. sanè verb. Diœcesani de elect. Host. cap. super con. 3. de Parochiis & in c. Querimoniæ nu. 2. de Jure Patr. Fel. c. cum causam nu. 12. vers. sunt de probat. Guilel. de Monte Landuno Clem. Pastoralis n. 21. de re Jud. Farin. dec. 324. n. 10 part. 1. & ex probatione Jurisdictionis, illatio fieri non potest ad probationem possessionis & dominii terrarum. Gabr. com Concl. tit. de præsumpt. Concl. 9. nu. 9. Cravetta Cons. 54. nu. 9. Afflict. Dec. 267. n. 4. Curt. Junior. Cons. 158. nu. 25. lib. 2. Farinac. Dec. 14. nu. 9. part. 1.* ita neque ab Exemptione à Jurisdictione illatio apta fieri potest ad exemptionem à dominio: quia juxta vulgatam Theoriam, à separatis apta illatio ad invicem fieri non potest, *Præses in locis legalibus loco à separatis*, spiritualia que cum temporalibus commisceri non debent. *cap. ad qu. de Rer. permut. Lapus alleg. 129. nu. 20.* ut sunt causæ Ecclesiasticæ, quæ omnes spirituales dicentur. *glo. c. 1. verb: apponatur de Rest. spol. in 6. Sap. alleg. 70. no. 5. de procurat.* differuntque à causis civilibus sive temporalibus, quantum anima est corpore pretiosior. *Lapus d. alleg. 70. nu. 8. qua de re etiam breviter superiori qu. 46.*

QUÆSTIO LVI.

Episcopus an procedere possit adversus Exemptos alterius conjugem retinentes?

Posse.

POsse censuit Salcedo *in add. ad practicam Bernardi Dias c.3. litera A.§. punire, &* post eum vir è Societate Jesu doctrinæ eximiæ Thomas Sanchez *de Matrim. lib. 7. disp.33. nu.21.* tum quod non agatur de Privilegio Exemptionis, sed de Matrimonii instauratione, quod ad ordinarii officium spectat *c.1. de Conver. Conjug.* Tum quod ordinario omnimoda Jurisdictio competat adversus extraneos, & exemptos Jurisdictionem suam impedientes. *Innoc. c. dilecti in fin. de pœnis. Steph. Aufrer de Potestate Sæculari super Ecclesias n.23. Rojas al. de Haereticis p.1. n.155. & seqq.* idque Roias loco jam laudato sæpe in praxim deduxisse refert, cum vicariatus munere fungeretur adversus quosdam Canonicos Exemptos, ac ordinis divi Bernardi Monachos, qui quoque exempti sunt, concessa enim Jurisdictione, omnia eo concessa censentur, sine quibus Jurisdictio commode exerceri non potest. *li.2. ff. de Jurisdict. omn. And.*

QUÆSTIO LVII.

An in casu præcedentis quæstionis possit adversus Exemptos procedere per Censuras.

VIdetur posse: quia qui Jurisdictionem habet, excommunicandi etiam potestatem habet, ut Salcedo in præcedenti quæstione laudatus resolvit, alioquin enim si excommunicare, suspendere, interdicere non posset, Ecclesiæ armis destitutus Jurisdictionem quam habet, exercere non potest. *l.2. ff. de Jurisdictione om. Jud. c. Pastoralis c. Præterea, de offic. deleg.* Cum & jure dispositum videamus habentem nudum ministerium, posse impedientes Ministerii sui exequutionem censuris ferire, ne alioquin ei inutilis sit ejusmodi commissio. *glo. c. super q. verb executorem & c. ex literis verb. si subdelegatus & c. fin. verb. commissum de offi. del. DD. in c.1. de Privil. in 6.* Quod restringe, nisi tales sint Exempti, qui privilegio speciali excommunicari, suspendi, interdici que non possint, ut inter multos habet Societas Jesu, & mendicantium Ordines: quam restrictionem sublimito, nisi ejusmodi privilegii derogetur per Concessionem, ut per ejusmodi Censuras procedere possint, veluti latius variis in casibus novissimi Juris Conc. Trident. ostendit Thomas Sanchez *de Matrimonio li. 7. disp.33. num 23.* Gambara *de officiis leg. li.8. c. ultimo n.77.* Entiques *de Indulgentiis lib.7. c.25. nu.7.*

Porrò in casibus quibus Episcopus non poterit procedere per censuras adversus exemptos, ita privilegiatos, licebit ei procedere per eorum depositionem aut in arctius Monasterium collocationem, aliisque pœnis Canonicis. *Sanchez. d. disp. 33. num.23.* quod notandum esse, ad intelligentiam Conc. Trident. refert Thomas Sanchez *d. n.23.* Quippè quod Conc. Triden. multis in casibus concedat Episcopis potestatem procedendi per Censuras adversus specialiter à censuris exemptos, multis etiam in casibus simpliciter subiicit exemptos Episcopis, v.g. quo ad publicas processiones, quo ad componendas controversias præcedentiarum, & similes, in quibus non adiicitur facultas procedendi per Censuras, proinde iis in casibus potenrit

rit Episcopus aliis pœnis, Censuris exceptis, procedere, atque ita occurritur objectio ni suprascriptæ, licet enim habens Jurisdictionem in foro externo spiritualem pos excommunicare, & cætera explicare, sine quibus Jurisdictio exerceri non potest, ha tamen intellectum habet, nisi per speciale Privilegium ligata sit potestas, quo ad al quam specialem pœnam, ideoque non erit frustranda cogendi potestas, quia potes uti aliis pœnis Canonicis, & ita concludit Thom. Sanchez. *d.n.23. per tot.*

QUÆSTIO LVIII.

Privilegia Exemptionum an eximant Exemptos à Jurisdictione inquisitorum hæreticæ pravitatis.

REspondeo non eximere. *Lapus alleg.*195. Ratio est, quia Pontifex subiicit eccl cumque potestati inquisitorum hæreticæ pravitatis, non obstantibus privilegiis concedendis. *cap. officium §. denique de Hæreticis*, quo fit, ut nisi Pontifex specialiter huic Constitutioni deroget, Exempti inquisitoribus hæreticæ pravitatis subiaceant. *Lapus d. alleg.*105. quod restringitur in exemptionibus concessis ordinibus. Dispositio enim cap. officium loquitur de personis, non verò de ordinibus, inter quos est diversa est ratio. *c. ne aliqui de privileg. in 6. Lapus d. alleg.*105. *in fin.* sed solet Pontifex in facultate qua concedit Episcopis seu aliis hæreticæ pravitatis Inquisitoribus apponere clausulam hanc: *cum plena, & omnimoda auctoritate contra omnes & singulos utriusque sexus Laicos & Seculares, & quorumvis ord. etiam Mendicantium regulares, etiam à Jurisd. sua quomodolibet exemptos immediatè subjectos inquirendi, & procedendi tibus legitimis iudiciis carceribus mancipandi:* atque hæc facultas data est Ordinario Leodiensi: plura hac de re videantur quæ scripsi alio in loco, de Jurisd. ord. in Exemptos Tom.2. part.2. de Conservatoribus, quæst.5. & alibi.

QUÆSTIO LIX.

Ecclesia quando vel Episcopo, vel alteri Prælato subjecta præsumatur?

1. *Omnes Ecclesiæ præsumuntur subjectæ Episcopo.* 2. *Fallit ut nu.* 2. 3. *Subiecto ex quibus coniecturis præsumatur.*

1 LIcet Ecclesiæ sitæ intra limites Diœcesis Episcopo subjectæ præsumantur. *c. omnes Basilicæ 16 q.7. c. constitutus de Relig. domibus.* non tamen id obtinet in Ecclesiis sitis intra limites Jurisd. aliorum Prælatorum. *c. ult. de offic. arc. Lucas de Penna l.3. præsumpt.*137. *C. de pœnis publicis* 10. *Menoch. li.6. præs.*72. *n.*1. nisi concurrant alia quæ subjectionis præsumptionem inducant, ut sunt perceptio decimatorum, assignatio
2 congruæ portionis, subitio onerum: hæc enim donotant Ecclesiæ subjectionem. *Far. Dec.*102. *n.*8. *p.*1 *c. de Monachis de præbend. c. avaritiæ eodem Lambert. de Jure Patr. art.*1. *q.*10. *Princip. n.*3. *par.*2. *n.*4.7. & 8. *vers. Quartum ponit dubium.*

3 Secundò, Ecclesia præsumitur subjecta alteri, cum solvit Cathedraticum. *cap. Ut sd.* 2.10. *quæst.*3. *Lucas d. loco. præs.*138. *Menoch. d. præs.*72. *n.*2.

Tertiò

Tertiò, si aliqua Ecclesia alteri ratione illius visitationis subsit. *c. illud Magni 10. quæst. 3.*

Quartò, ex præstatione quartæ. *c. priscis 10 q. 3.*

Quintò, ex solutione procurationis. *c. quiescamus dist. 52.*

Sextò, ex defunctorum sepultura. *c. placuit 13. q. 2. cap. 2. de rest. spol. in 6. Cavalcan. Concl. 34. nu. 10.*

Septimò, ex mandatorum susceptione atque obedientia. *c. quem progenitores 20. q. Innoc. c. olim 3. de Rest. spol.*

Octavo ex præstatione reverentiæ. *c. ex ore de His quæ sunt à majore parte Capituli.*

Nonò, Quando recipit munus Consecrationis. *c. Presbyter d. 24. c. hac quippe 3. q. 1.*

Decimò, Quando Pontificalia admisit. *c. Pontifices 7. q. 1. Goffredus d. c. exore.*

Undecimò ex re Judicata, contra se lata, *cap. olim 3. de Rest. spol.*

Duodecimò, per exercitium Jurium superioritatis, v. g. si exercuerit aliqua jura Pontificalia. *Menoch. l. 6 præs. 72. n. 13.* qua de re vide etiam quæ alio loco scripsi. *q. 32. 33. & 50.*

QUÆSTIO LX.

Cœmeteria an gaudeant Exemptione Ecclesiarum.

1. *Cœmiteria gaudent Privilegiis Ecclesiæ.*
2. *Locus ille pro Cœmiterio, habendus, qui ab Episcopo benedictus est.*
3. *In dubio, locus non est habendus pro Cœmiterio: quod fallit, ut hic.*

CŒmeteria esse loca Ecclesiæ connexa, illiusque privilegiis gaudere ostendit Menochius de *Arbit. Jud. li. 2. casu 95. nu. 10. & li. 5. præs. 20. Covar. var. reso. c. ult. nu 5.* 1

Sed dubium est, unde locus quispiam præsumatur esse cœmiterium Ecclesiæ? quem articulum aliquot Conclusionibus enucleo.

Prima Conclusio: Locus ille pro Cœmiterio habendus est, quem latè constat ab Episcopo pro Cœmiterio fuisse benedictum, ut & è contra non habendum pro Cœmiterio, quem constat non fuisse pro Cœmiterio per Episcopum benedictum. *Clem. 1. ubi DD. de sepult. Menoch. li. 6. præs. 72. nu. 15.* 2

Secunda Conclusio, in dubio locus non est habendus pro Cœmiterio. *Menoc. d. præs. 72. n. 16.* idque nisi aliud quibusdam conjecturis præsumatur, conjecturæ autem sunt, si locus situs sit circum majorem Ecclesiam passus quadraginta, aut minorum passus triginta. *Menoch. d. præs. 72. n. 18. & seqq.* Similiter si Ecclesia sit antiqua, locusque apud ipsam Ecclesiam semper fuerit reputatus pro Cœmiterio. *Menoch. d. præs. 72. n. 12.* 3

Ut & si in ejusmodi loco reperta fuerint ossa mortuorum. *Menoch. d. præs. 72. n. 22.* & quidem non paucorum, sed plurimorum. *Mascard. de probat Concl. 289. Barth Fumus & cæteri Casuistæ in verb. sepultura. Menoch. d. præs. 72. n. 21. in fin.* Nam ut est in proverbio Erasmi *Cent. 7. adagio 94.* una hirundo non facit ver, nec unus Homo Civitatem, nec unus nummus divitem, nec unum os hominem.

QUÆ-

QVÆSTIO XLI.

Exemptus confitens coram Ordinatio debitum pro quo coram eo convenitur, an possit declinatoriam Exemptionis apponere.

SVMMARIVM.

1. *Confessio judicialis telam judiciariam non requirit.*
2. *Quod extendunt nonnulli etiam ad Confessionem fictam.*
3. *De Exemptione excipi potest non obstante confessione.*
4. *Quod fallit ut hic.*

1 DUbitandi occasionem facit theoria juris, confessionem telam judiciariam non requitere, & ubi adest confessio, ibi non est necessaria disceptatio fori, *late Fel. c. cum dilecta n. 14. de Rescript. Vantius de nullitatibus tit quomodo sententiæ nullæ reparentur num. 126. Socinus in Valentis Reg. 62.* quod etiam extendere videntur quidam
2 ad Confessionem fictam, resultantem ex statuto, quo contumax habetur proconfesso, ejusmodi enim confessione tacitâ, non secus quam expressâ volunt processus nulliter fabricatos sanari, *Marsi. sing. 387. Bartholus. Cons. 100. Nellus de Bantu. parte 2. temporis quæst. 49.*

3 Verum placuit magis, Confessione non obstante, de exemptione excipi posse. Ratio est, quia confessio nihil operatur, quando de jurisdictionis defectu constare potest. *Fel. d. cap. cum dilecta nu. 14. in fin. Vant. d. tit. Quomodo sent. nullæ reparentur n. 126. vers. quamvis igitur. DD. cap. at si. Clerici de Judicus. Specul. de Conf. §. nunc videndum vers. nunc dicendum restat. Alex. Cons. 3. l. 1. Soc. d. Reg. 62. fall. 1.* Quod declato in
4 ea specie exemptorum non procedere, qua alterius Jurisdictionem possunt prorogare: confessio enim facta coram Judice incompetente, qui Judex fieri ex partium prorogatione potest, præjudicat confitenti, *Soc. d. fall. 1. Anno. c. semper de Confess. in cap. Inquisitionem de elect.*

QVÆSTIO LXII.

Monialis Exempta pœnitentiæ causâ ad aliud Cœnobium translata, an desinat esse filia primi cœnobii?

DIstinguendum est inter translationem perpetuam & ad tempus, uti plenius videre est apud Prosperum Farinaceum *Dec. 109. per tot. part. 2.* paucis, ut filia secundi effecta censeatur, opus est susceptione iterata habitus, atque etiam alterius voti emissione. *Jo. Andr. c. 1. de Infantib. expositis. Abb. cap. quod à te nu. 7. de Cler. conjug. Anchar. Cons. 152. Navar. Cons. 60. & 61. de Regul.* & quidem de licentia superioris à quo ejecta seu emancipata vel translata dicitur, *c. statutum 19. quæst. 3. c. Monachum 20. qu. 4. c. licet de regul. ubi Jo. Andr. Abb. Cons. 95. & 96. vol. 1. Menoch. de arb. Jud. l. 2. casu 421. nu. 14. Farin. d. Decis. 109. nu. 4.* Consequensque est, ut ita temporaliter translatus ad aliud Cœnobium, ali debeat expensis non Monasterii ad quod transfertur,

sed

sed ejus ex quo translatus. *Card. Cons.27.nu.5. DD.d.cap. quod à te. Lapus alleg.61.n.6 Covar.c.1.nu.2.de Testam. Farinac.d.Decis.104.n.5.*

QUÆSTIO LXIII.

Exempto aliquo Capitulo, an illius Decanus Exemptus esse censeatur.

SUMMARIUM.

1. *Decanatus est dignitas Ecclesiastica.*
2. *Quæ distincta à jure capitulari.*
3. *Exemptiones non sunt extendendæ.*
4. *Decanus uti membrum Capituli gaudet Exemptione.*
5. *Prælatura Decanalis non est distincta à jure Capitulari.*
6. *Decanus est Caput Capituli.*
7. *Canonicus Capitularis non amittit jus sibi competens uti Canonico per adoptionem dignitatis Decanalis.*

RAtio dubitandi est, quia Decanatus est Prælatura & dignitas Ecclesiastica, *c. innovamus dist.90.glo.& DD.ad tit.C.de Decanis l.14. Rot.Dec.17.in fi.vers.ego vero alleg.de conces.præb.in Novis.Far.dec.533.n.4.p.2.* Jus autem Prælaturæ distinctũ est à jure capitulari. *Abb.c.post electionem n.9.in fin.de conces.præb.* ad exemptionum jura, quæ juris odiosi sunt, extendi non posse videbantur, *late Fel.in proœmio Decretalium §. Gregorium n.13.& seqq.cap.odia de reg.jur.in 6.& scripsi l.1.q.* verum tamen, verius est Decanum uti partem Capituli & nobilius illius membrum, eadem quo Capitulum exemptione gaudere, *Abb.d.c.post.Electionem n.9.vers.*Nam Decanus est propiè pars Capituli. *Far.dec.465.n.2.vers.Imo Nobilius Capituli membrum appellatur p.1.* Ratio est, quia dispositio facta in favorem Capituli, comprehendit in materia indifferenti etiam illius caput, *c.ea noscitur, de his quæ fiunt à prælato ubi DD.Fel.d.§.Greg.n.14.*

Ratio secunda est, quia Prælatura Decanalis non est distincta à jure Capitulari, & ideo etiam sub appellatione capituli pars comprehenditur, *Abb.d.c.post Electionem n.9.Fel.d.§.Greg.nu.16.* quod secus esse in Episcopo testatur plenè idem Solinus, *d.n.13.* ubi etiam Apostil. & Abb. *d.c.post elect.n.9.* cujus Jura à Capituli Juribus separata sunt, & distincta, *Abb.d.c.post Elect.Fel.d.n.13.& seq.* Licet unum corpus, una cum Capitulo efficere dicatur, *Abb.c.1.n.11.de elect.cap.Novit.de his quæ fiunt à Prælato DD.c.2.ubi etiam Abb.de Instit.*

Ratio tertia, Decanus est caput Capituli, quod est corpus mysticum: Si autem distincto jure censeremus Decanum à capitulo, eadem res diverso jure censeretur, quod jus non admittit, *l.eum quæ ades ff.de usu cap.* non modò in corpore humano cujus caput à cœtero corpore speciali jure distingui non potest, sed nec etiam in corpore mystico & ficto Capituli, ne plus operetur casus fictus in casu ficto, quam casus verus in casu vero, *Præses in locis legalib. loco à vi fictionis.*

Ratio quarta, quia Canonicus Capitularis per adeptionem dignitatis Decanalis non amittit jus sibi uti Canonico, seu Capitulari competente. *Puteus dec.100.lib.3. Natta, Cons.44.n.7. Fer.Dec.228.n.5.part.1. Card. cons.53.*

QUÆ-

QUÆSTIO LXIV.

Jurisdictio competens Decano, an privativè vel cumulativè competat?

SUMMARIUM.

1. *Jurisdictio competens Decano, Ordinarium ab exercitio suæ jurisdictionis non excludit.*
2. *Jurisdictio accumulativè data, nullam habet incompatibilitatem.*

1 REspondetur, quod Jurisdictio competens Decano, Ordinarium, & alios quibus privilegio, consuetudine, præscriptione Jurisdictio competet, ab exercitio suæ Jurisdictionis non excludit. *Bursat. Cons. 391. & seqq. Covar. c. alma mater § fin. n. 3. p. 1. de sent. excom. Joannes Faber. §. retinenda n. 19. vers. si verò omnia ista essent Inst. de Interdictis. Menoch. de Ret. poss. Rem. 3. n. 756. dec. part. 2. late Rom. cons. 393.* Quod etiam extendo ad ea, quæ silentium in choro, &, ut paucis multa complectar, ad cætera quæ cultum divinum concernunt, *Aret. Cons. 102. numero 3. Bursat. d. cons. 391. num. 27. vers. nec quartum.* Hæc enim in jurisdictionis accumulatione nulla incidit
2 incompatibilitas, *Rimin. d. §. 1. numero 181. & seqq. Inst. de donat. Bursat. d. Cons. 391. num. 26. Farin. dec. 534. numero 2. & 3. part. 2.* idque in judicio possessorio; secus vero si in Judicio petitorio de Jurisdictione cuipiam privativè competente constet. *Far. d. decis. 534. nu. 4.* Interim, omnes pendente possessorio Judicio, Jurisdictionem hanc quæ incompatibilis non est, poterunt exercere, *Farin. d. Dec. 534. per tot.* Dignatur verò Decanus, propter adsistentiam juris communis, quæ stat pro eo, qui tali prima dignitate fruens & quasi caput Capituli aliis præeminet. *Puteus dec. 210. nu. 2. li. 3. Rota Dec. 4. nu. 1. de elect. in novis Concil. Basilense sess. 21. tit. quomodo officium in Ecclesia sit celebrandum §. si quis Principem. Farin. d. loco.* à qua quæstione aliena non sunt quæ superius à nobis scripta sunt *li. 2. qu. 47.*

QUÆSTIO LXV.

Utrum autem Collegium in suum Decanum possit jurisdictionem aliquam exercere, dubitatur.

POsse refert Joannes Papon. *in Arestis Franciæ li. 1. c. 3. Arresto 4.* Confirmatque arrestum auctoritate Panormitani *c. irrefragab. §. Excessus de offi. ord.* quem videro

QUÆSTIO LXVI.

Quid si Ecclesia quæpiam Decano careat?

SUMMARIUM.

1. *Antiquior in ordine, absente Decano, vel nullo existente, Decani officio fungitur.*

ANtiquior ordine Decani officio fungetur, ut & vice versa Decanus officio eorum qui gradu ipsi inferiores sunt, v. g. Archidiaconorum, Archipresbyterorum atque ita reliquorum. *Rota decis. 4. post. Princip. de elect. in Novis. Francisc. Marcus dec. 13. 67. n. 5. part. 1. Card. Cons. 62. n. 1. Farin. dec. 634. n. 4. & 5. part. 2.* & proinde Decanus in eorum absentium locum succedens, ut & cæteri in locum Decani, illorum

jure

jure uti poterunt. *Rota dec.17 post Princ. de concess. prab. in Novis. Farin. d. decis.354. n.6. part.2.* Quæ tamen ab Ecclesiarum statutis & Privilegiis modificanda sunt.

QUÆSTIO LXVII.

Quid si Parochialis Ecclesia spectet ad aliquod Capitulum, utrum singuli Capitulares ab illius cura eximantur, Decanusque illius onere prægravabitur?

SUMMARIUM.

1. 1. *Ecclesia Parochialis qui prebetur Collegiata.*
2. *Intellectio axiomatis, Provisio hominis facit cessare provisionem legis.*

REspondeo, hujusmodi Parochias, quales sunt non paucæ, non afficere Decanalem dignitatem, neque singulos Canonicos in individuo, sed omnes, uti 1
Collegium, & personam mysticam. *Puteus dec.290. l.1 cons.267. n.1. Cald. cons.18. vers. Non obstat si dicatur. Lapus alleg.5. n.7. Cassad. dec.11. n.3. de prab. Fari. dec.340. part.2.* ideoque ejusmodi parochialis Ecclesia erit per quempiam Vicarium à Capitulo nominatum exercenda. Evidens autem erit probatio, parochiam esse Collegialem, si illius fructus inter collegas Collegialiter dividantur, *Farin. d. dec.340. num.2. par.1.* trutinandum enim est onus ab æquilibrio fructuum, & ratiocinatio inde desumenda *cap. quisenuit de reg. Jur. in 6.* ut Parochiæ onus ab illius commodo reguletur, *ea. officia de testamentis l. cum ab uno in pr. ff. de leg. 2. l. qui tutelam ff. de testam. tut. l. si compensandi C. de Hæred. 23. n.12. & seqq. Fari. d. dec.340. n.2.* idque nisi provisio hominis, hoc est 2
pacta, aut aliæ legitimæ, & Canonicæ dispositiones aliud inducant, juxta vulgatum illud dogma, provisio hominis facit cessare provisiones legis, scilicet de quo homo Canone permittente disponere potuit. *l. fin. C. de pactis conventis. l. certè §. cum qui ff. de precario. l. cum ex filio §. filium ff. de vulg. & Pup.* quod intellige, nisi hominis provisio cum legis aut Canonis dispositione possit concurrere, tunc enim provisio hominis non facit legis dispositionem deficere, *Bald. cons.329. nu 1. vol.1. Gozadinus Cons.74. n.11. Surdus Cons.34. num.34. lib.1. Farinac. decis.392. nu.4. in fin. part.1.*

QUÆSTIO LXVIII.

Præpositus Ecclesiæ an dare possit licentiam extrahendi debitorem è clausttris,

SUMMARIUM.

1. *Distinctio inter claustra prophana & sacra.*
2. *Violatione locorum sacrorum committitur sacrilegium.*
3. *Ecclesiæ immunitas extenditur ad 30. vel 40. passus.*
4. *Debitor auctoritate Superioris rectè extrahitur è claustris prophanis.*

QUæstio ista in facto accidit, utrum Perillustris D. Præpositus Leodiensis auctoritatem dare possit extrahendi debitorem convictum è claustris Ecclesiæ Cathedralis Leodiensis?

1 Si de Claustris quæstio sit, quæ Deo consecrata sunt, de quibus uti & aliis locis Deo sacratis fusè disserit Prosper Farinaceus *tract. de furtis q.172. per tot. p.2. & seq. tract. de Immunit Eccles. per tot. signanter c.18. li.1. pract. c. Comminatis tit. qu 28. per tot.* respondebo non posse, nisi cum solemnitatibus traditis in constitutione Greg. 14. quæ hypothesi huic non quadrat.

Si verò quæstio sit de Claustris remotioribus, quæ prophanis usibus sunt destinata, respondebo, Præpositum ob illam Præposituræ ab Episcopo primam dignitatem, de qua scribit Joannes Molanus *Tract. de Canonicis li. 2. cap. 4.* Iurisdictionem in claustris prophanis habentem, licentiam hanc dare posse.

Ratio est, quia sicuti multum interest inter loca sacra, & prophana, *Albert. de Rosat. in dictionario verb, res sacras. Farin. jam citatus. Navarr. in Manuali cap. nu 18. Decian. in pract. in li. 6. cap. 24. latè Motus Italia tract. de Immunit. Eccles.* ita & inter immunitatem locorum sacrorum, & Exemptionem locorum prophanorum, qualem habent Claustra ab Ecclesia remotiora, multum interest. In illis enim divina mysteria celebrantur, in his autem neutiquam: ideoque sacrorum consecratorumque
2 Deo locorum violatione sacrilegium committi solet: ut verò loci non sacrati nec Deo per Episcopum consecrati, violatione, Sacrilegium committi non solet. *Far. de Immunit. Eccles. c. 17 nu. 256. & seq.* ut proindè cum Præpositus in claustris prophanis, Deo per Episcopum non consecratis Iurisdictionem habeat, nulla Juris ratio impediat, quo minus Jurisdictionem suam in iis exercendo, facultatem dare possit debitorem convictum extrahendi, cum etiam opinione DD. Classicorum non paucorum, debitor in quem personalis fieri potest executio, Immunitate Ecclesiastica non gaudeat, veluti nominatim respondit Oldrad. *Cons. 54.* Alber. *Rubr. C. de his qui ad Eccles. confugiunt. nu. 3. in fi. qu. 4.* Farin. *de Immunit. Eccles. cap. 3. nu. 59.* Card. Tuschus *in com. Concl. verb. Eccles. Concl. 11. nu. 30.*

Neque impedit, quod Ecclesiæ immunitas dicatur extendi ad triginta, vel quadraginta passus, *Navarr. in Manuali cap. 25. nu. 18.* Quia opinio ita exolevit, ut invaserit
3 idem Navarrus *d. nu. 18. ver. admonemus*, idipsum fusè confirmat Farinacius *d. loco. 18. nu. 294.*

Toto autem Jure errant, qui adstruunt concessionem extrahendi quempiam è loco sacro, esse de reservatis summo Pontifici. Contrarium enim liquet ex Greg. 14. Constitutione eam Episcopo concedentis.

Quin autem Perillustris Præpositus Leodiens. Jurisdictionem quasi Episcopalem
4 habeat in locis sibi subjectis, uti sunt prophana Claustra, dubium non est. *glo. Clem. 1. verb proprii de Reb. Eccles. non alien. Navar. Cons. 23. de Privileg.* Itaque cum debitor legitime convictus acceptâ licentiâ Perillustris Præpositi è claustris pro-

pha-

phanis in carceres deductus sit, non potest ipse, in quem via Juris executio est facta, de sacrilegio aut violata immunitate Ecclesiastica conqueri, *l. quanquam ff. de aqua plu. arc. Menoch. de Adipisc. poss. Rem. n. 23. & 24.* à quo non deflectit Matthias Stephani Pomeraniæ dux is Consiliarius, *li. de Jurisdictione Ecclesiastica, & Sæcularis in imperio exercenda li. 3. p. 1. c. 14. n. 94.* à Catholica alioquin nostra Religione alienus, censens hanc asyli concessionem ab Episcopo, hoc est quasi Episcopalia jura habente, esse impetrandam, & consequenter quæ natura est contrariorum, ab eodem revocandam. *l. nihil tam naturale ff. de Reg. Jur.* Ex quibus consequens est, obiectiones per debitorem allatas peccare in amphibologiam, nec posse concernere loca exempta, quæ prophano alicui Prælato (qualis est Præpositus primus ab Episcopo Leodiens.) subjecta sunt, à sacris enim locis ad prophana argumentatio tanquam à diversis duci non potest. *Præses loco à separatis.*

QVÆSTIO LXIX.

1. *Ecclesia immunitati renunciari non potest.*
2. *Confugiens ad Ecclesias, blanditiis vel alter extractus, & carceri mancipatus, restituendus est Ecclesiæ.*
3. *Etiamsi constaret de delicto per Confessionem confugientis.*
4. *Quod intellige, ut hic.*

NOn posse, in præjudicium Ecclesiæ tradit Dom. Garsia Mastrillus *in Decis. Sicil. dec. 169. n. 10. p. 2.* Tiber. Decian. *reprobans Jo. Vischum tract de Immun. Eccles. n. 56. in Pract. Crim. li. 6. c. 26. n. 12. Peck. de jure sistendi c. 9. n. 3.* Itaque si confugiens ad Ecclesiam, blanditiis immunitatis promissæ, etiam cum Juramento, aut etiam minis exiverit, restituendus erit Ecclesiæ, quasi deceptæ & vim passæ, *Garsia Mastril. d. dec. 169. n. 13. c. Constit. 17. q. 4. vers. & ipse Reus ductus timore ab Ecclesia discess. Remig. tract de Immunit. Eccles. q. 15. Gomes. in 3. tom. delict. c. 12. n. 7. Covarr. var. res. li. 1. c. 20. n. 16. Clarus § fin q. 55. n. 6.* Etiamsi de delicto constaret per confessionem confugientis ad Ecclesiam: satis enim est forma Constitutionis Reg. 14. non fuisse ex amussim observatam, ut Ecclesiæ spoliatæ restitutio concedatur. *c. conquerente cap. item cum quis de rest. spol. Remig. de immunit. Eccles. q. fin. Garsia d. dec. 169. n. 12.* Idque nisi crimen sita dicta constitutione Greg. 14 exceptum: quia imputandum ei est, qui nimia credulitate deceptus exivit, latissimè Remig. *d. tract. Fel. 26.* id quod tamen alii non concedunt, sed indistinctè censent Ecclesiam esse restituendam. *Garsi. d. dec. 169. n. 15.*

QVÆSTIO LXX.

Episcopus an habeat fundatam Jurisdictionem in Monasterio suæ Diœcesis non obstante allegato Privilegio Exemptionis fundato super eo, quod Monasterium non fuerit visitatum.

1. *Identitas non præsumitur, nisi probetur.*
2. *Exemptione Capitis, non censentur exempta membra.*
3. *Exemp-*

3. *Exemptio est stricti iuris, nec extendenda de persona in personam.*
4. *Exemptionis quæ tendit in præjudicium tertii, non est facienda extensio ad augmentum superveniens.*

CAsus ex quo enata est præsens quæstio talis est. Extant in Diœcesi Leodiensi plura Monasteria utriusque sexus ordinis S. Sepulchri, quæ uno excepto, scilicet Trudonensi, subjecta sunt Ordinariæ Jurisdictioni & visitationi. Monasterium illud non repetitur visitatum ab Episcopo vel ejus vicario. Interim ex eo Monasterio prodierunt duæ sorores, & concesserunt ad oppidum Huense ejusdem Diœcesis gratia inibi ædificandi Monasterii sui ordinis. Extructo tandem Monasterio Joannes à Chokier Vicarius Episcopi illud visitare, & clausuram introducere intendit. Moniales visitationem auctoritate quidem delegata Conc. Triden. admittere sunt paratæ, sed non Ordinaria, idque duplici ratione moræ, quarum prima est, quod per Bullam Clementis VII. enuncientur Exemptæ. 2. quod ejusmodi Exemptionis confirmationem obtinuerint ab Urbano VIII. 3. quod Monasterium illud Trudonense ex quo migrarunt, nunquam fuisset visitatum ad ordinario. Quærebatur quid juris? respondit Vicarius, Monasterium Huense censeri Ordinario subjectum, neque ullatenus adducta in contrarium officere prætensioni Episcopi sui Domini, non prima objectio: quoniam prædictæ Moniales non probarunt in erectione Monasterii dicti Oppidi Trudonensis fuisse Ordinis S. Sepulchri, neque enim præsumitur identitas, nisi probetur. *Corn. Cons. 144. n. 11. lib. 4. Rimin. Sen. Cons. 161. n. 3. lib. 1. Rota decis. 441. n. 2. p. 1. in novis. Gravetta cons. 198. n. 4. Castr. in l. non hoc C. unde vi,* ac ut fuisset ejusdem ordinis S. Sepulchri, ac etiam Exemptum, quod non conceditur, non propterea dictæ moniales fuissent Exemptæ: nam exemptione capitis non censetur concessa 1 Exemptio membrorum. *Innoc. in c. ex ore de privileg. & ibi Abb. nu 1. & 4.* Nam 2 Exemptio est stricti Juris, nec trahenda de persona ad personam, *c. sanè c. cum Capella de Privileg. Jo. de Ferrar. in for. oppos. contra Instrum.* Præterquam quod Exemptionis 3 quæ tendit in præjudicium tertii non sit facienda extensio ad augmentum superveniens. *Ang. in l. si servitus col. pen. in pr. ff. de servit. urb. prad.* Albert. Brunus Tract. 4 de Augumento conclus. 9. nu. 8.

Ad 2. Respondetur, Bullam Confirmationis Urbani VIII. habere Clausulam dummodo sint in usu, cujus ea vis est, ut confirmentur tantum Privilegia quæ præscriptione 40. vel 60. annotum sunt acquisita, aut alibi notavi *tom. 2. p. 2. q. 454.* ut taceam Episcopum non fuisse vocatum, nam omnibus placuit non esse concedendas exemptiones, nisi citatis iis quorum interest, *conc. Lateran. sess. 10. Felin. in c. cum non li. c. in pr. de præscr. Innoc. in c. dudum de Privileg. Ant. de Pretis de Jurisd. Episcopi c. 8. n. 1. 5. & 7.*

Ad 3. respondetur, quod Privilegium Exemptionis non suffragetur, eò quod non appareat superiorem exercuisse Jurisd. nisi probetur quod venerit casus exercendi, & volens exercere fuerit repulsus, & repulsioni acquieverit. *Inno. in c. dilectus n. 3. vers. Possessorium. Ver all. decis. 306. p. 1. Farin. in terminis p. 1. decis. 491. n. 8. & 10.*

Nec

Nec etiam retulit, quod istæ Huenses submiserunt se directioni & jurisdictioni PP.Augustinianorum,quia id non potuerunt,ex quo hoc præjudicaret ordinariæ potestati,quæ est favorabilis, & cui Papa præjudicium facere non intendit. *Arg.c.pervenit 18.q.1.& 1.Saph.de Grat.& Exempt.tit.de Reser.in forma Breu.n.50. vel Oceani 14.*

Cum autem Controversia hæc inter dictum Dominum Vicarium & Priorissam ac conventum Monialium S.Sepulchri Oppidi Huensis esset in Judicium deducta coram Illustriss. & Reverendiss. Domino Petro Aloysio Caraffa, is auditis partium propositionibus, & Juribus utrimque productis, pronunciavit jus Episcopo visitandi illum in eo jure manutenendum, eliminatis inde PP.Augustinianis

QUÆSTIO LXXI.

Caussæ Collegarum Exemptorum an possint aliis committi, quàm eorum Collegiis sive Capitulis.

1.*Capitula jurisdictionẽ habent in Capitulares*
2.*Ordinariam tamen non habent de jure.*
3.*Nisi habeant consuetudine præscriptam.*
4.*Posito uno contrariorum,aliud removetur*
5.*Per acta nulliter gesta induci litis endentia non potest, ut nec per invalidam citationem.*
6 *Ante litis contestationem res est adhuc integra.*

CAsus talis occurrit, Titius convenit Mœvium debitorem suum Exemptum coram Judice ordinario, qui caussam remisit ad Capitulum, cui Mœvius se prætendebat subesse. Titius recurrit ad Nuncium Apostolicum, qui caussam committit Sempronio Ecclesiæ Cathedralis Canonico; excipit Mœvius se perperam prima in Instantia conveniri auctoritate Nuncii Apostolici postposito suo Capitulo, cui tanquam suo Ordin.io inmediatè prætendit se subesse. Quæritur quid Juris?

Paucis respondeo, Capitula certis quibusdam casibus Collegas corrigere & particulares quosdam Jurisdictionum actus in eos exercere posse. *Gregor.Sayrus in Thesaur Theol.Moralis li.1.cap.6.nu.17.* 1

At vero de jure verius est, jurisdictionem ordinariam in Collegas non habere. *Abb.c.cum caussa n.7.de offic.dec.& in c.ex parte decani n.2. de Receptis.* 2

Adjeci *de jure*,ut excludam consuetudinem, qua Capitula possunt omnimodam ejusmodi jurisdictionem præscribere.*c.cum contingat de foro comp.l.1.& l.fi.c.d.Emancip.li.c. dilectus ubi glo.verb.Consuetudinem de arbitr.* qualis non probatur in hoc casu 3 apud acta competere huic Capitulo in Mœvium,proinde cum ea nõ sit notoria,judex eam supplere non potest,prout latius alio in loco ostendi *de Jurisd.ord.in exẽpt.l.2.q.6.*

Præsertim quod implicet contradictionem, aliquem exemptum ab ordinaria jurisdictione subiici immediatè Papæ, ut est exemptio Mœvii, & nihilominus habere aliquem alium inferiorem à Papa, cujus ordinariæ jurisdictioni subiiciatur, ut est ea jurisdictio, quam Mœvius suum Capitulum habere asserit in singulos de Capitulo illiusque membra. Obstat enim huic adsertioni hæc juris theoria, posito uno contrariorum in esse,removetur aliud. *l.si inter me & te ff.de exep.Rei Jud.l.Pomponius §.si is in fin.ff.de procurat.præses in loco a contrariis.* 4

Id

Id quodsi ita sit, Mœvius impugnare nequit prætextu alicujus litispendentiæ jurisdictionem Sempronio per Nuncium Apostolicum demandatam.

Nam cum Mœvius prætextu exemptionis litispendentiam coram officiali impugnat, de surreptione Rescripti excipere non potest. *Farin. dec. 192. n. 4. p. 1. Fel. ad quæst. 2. n. 10. de testib. Anchar. cons. 13. Gard. cons. 67. DD. c. ex. eo de Reg. jur. in 6.*

Ut nec ex eo, quod Titius subticuerit Nuncio, Officialem remisisse causam Mœvii ad suum Capitulum.

Tum, quod Capitulum non probetur habere jurisdictionem ordinariam in singulares de Capitulo, ideoque per acta coram Capitulo nulliter gesta induci Litispendentia non potest. *Farin. dec. 668. nu. 14. part. 1. Gabr. cons. 52. n. 6. & 7. li. 1. cons. 31. n. 14 & 15. lib. 2. Lanc. part. c. 4. nu. 475. Pet. dec. 144. n. 8.* ut nec per citationem, aut invalidam remissionem causæ ad judicem incompetentem. *Farin. dec. 500. n. 9. p. 1. Lancelot. de attent. lite pend. in præf. nu. 82. Anch. Cons. 16.* Non enim præstat impedimentum, quod de jure non sortitur effectum. *c. non præstat de Reg. jur. in 6.*

Tum, quod cum Titius litem illam remissoriam non sit prosequutus, ea ipso textu litispendentiæ præjudicare non posset, *Far. dec. 192. n. 4. p. 1. Anch. d. cons. 16.*

Similiter, neque ob energiam clausulæ decreto remissorio adjectæ, *salvo quod justitia administretur.*

Nam clausula hæc, in favorem Titii Actoris in eius odium retorqueri non debet, *l. quod favore c. de legib. cap. quod ob gratiam de Reg. jur. in 6.*

Præterea, lite coram Capitulo necdum contestata, licuit Titio variare, & Mœvium coram alio Judice ex Nuncii Apostolici commissione impetere, *l. si quis stipulatus sit Stichum ff. de verb. oblig. de cons. l. non solet deterior nu. & ff. de Reg. jur.* quia ante litis contestationem non dicitur Actor propriè egisse, sed agere voluisse, *l. amplius ff. remratam habere.* Ac per litis contestationem instantiæ demum obligari, *l. si is qui se obtulit, ubi glo. verb. qui discessit ff. de rei vendic. Barth. l. edita n. 9. C. de eaendo & quæ contrah. l. 3. §. idem scribit ff. de peculio gl. l. 2. § fin. ff. de prat stip.* ante quam quidem litis contestationem judicii acta propriè dici non possunt, *Alex. Cons. 182. n. 6. li. 6.* quæ exaudienda velim cum eo sâlis grano, quod à Roberto Lancelloto hac in litispendentiæ materia adfertur, *de attent. lit. pendente in præf. n. 3. 2. 8. & segq.* nisi scilicet ex prima citatione is, qui citatur, plenissimè instructus sit, *Clem. 2. ubi Sabarella ut lite pend. Vestrius in praxi lib. 4. c. 1. n. 1. Marches. de commissionib. tit. de commiss. & avocat. cauſſ. c. 3. nu. 15. & 52.* Rursus, non obstat, quod Mœvius prætendat se vigore constitutionis Pianæ Privilegiorumque Cæsareorum non posse in prima Instantia coram alio Judice conveniri, quàm suo ordinario, quem prætendit esse suum Capitulum. Quum Exempti nullum agnoscunt Ordinarium quam Pontificem, in cujus generali dispositione Exempti, cum vertitur periculum exemptionis (uti hoc in casu quo coram Ordinario conveniendi essent) non comprehenduntur, uti eo latius alio loco ostendi, *de juris. Ordinarii in Exemptos lib. 1. qu. 4. nu. 13.* ne quidem etiam prætextu

Pri-

Privilegiorum Cæsareorum, quæ falcem suam in messem alienam Jurisdictionis Apostolicæ immittere non possunt. *Anch. Cassa 4. c. irrita C. de sacros. Eccles. late Card. Mantica de tacit. & ambig. conventionibus part. 2. lib. 22. tit. 19. nu. 10. & part. 1. l. 4. tit. 7. n. 3. cap. verum cap. bene cap. Imperator dist. 96. c. Eccles. 5. Maria cap. cum ab Ecclesiarum, & ibi utrobiq. DD. de constit.* ut nec exempti sub ejusmodi generaliter comprehendi *q. 4. n. 3* quam præter longissima tempora necesse etiam est ut probetur expressus Papæ consensus aut expressa, vel implicita illius scientia. *Farin. dec. 197. & dec. 213. dec. 221. nu. 6. part. 1.*

QUÆSTIO LXXII.

Commissio alteri facta executionis sententiæ per Conservatorem latæ, an Conservatorem ab ulteriore executione impediat?

SUMMARIUM.

1. *Quando inter plures executores non datur incompatibilitas, alter alterum impedire non debet.*
2. *In dubio jurisdictio non censetur commissa privative.*
3. *Quando unum remedium altero est pinguius, electio unius aliud non impedit.*
4. *Manus appositio Papæ æquipollet avocationi*
5. *Posteriores Papæ commissiones Prioribus derogant.*
6. *Inhibitio sive justa, sive injusta, ligat, donec sit remota.*
7. *Causa semel subdelegata, potest per delegantem avocari.*
8. *Interpertatio facienda est in favorem obtinentis rescriptum executivum.*
9. *Subtilitate nimia impingimus in justitiam*
10. *Juris apices cedere debent æquitati.*
11. *Rigor quando æquitati præferendus.*
12. *Executiones decretæ non facilè revocandæ.*
13. *Inhibitio contra jus non inducit nullitatem actus contra eam gesti.*
14. *Fallit in inhibitionibus à S. Sede emanatis*

REspondeo, executionem alteri commissam non impedire Conservatorem, quo minus etiam exequi suam sententiam possit.

Prima ratio, quando posterius Rescriptum priori Rescripto aut jurisdictioni alteri competenti non ita adversatur, quin ambo jungi aliquo modo possint, posterius rescriptum priori jurisdictioni alteri competenti non derogat. *Alciat. l. pacta novissima ad verb. non prohibens, verb. quid enim si. C. de pactis.*

Secunda, quando inter complures executores non datur incompatibilitas, alter alterum in executionis exercitio impedire non debet, *per tradita Far. de. 533. n. 2. p. 2.* 1

Tertia, in dubio Jurisdictio censetur commissa non privativè sed accumulativè cum alio. *DD. c. Pastor. de offic. ord.* scripsi latius *supr. q 23.* præsertim verò cum ex una parte militet favor vincentis; cujus post Cadmeam victoriam, ut est adagium, interest habere complures, qui sententiam ejus in favorem latam exequi possint. *Far.* 2

d.dec.30.nu.4.part.2. & ego d.qu.23. atque alia ex parte odium victi, qui sentent
executionem adversus se latæ ad instar proverbialis Echini partum differentis lib
ter fugit. *Erasmus in Chiliadibus cent.4. Proverb.79. Menoch.lib.2. præsumpt.*
num. 22.

Quartò, quando unum remedium altero est pinguius, electio unius, alt
non impedit, *Bart.l.in Provinciali num.3.& 4.ff.de novi oper.nunt.* ideoque nihil ob
3 stat, quo minus etiam auctoritate Conservatoris sententiæ ejus executio urgeri pos
sit, uti in non absimili casu idipsum alio loco fusius confirmavi *libro quæ*
quæst.91.

Quintò, concessum uni, non censetur alteri ademptum, quando concessio alteri
facta non fit gratia adimendi, sed ad majorem provisionem & cautelam ejus à quo
videtur auferri, uti longè hanc Theoriam explicans tradit Albertus Brunus de diminu
nutione & deterioratione *Concl.19. num.126.*

Idque sustineri potest, cum executionis commissio emanat ab aliquo inferiore,
sed majoris est difficultatis in hoc casu, quid si Papa sententiæ per conservatorem
latæ executionem alteri demandet? Hoc in casu Papa manus suas apposuisse cense
4 tur, manus autem ejus appositionem magnæ esse energiæ, æquipollereque avoca
tioni, & inhibitioni latè ostendit *Robertus Lancellottus de attentatis part.2.cap.10.n.1.*
& seqq. Unde Papa committendo alteri causam ad Ordinarium spectantem, cense
tur eam ab Ordinario avocasse, atque Jurisdictionem Ordinarii ea in causa extinxisse.
Lancellot.d.cap.10. num.17 latè. Gaill.lib.1.observ.41.num12. latè *Maranta de ord.*
5 *Jud.part.4.dist.16. nu.37.cap.cæterum de rescriptis cap.pastoralis § si.eod.tit. Rebuff.ad*
ord. Reg.tit.de avocationib. art.1. num.101. uti & posteriores Papæ commissiones
prioribus præjudicare decisum est. *Rota decis.6.& 7.de Rescript. in Novit.cap.cæterum*
ubi DD.& in cap.ex tenore de Rescriptis.Fel.cap.exlitterus de offic.del. text.cap. Pastora-
lis §. præterea de offic.deleg. secus porrò si commissio emanaret ab inferiore: ea
enim tacitè avocationi æquipollere non posset: cum certi juris sit inferiores à Prin
cipe ab aliis causas avocare non posse. *Maranta d.dist 16.num.38. Philip.in c.ut no-*
strum col.4. vers.3. quæritur de appell. Castrensis latè l. Judicium solvitur ff. de Judicis.
6 Porrò, quod restrinxi in Commissionibus Papalibus, id factum quidem est ob reve
rentiam & auctoritatem sanctæ Sedis, cujus gratia inhibitiones sive justæ, sive injus
stæ ligant, donec fuerint remotæ, uti etiam de Rotalibus inhibitionibus latè
ostendit *Robertus Lancellot.de atten.part.2.cap.1.limit.2.* secus porrò in aliis delegatis
Mandosus de inhibitionib. quæst.20. In quibus perplexa est quæstio, num causas à suis
subdelegatis possint avocare, jurisdictionemque eis demandatam revocare. Bartholus
7 enim, Castrensis & plerique id eis semper licere affirmant, *in l. judicium solvitur, ff.*
de Judiciis. At verò Areopagita Mantuanus Jurisconsultus Patavinus *in d.l. Judicium*
solvi-

solvitur ver. 4. censuit, causas semel subdelegatas non posse per eos qui delegarunt avocari, citatque in auctoritatem *Baldum in cap. licet in fin. de officio deleg.* ut ut sit, censuerim commissionem executionis sententiæ per alium latæ, cuidam alteri per Nuntium Apostolicum factam, non impedire, quo minus is qui sententiam tulit, ad quem alioquin executio spectaret, juxta distinctionem Abbatis *in cap. Pastorales §. Præterea num. 5. & seqq. de offic. del. ff.* suam sententiam exequatur, neque nisi præsuppositâ opinione Bartholi, & sequacium *in dicta lege Judicum solvitur.* manus Judicis exequentis per avocationem expresse delegantis inveniantur ligatæ; Tum quia interpretatio facienda est in favorem obtinentis Rescriptum executivum, *Cæsar à Grassis Decis. 24. numero 5. Roland. cons. 8 71. volum. secundo l.* ut habere possit plures executores, qui ut est in adagio, Caduceam ejus victoriam executioni demandent, ut in principio ostendi, Tum quia in rescriptis neutiquam sunt obtendendi apices Juris. *Lapus allegat. 79. numero 17.* nec consequenter subtiles illi quæst. anfractus an & quando posteriora Rescripta Prioribus derogent, *de quibus DD. in d. cap. cæterum & in cap. ex tenore de Rescript. Menoch. de arb. Jud. lib. secundo sent. 3. casu 202. numero 62. & seqq.* Sed recurrendum est ad epikejam seu ad æquitatem justitiamque, unicuique suum tribuentem, ne (ut elegantèr tradit Guilielmus Budæus *in annotat. ad pan-* 9 *dectas lib. 1. ff. de Just. & jure*) per Aristotelem Acribodicæi, id est præduri, rigidique juris usurpatores censeamur, quod etiam judicibus cavendum tradit Salomon inquiens Eccles. 7. 17. *Noli esse justus multum, neque plus sapias, quam necesse est.* Guliel. Budæus ibidem, ut proinde cum in hoc genere subtilis juris prudentiæ soleat plerumque sub autoritate juris pernitiosè in ipsam justitiam impingi, *l. si servum ff. de verb. oblig.* Satius sit, eodem Budæo teste epycizare, seu juxta æquitatem quam judices semper præ oculis habere debent, *l. quod si Ephes. 5. fin. ff. de eo quod certo loco.* ex æquo & bono decernere, *Budæus d. l. ff. de Just. & jure exempt.* Servii Sulpitii, cui (ut refert Cicero *Philip. 9.*) si omnes ex omni ætate qui intelligentiam juris habuerunt in unum locum conferrentur, non essent comparandi; Quippè quod ipse non magis Jurisconsultus quam Justitiæ fuerit, omniaque quæ à legibus, & jure civili proficiscebantur, ad facultatem æquitatemque semper retulerit, neque tam constituere litium actiones, quàm controversias tollere maluerit, estque id etiam Pontificio Juri conforme, quo juris apices æquitati cedere debent, haud difforme. *glo. cap. dilecti* 10 *verb. subtiliter de Judicius Jas. §. Item si quis in fraudem numero 78. Instit. de Actio. Duennas Reg. 335. limit. quarta, Gaill. libro secundo obser. 27. numero 28. gl. c.* 11 huic etenim *verb. ex nimia subtilitate dist. 49.* dummodo tamen subtilis ille rigor in specie non sit aliqua lege aut constitutione expressus, nam eo casu æquitati in spe-

cie non scriptæ quantumvis etiam in genere, expressè esset præferendus, *l. prospexit*
DD. ff. qui & à quibus Jason l. Placuit ubi etiam DD. de Judiciis. Abbas cap. fin. nu. 9. cum
Apostil. de transact. quod restringo, nisi æquitati non scriptæ conjuncta esset præsum-
ptio: nam tunc vigori scripto esset præferenda. *Menoch. præsumpt. lib. 1. quæst. 24. l.*
cap. Jurgantium numero 1. de re Jud. ut & nisi in arbitrariis versaremur, de quibus fu-
Menochius *præsumpt. lib. 1. quæst. 22. Felin. cap. jurgantium nu. 1. de re Jud.* ut & nisi
arbitrariis versaremur, de quibus fusè Menoch. *de Arbit. Jud. Felin. d. cap. Jurgan-*
tium ubi Abbas cum Apostilla, estque id Gregorianæ Constitutioni congruens, qua sta-
tuitur Jurgantium controversias celeri sententia terminari debere, quia id æquitati
convenit & rigori. *dict. cap. Jurgantium.* proindè caveat judex, ne sit sapientior aut
mitior lege, quæ decisioni caussas quadrans invenitur, *autentica de Judicibus §. oportet.*
Aristoteles Rhetor l. 1. cap. 37 in fin. Rodericus Gallecus de Reditibus lib. 2. cap. 3. num. 43.
nec in æqui justique determinatione Critolai libra, quam affectus regebat, utatur, in
Judiciis enim non est personarum habenda acceptio. *cap. in Judiciis de Jud. n. 6.* sed sibi
juxta Erasmi adagium *Chiliade 3. adagio fol. 863.* Justitiæ oculos assumens qui veres,
sinceri, recti, & incorrupti immotique sunt, *Gellius noct. Att. lib. 14. cap. quarto.*
Considerabit res semel justè judicatas nulla debere excusatione nec subterfugio dif-
ferri: *cap. sicut secundo quæst. 1.* ne in immensum trahantur finita litigia, alioquin nun-
quam dabitur discordantibus pax, si juxta adagium Adriani Junii, *cent. 5. Adagio 68.*
tricæ Fellenæ executionum Moratoriæ pulverem oculis Judicum, qui veri justitiæ
non sunt Sacerdotes, suffundentes admittentur. *Cassiod. lib. 1. var. Epist. lib. primo d. cap.*
Jurgantium Clem. ut callumniis de re Jud. Clem. dispendiosam de Judiciis cap. finem de
12 *dolo & cont.* hinc Aristarchi Judices, qui in Palestra Judiciaria ætatem benè triverunt,
executiones rerum Judicatarum minus ritè decretas non revocant, sed malè etiam in
possessionem immissos manu teneat, *Achilles à Grassis dec. 4. numero sexto, de pensio-*
nibus Alex. l. si Finita §. finali. ff. de damno infecto. Molineus ad cons. Paris. tit. 2. §. 52. nu-
mero 186. & seqq. Idque etiamsi executio decreta fuisset in præjudicium Inhibitionis,
dummodo tamen ea non sit Canonica. *Lancellott. de Attentatis part. 2. cap. 20. Annot. 1.*
13 Inhibitio enim contra jus facta, non inducit nullitatem Actus contra eam gesti. *Abb.*
cap. cum venisset numero 4. de Restitutionibus in integrum Paris. cons. 108. numero 11. lib. 3.
Lancellott. d. Annott. 1. num. 7. & seqq. Maranta de ord. Jud. part. 6. Actu. 2. in decis. 35.
num. 197. Præsertim etiam quod cuilibet inhibitioni soleat influere tacita hæc clau-
sula si de jure fieri potest. *Lancellot. d. cap. 20. declarat. 5. Castren. cons. 22. August. Bero.*
cons. 85. num. 23. lib. 3. Quod tamen, ut ante scripsi, restringo in inhibitionibus sanctæ
14 Sedis, & Rotalibus: Nunquam enim ista Sedes cui par honor exhiberi non potest,
contemni debet; Denique ut paucis multa complectar, Judices hac in hippothesi
assumant Judicii imaginem, quam describit Gellius Noctium Atticarum *libro 14.*
cap. 4. Forma atque filo virginali affectu; vehementi & formidabili, lumini-

bus

bus oculorum acribus, neque humilis, neque atrocis, sed reverendæ cujusdam tristitiæ dignitate. Emblema significans Judicem, qui Justitiæ antistes esse debet, oportere esse gravem, sanctum, severum, incorruptum, inadulabilem, contra improbos, nocentes & vitiligatores immisericordem, atque inexorabilem, erectumque ac arduum ac potentem, idest Majestate æquitatis veritatisque terribilem.

QUÆSTIO LXXIII.

Quid si quispiam pendente conditionali sententia eximatur?

SUbsistere sententiam conditionalem, quamvis superveniat exemptio, respondit Federicus de Senis *Consil.16.* fundata enim per prævention em Jurisdictione, superveniens fori mutatio nihil potest immutare, *cap. proposuisti, de foro competenti cap. preterea 2. de appell. cap.* & ita contra Archid. & Dominicum *in cap. 1. de Constitutionibus in 9.* respondit Federicus *d. cons. 16.* qua de re ego etiam plenius tractavi alio in loco *lib. 2. quæst. 16.* ubi eandem Conclusionem restrinxi; quod hic non repeto, ne actum agam.

QUÆSTIO LXXIV.

Ordinarius an in locis Exemptis possit jurisdictionem exercere?

SUMMARIUM.

1 *Ordinarius jurisdictionem non exercet in locis Exemptis.*
2. *Quid si accedat licentia expressa vel tacita ejus cujus est locus Exemptus.*
3 *Quid si præscriptio adsit?*

REspondetur, non posse, *cap. cum Episcopus ubi glossa de offic. ord. in 6. & DD.* r *alioin loco à me laudati 1. libro 2. quæst. num 5.* adinstar etiam Episcopi, qui Jurisdictionem alia in Diœcesi exercere non potest. *cap. Episcopor. 8. quæst. 2.* sed quæstio 2 est, quid si accedat licentia ejus cujus est locus exemptus, etiam quo ad solam jurisdictionem? suum enim propriè dici potest non modo ratione dominii, sed etiam respectu jurisdictionis quam quisque habere potest in loco. *glo. cap. 1. de postulat. Prælat. Franc. cap. ut. litigantes nu. 1. de offi. ordinarii in 6.* perplexa utcumque est hæc quæstio. Sunt enim, qui requirant expressam licentiam ejus cujus est loci Jurisdictio, una cum ejus consensu in quem Jurisdictio exercetur, *Navarrus cons. 41. num. 2. de temp.*

temp. ord. Decius l. Finali not. 9. ff. de jurisd. om. Jud. Navarr. cons. 41. de temp. ordinar. Sunt alii qui sufficere existimant tacitam licentiam per patientiam & non contradictionem ejus ad quem locus spectat, uti videre est apud Philippum Francum, *adit. ut litigantes num. 2. & 3.* qui contra Joan. And. *d. cap. ut litigantes*, Bald. *l. si quis ex consensu C. de Episc. audi. in fin.* Curt. *de Feudis part. 7. quæst. 5 ubi disputatur de patient. tacita & expressa*, censet sufficere tacitam, *per leg. quæro de solut.* Imò sunt etiam qui sentiant jurisdictionem alieno in territorio exerceri posse partibus non contradicentibus inter quos Spec. *de Comp. Jud. adit.* §. 1. *vers. quid si duo pisani & Tit. de legato* §. *nunc dicendum vers. sed pone. Franc. d. c. ut litigantes nu. 2. & tit. de Appell.* §. *nunc tractemus vers. sed quid si de facto*, ut & si jurisdictionem in alieno Teritorio exercenti quispiam præscripserit, ut & si quispiam id præscriptione acquisiverit, ratione enim consuetudinis aut præscriptionis judex poterit alieno in territorio jurisdictionem exercere, atque etiam in maleficium sive criminosum manus iniicere. *Franc. d. cap. ut litigantes num. 2. Bald. l. 3. in fin. ff. de testib. glos. cap. conquestus 9. qu. 4. glos. cap. dilecti de arbitris Archid. cap. placuit 1. l. 1. 16. qu. 1.* qua de re vide etiam supra quæst. 6.

QVÆSTIO LXXV.

Canones disponentes aliquid de Jurisdictinne ordinaria fovenda, tollenda, moderanda, an includant solam ordinariam de jure communi, an verò eam quæ competit consuetudine præscripta, vel Privilegio.

SUMMARIUM.

1. *Lex generaliter loquens generaliter est intelligenda.*
2. *Jurisdictio ordinaria quovis titulo acquisita est propriè ordinaria.*
3. *Dispositio loquens de jurisdictione ordinaria, comprehendet omnem illius speciem.*

QUa in quæstione licet ab eo, qui otio abundaret, multa utrimque adferri possent, ego illius penuria, paucis multa complectens, dico comprehendere omnem jurisdictionem ordinariam, sive ea jure communi competat, sive consuetudine, præscriptione, Privilegio, aut quocumque alio justo titulo acquisita. *Navar. Cons. 9. nu. 1. de Privileg.* Primo, quia lex generaliter est intelligenda *leg. de pretio ff. de publice in rem act. cap. solitæ de majorit. & obed.* Secundò, quælibet jurisdictio ordinaria quovis titulo acquisita, est propriè ordinaria, sive ea jure communi competat, sive consuetudine, præscriptione, privilegio, aut alio titulo, ad instar generis, quod propriè prædicatur de omnibus suis speciebus. *Bald. l. 2. d. C. de Jure aureorum annulorum.* Tertiò sicuti facultas concessa inferiori Episcopo delegandi ea quæ sibi proprio jure competunt, comprehendit etiam sibi consuetudine, præscriptione, Privilegio, aut alio

titulo

titulo justo competentia, *glos. Abb. Feli. & DD. cap. fin. de offic. ord.* Ita à rationis paritate, dispositio loquens de jurisdictione ordinaria, comprehendit omnem illius speciem sive jure communi, sive alio titulo competat.

QUÆSTIO LXXVI.

Citans Exemptum coram Ordinario, an præscriptionem interrumpat?

SUMMARIUM.

1. *Appellatio coram honestis personis admittitur, cum copia judicis competentis haberi non potest.*
2. *Testes ad perpetuam memoriam coram incompetente examinari.*
3. *Citatio coram judice de cujus jurisdictione dubitatur, operatur ut citatus comparere debeat, quod fallit ut n. 4.*

DIstinctione utendum est: aut certum est ordinarium esse incompetentem, & eo casu præscriptionem non interrumpit, *l. pen. & ibi DD. C. ne de statu defunctorum cap. ut debitus ubi glo. verb. coram idoneo de app. glo. cap. placuit § hæc verb. interrupta de præscript.* Quod limita, nisi judicis competentis copia haberi non possit, *arg. l. ubi adsumi ff. de tut. & curat. datis ab his. Jo. Franc. Balbus de præscript. in 4. quæst. princ. 6. part. num. 14. verum ampliatur 4.* Ista enim etiam appellatio coram honestis personis admittitur, cum copia judicis competentis haberi non potest, *cap fin ubi glo. de app. Lapus alleg. 38.* & testes ad perpetuam memoriam coram incompetente examinari possunt, cùm competentis copia haberi non potest, *Angel. & castr. l. cum hic quibus §. transactiones alimentorum ff. de Transact. Mandos. ad Reg. Canc. 34. q. 40. n. 4.* Aut dubium est, an ordinarius haberi possit pro competente, & tunc præscriptio interrumperet, *Mandos. d. quæst. 40. num. 5. arg. l. 2. §. sed. & si dubitetur & l. si quis ex alienâ ff. de Jud. l. 2. ubi glo. verb. sciatur ff. si. quis in jus vocatus.* Citatio enim coram judice de cujus jurisdictione dubitatur, operatur ut citatus comparere debeat, & excipere. *Lap. alleg. 16. & 58. & utrobique latè num 9. & col. Penul. Mandos d. quæst. 40.* idque nisi citans ante suam vel citati compartitionem pœnitentia ducatur: penitere enim potest citare faciens aliquem ante ipsius citantis vel citati compartitionem *l. quamvis & ibi Bald. & Alex. num. 4. ff. de in jus voca. Mandos. reg. Canc. 34. quæst. 66. nu. 6. l. in Criminali ubi glo. verb. in instituto C. de Jurisdict. om. Jud. l. 1. ubi glo ff. de in jus voc. Castr. l. si quis major. c. de transact.* Idque, ne justè pœnitentibus humanitas amputetur *l. si quis libellos C. de appell. Bellam. dec. 486. ante finem.*

Deinde, nisi citatio aut litis contestatio sit nulla. *Mandos. ad reg. Can. 29. quæst. 96. Abb. cap. illud num. 14. de præscript. in 4. quæst. princip. 6. pactis. Tiraq. de ret. glo. 2. n. 3.*

Sic etiam Reſcriptum quod nullum eſt, nullus ſolet effectus operari. *glo. ſin. in cap. ex tenore ubi Fel. numero 2. de Reſcriptis.* Quæ quidem obtinere poſſunt ſecundum juris civilis rigorem: at vero jure Canonico notandum eſt, omnem præſcriptionem interrumpi per ſolam executoris miſſionem, undequaque enim ſuperveniente mala fides, etiam ſine aliquo judicio, interrumpitur impeditурque præſcriptio. *Angelus §. æquè num. 14. verſ. advertas tamen, cap. fin. ubi DD. de præſcript. Dyn. cap. de Reg. jur. in 6. Bald. lib. 2. C. de ſervit. & aqua verſ. ulterius quæritur nunquid præſcript.*

QVÆSTIO LXXVII.

Monaſteriis an Epiſcopus præficere poſſit Clericos Sæculares.

SVMMARIVM.

1. *Appellatione Monaſteriorum, veniunt Religioſi utriuſque ſexus.*
2. *Præficere aliquem alicui Monaſterio, eſt de lege Diœceſana.*
3. *Clerici Sæculares Monaſteriis præfici non debent.*
4. *Non expedit homines diverſæ profeſſionis eſſe in eodem loco.*
5. *Regularia Regularibus, Sæcularia Sæcularibus ſunt relinquenda.*
6. *Moniales melius reguntur à Regularibus ejuſdem Ordinis, quam ab aliis.*
7. *Beneficia Sæcularia Sæcularibus, Regularia regularibus ſunt relinquenda.*

1 PRæmitto appellatione Monaſteriorum non tantum comprehendi Monaſteria virorum, ſed etiam Monialium. *cap. Monaſteria puellarum 18. quæſt. 3. cap. Monaſteria de vita & honeſt. Cler. Clem. 1. ubi glo. 2. de electione. Mandoſ. ad Reg. Cancell. 2. in præſat. nu. 6.* Præmitto ſecundo, præficere aliquem alicui Monaſterio videri eſſe
2 de lege Diœceſana, à qua lege Monaſteria alicui ſubjecta ſunt in multis Diœceſanæ legis ſpeciebus exempta. *c. inter cætera 10. q. 4. cap. cum pro utilitate 16. qu. 1. cap. quam ſit 2. qu. 18. & cap. Abb. cap. luminoſo ibidem & ſcripſi lib. 1. quæſt. 15.* & conſequenter
3 Monaſteriis præfici non deberi Clericos Sæculares Gregorius ſummus Pontifex Joanni Archiepiſcopo Ravennati reſcripſit *in cap. pervenit ad me, & in cap. dudum ad nos 18. quæſt. 2.* tum quod Hierarchia, & conveniens ordo ſtatus cujuslibet Eccleſiæ ſive Regularis, ſive Sæcularis non ſit ſubvertendus. *cap. 2. de ſupp. negl. Prælat. Archid. d. cap. pervenit num. 3. 18. quæſt. 2.* tum quod non expediat homines diverſæ profeſſionis eſſe in eodem loco *cap. in Nova 16. quæſt. 7. Archid. d. cap. pervenit numero tertio.* tum denique, quod ſacroſancto Concilio Nicæno *cap. 54.* ſancitum
4 ſit, Regularia regularibus, Sæcularia ſecularibus eſſe relinquenda. *Reverendiſſimus Genebrardus Archiepiſcopus ad aquas ſextas, de ſacrarum elect. jure & neceſſ. cap. 2. art. 8. fol. 33.* Sic etiam in Concilio Agaltenſi ſtatutum eſt, Monialium Monaſteria

rectiu

fectius convenientiusque regi per mystagogum aliquem regularem ejusdem vitæ & professionis Monasticæ, quàm per aliquem Sæcularem Sacerdotem. *cap. in decima 18. quæst. 2.* præficiendo enim exercitio vitæ Monasticæ signanter sanctimonialium, Sæcularem Sacerdotem, esset arare in bove & asino, quod lex Moysis, sacraque Scriptura detestatur *d. cap. in nova 16 quæst. 7. cap. cum causam de elect. glo. cap. 4. in verb. Clericos Sæculares, de statut. Monach.* quæ prohibet in uno eodemque vitæ officio disparem vitæ professionem concurrere. *glos. d. cap. fin. in verb. Clericos Sæculares*, quod etiam Decretis Concilii Calcedonensis fuit interdictum, adeò ut Sæcularibus Sacerdotibus etiam censoriam notam in Regulares ferre, fuerit impermissum. Renatus *Choppinus de Domanio Franciæ lib. 3. tit. 28. num. 9.* idipsum in beneficiis dispositum est: beneficia enim Sæcularia Sæcularibus, Regularia Regularibus sunt relinquenda. *cap. cum de benef. de prab. in 6. Wames. cons. 29. nu. 1. de supp. negl. Prælat. Conc. Trid. sess. 14. cap. 10. sess. 25. cap. 21. de Regularib.* qualiter autem Regularia beneficia à Sæcularibus decernantur, vide post Felinum *in cap. in nostranum. 24. & 46. de Rescript. Wames. d. cons. 29. num. 3.* Quod restringo, nisi justa aliqua causa superveniat, ob quam aliter veniat statuendum. *Host. aep. quod Dei timorem. de statu Monach. Arch. d. cap. pervenit nu. 3. de fin. 38. quæst. 2.*

QUÆSTIO LXXVIII.

Ordinarius an ab Hospitalariis eleemosynarum aliisque possit exigere rationem.

SUMMARIUM.

1. *Destinata in unum locum, in alium converti non debent.*
2. *Ordinarii de jure conciliari fundatam habent intentionem visitandi Hospitalia, Collegia, Confraternitates, & statuta condendi. n. 4.*
3. *Quod extende, etiamsi fundator id prohibuerit.*

POtest: nisi Exemptio aliqua obstet. *Clem. quia contingit, ubi glo. & DD. de Relig. domib. Abb. cap. 1. de Exemp. & vend. Fel. cap. dilectus de offic. Ord. Wames. cons. 293. tom. 2.* ideoque exquiret ordinarius, ne Eleemosynarii juxta proverbium unum altare detegant, ut aliud tegant. *d. cap. quia contingit. Cons. Trid. sess. 7. de Reform. cap. 15.* ut nec ne destinata in unum locum, in alium convertantur, prout &, ne relicta pauperibus unius loci, alterius loci pauperibus quantumvis egenis distribuantur. *Bald & DD. l. id quod Pauperibus C. de Episc. & Clericis. Wames. d. cons. 293.* quod restringo,

stringo, nisi Elemosinaria necessitatem præcisam non habeat. *Abbas d.cap.1.nu.1.de Exempt.ex vend. Fel.d.c. dilectus. Wames.d.Cons.293.nu.4.* ut & nisi Elemosynaria sit à jurisdictione ordinarii Exempta, uti de eleemosynariis ordinis Teutonicorum respondit Wames. *d.cons.273.nu.4. Couc.Trid.sess.23.cap.38. vers.fratribus S.Joan. de Reformat.* Regulariter tamen ordinarii auctoritatem habent in Jure conciliari visitandi Hospitalia, Collegia quæcunque, ac etiam Confraternitates Laicorum, non tamen quæ sub Regum immediata protectione sunt, sive eorum licentia, *ex dispositione Concil.Trid.dicta sess.7.& cap.13.& sess.22.c.8.* Quod extenditur ut etiam Episcopus possit visitare Confraternitates personarum Secularium in Ecclesiis Regularium exemptorum existentes: non tamen earum Capellas, ut altaria, quæ intra easdem Ecclesias consistunt. *Barbosa tract.d.pag.450.* Secundo, extenditur ut 4 etiamsi fundator id prohibuerit, *Silvest.verb.Hospitale q.1.& 2. praxis Neapol.17. Affl.dec.67.* Tertiò extenditur ut ordinarius, visitando possit etiam condere statuta ad reformationem hospitalium, & Laicorum pertinentia, ut sacra Congr. resolvit. *11.Feb.1574.* Quia præsupposita facultate visitandi, venit correctio & reformatio, & per consequens veniunt statuta in ordine quæ fiunt ad colligendum & reformandum; ad hunc enim effectum rationes ei reddendæ sunt, ut pravæ reformet, & dilapsa restauret, atque omnia ad rectæ rationis modum reducat, *Gutierr. lib.1.Canon.quæstio cap.35.nu.27.*

QVÆSTIO LXXIX.

Scholares an Privilegio Scholaritatis renunciare possint.

DUbitandi occasionem præbet, quod Privilegio ordini concesso renunciari non possit. *DD.l.si quis in conscribendo. C.de pactis.* verum omissis pluribus, verius est quod renunciare possint. *glo.ult.in fin.l.si convenerit ff.de Jurisdict.om.Jud. ubi Barth.Alex.& Jas. Wames.cons.70.nu.3.de Judiciis & foro compet.vol.1.*

QVÆSTIO LXXX.

Ordinarius an supplere possit negligentiam Prælatorum Exemptorum.

ORdinarius non potest ordinaria sua potestate supplere negligentiam Prælatorum Exemptorum, sed benè delegata seu Apostolica potestate, juxta quæ-

in Constitutione Pontificia habetur *in Clem.1. de supp. neglig. Prælat.* Wamesd. *cons.65. num.4. de Judiciis, vol.1.* id quod Joannes de Imola à negligentia extendit ad pleraque alia *in d.Clem.1.num.8.* plura sub hac re videantur apud Wamesd. *cons. per totum*, & quæ scripsimus *2.part.1.§.6.nu.74.*

QUÆSTIO LXXXI.

Prælatorum nomine qui comprehendantur.

PRæcedenti quæstione facta mentio Prælatorum viam nobis aperit ad hanc, qui Prælatorum nomine comprehendantur? imprimis comprehenduntur Abbates, qui verè dicantur Prælati, & ordinarii. *cap. nullus monachus cap. nullam potestatem 18. quæst.2. cap ne pio defectu §. statuimus cum glos. vers. Regularis de elect.*

Deinde, Prælatorum appellatione veniunt, quotquot Jurisdictionem ordinariam habent, ut sunt Decani, Præpositi, Archid. Archipræsbyteri, & alii inferiores, jurisdictionem ordinariam habentes. *cap. decernimus, ibi Abbas. Felin. de judiciis. Mandos. in Reg. Cancellariæ Reg.26. quæst.6.n.4. & 5.*

QUÆSTIO LXXXII.

Personæ miserabiles, an vocare possint Exemptos in jus coram miserabilium personarum Judicibus?

ALio in loco *lib.4. quæst.108.* quæsivimus, an exempti vocare possint in jus personas miserabiles coram judicibus Exemptorum, hic quæro, quid in casu converso, utrum personæ miserabiles vocare possint Exemptos coram personarum miserabilium judicibus propriis? breviter respondeo non posse; quia licet miserabiles personæ possint certis ex caussis judicem eligere, non tamen possint eligere judicem incompetentem, *Afflic. dec.257.* Denique, quod statuitur, miserabiles personas habere jus eligendi judicem Rei, procedit, quando reus habet plures judices de jure communi, & alium ex privilegio, sibi & Actori tributo, tunc eligens forum, secundùm jus commune præfertur eligenti forum, secundùm Privilegium, *Afflictus d. dec.257.nu.6.*

QUÆSTIO LXXXIII.

Personæ miserabiles, an de feudali caussa litigare debeant coram paribus Curiæ.

HEnricus à Rosendall insignis feudologista, censuit miserabilem personam feudo spoliatam, aut interturbatam, conqueri posse non coram Curiæ paribus, sed

sed Judice suo Ecclesiastico *cap.12.Concl.1.nu.19.fol.290.*citatque in eandem sententiam Schraderum *De Feudis sect.2.nu.34.& seqq.DD.cap.ex parte de foro comp.* idque etiamsi in Feudi institutione privilegio miserabilitatis esset renunciatum, *Rosentall.d. Concl.1.nu.20.*

QUÆSTIO LXXXIV.

Milites in Caussa Feudali, judicibus Feudorum an subiiciantur?

RESpondetur breviter, quod licet milites fori privilegio gaudeant, convenirique nisi coram militum Præfecto non possint *l.Magistro C.de Jurisdict.om.Jud.l.de omnibus ff.de Cust.reor.l.2.ff.De Remil.cap. nullius omnium 7.quæst.1.Spec.de Reo nu.2.* Attamen feudalibus in caussis jurisdictionem Judicum Feudalium subterfugere non possunt. *Schrader.de Feudis part.10.sect.1.nu.10.nu.3.& 18. Rosentall.de Feudis cap.12. Concl.1.nu.15.& seqq.*

QUÆSTIO LXXXV.

Exempti an sub se habere possint Curiam Sæcularem?

EXempti quibus Jurisdictio competit, possunt habere suppositum sibi aliquod inferius Tribunal seu Territorium ac jurisdictionem ratione bonorum suorum, quibus adhærere solet jurisdictio, *Bald.c.1.de eo qui curtim vendidit & in l.1.§.hac actio ubi Barth.ff.si quis testam.libet esse,* uti de Curia Tenantium pagi de Dilsen propè Stochemium Oppidum Diœcesis Leodien.ad Capitulum S.Servatii respectu bonorum spectante Respondit D.Wamesius *Cons.67. de Judiciis & cons.175. de appellat.* Illud hic (perargos) queritur, utrum ejusmodi Curiæ censeri debeant Ecclesiasticæ vel Laicæ? si Judicum conditiones, qui plerumque Laici sunt, intueamur, Curiæ videbuntur Laicæ, At verò si personarum & bonorum unde judicandi potestatem desumunt, intueamur, jure repræsentationis atque surrogationis eodem jure censeri debebunt, quo illi quos repræsentant ac referunt, & quarum respectu jus dicunt, *Barth.d.l.1.§.hac autem. Wames.d.Cons.67.nu.5. in fin.* Comparationem porrò superioris ad inferiorem, metiri oportet non ex persona appellantis, neque etiam ex genere caussæ, sed ex persona judicis, à quo provocatus, ut qui eum ex majore magistratu vel ordine; superioritatem vel jurisdictionem habet, ab eo judicatum, vel emendet vel confirmet. *Wames.cap. si duobus §.denique cap.de app.* & consequenter ab ejusmodi Curiis appellatio interponenda erit, non

ad

ad judices Seculares, sed ad judices Ecclesiasticos. *Wames. latè Cons. 175. de appell. & in d. cap. si duobus §. denique num. 2. de appell.* tum quod caussæ quæ coram ejusmodi Curiis agitantur, censeri debeant Ecclesiasticæ *d. cons. 175. num. 7.* Caussa quippè Ecclesiastica consideratur non solum ratione materiæ, quando de rebus spiritualibus, scilicet decimis, matrimoniis, beneficio, vel aliis similibus disceptatio est, agitatur, *glo. cap. 1. 11. quæst. 1. Clem. dispendiosam de Jud.* Aut personæ Clerici, quæ convenitur, verum etiam respectu judicis, qui de caussa cognoscit sine distinctione caussæ spiritualis aut prophanæ, *cap. diligenti. cap. significasti de foro comp. Wames. d. cons. 175. num. 7. & Wames. d. §. denique num. 2.* Tum quod caussæ semel effectæ fori Ecclesiastici, semper maneant fori Ecclesiastici, appellatioque ab Ecclesiastico ad alium Ecclesiasticum sit interponenda, *latè Wames. d. Conc. 67. & 175.* Cum enim judex Ecclesiasticus semel manum apposuit caussæ, Judex Sæcularis sese deinde illi intromittere non potest. *Clem. dispendiosam de Judiciis, Abbas cap. quod Clericis de foro comp.* quia est effecta Ecclesiastica. *Wames. d. Cons. 175. num. 10. de appell. & Cons. 67. n. 8. de judiciis.* Signanter si quæstio sit de bonis quæ Ecclesiastici non teneant in feudum, aut alio titulo à dominis Laicis, cujus contrarium, quamdiu non docetur, est præsumendum. *Abb. cap. veniens in 2. nota. de accus. Felin. cap. cæterum in fin. de Jud. Wames. d. Consilio 175. num. 7. & seqq. l. Altius l. si in ædibus de servitut.* In caussis porrò in quibus Episcopi temporalem etiam habent jurisdictionem, appellatio interponenda est non ad Sæcularem sed ad Archiepiscopum, & sic Ecclesiasticum. *cap. Romanæ §. debet de appell. in 6. Wames. d. num. 8. & d. cons. 68. numero 11.* ubi hanc Pontificis Constitutionem explicat, etiamsi Ecclesiastici bona tenerent à Principibus Laicis. *Spec. de appell. quæst. 189.* Denique, licet Ecclesiastici tenentes bona à Laicis in censum, aut feudum, ut Laici censeantur, *cap. solita verb. qui ab eo susciplunt de major. & obed. Wames. d. cons. 175. num. 12. de Appell.* eo tamen cessante, censendi sunt omninò ut Ecclesiastici. *Abbas & Fel. cap. cæterum in fin. de judiciis.* in dubioque præsumendum est bona Ecclesiæ concessa esse purè simpliciter & pleno jure, nulla etiam concedente recognitione reservata. *l. Altius l. si in ædibus de servit. & à qua DD. cap. nimis de jure juran. Abb. cap. veniat in 2. Nota de accusat & d. cap. cæterum in fin. Wames. d. cons. 173. num. 13. Afflict. dec. 277. numero 7. Alex. Cons. 129. vol. 1. latè de hac Theoria vide Farinaceum, Concil. Trident. lib. 3. Conc. 198. fol. 115.* Similiter Laici bona tenentes in censum & Feudum, Emphyteusim, aut alia ex caussa, ab Ecclesia censeri debebunt Ecclesiastica. *cap. verum ubi Abbas. de foro competen. cap. cæterum de judiciis. Everardi in locis legalibus loco à Feudo ad Emphiteusim & ab Emphiteusi ad Feudum. Wames. Cons. 175. numero 5.* tuncque Ecclesiastici possunt Territorium, seu jurisdictionem, aut judicium seu Tribunal aliquod inferius & sibi suppositum habere, & ratione ejusmodi bonorum poterit eis adhiberi jurisdictio, *& ab Emphiteusi ad feudum. Wames. Cons. 175. num. 5.* tuncque Ecclesiastici possunt territorium

territorium seu Jurisdictionem, aut Judicium seu tribunal aliquod inferius & sibi suppositum habere, & ratione ejusmodi bonorum poterit eis adhærere Jurisdictio. *Wamesc. cons. 274. nu. 6. de appell.* ab ejusmodique Tribunalibus appellatio erit ad superiorem Ecclesiasticum interponenda, *Wamesc. d. cons. 174. & 175. de appellat.*

QVÆSTIO LXXXVI.

An coram conservatore evocari possint alii alterius Diœcesis?

VIdetur quod non: quia statui non potest ut alter alterius Jurisdictionis ab actore coram Actoris judice evocetur. *Barth. l. 2. n. 2. C. de Jurisdic. om. Jud.* Verum contrarium est respondendum. Sicuti enim coram Papa, quilibet ubicumque existens in jus vocari potest. *Barth. in extravag. ad reprimendum vers. per edictum n. 10.* ipse enim est Vicarius ejus, cujus est terra & plenitudo orbis ejus, *Clem. 1. de Judic. Barth. d. num. 10.* Ita & coram conservatore qui Papæ vices gerit, modo tamen non tertium habeatur ratio, de quibus alio in loco scripsi *tom. 2. part. 2. quæst. 106.* & tali qui evocatur notabile incommodum inferatur. Privilegia enim non concedantur cum magno tertii incommodo. *Emanuel Roderic. Reg. quæst. tom. 2. quæst. 61. art. 4. in fin. & notavi tom. 2. de Jurisd. ord. in Exemptos part. 1. §. 2. scholio 27. nu. 14.* Porro, quod scripsi coram Papa, quemlibet posse evocari, intelligendum est jure communi: habent enim pleræque Provinciæ, & ditiones Privilegia, subditos, non vero Exemptos, nisi quadantenus afficientia primæ instantiæ, de quibus disponat Concilium Tridentinum *sess. 24. cap. 20. de Ref.* & nos de eo supra scripsimus *d. Tomo 2. part. 1. §. 13. schol. 184. num. 5. & seqq.*

QVÆSTIO LXXXVII.

Testamentum in loco Exempto conditum, an subsistat si careat solemnitatibus alio in loco requisitus.

ROlandus à Valle *Cons. 57. nu. 23. usque ad nu. 46. & per tot. vol. 3. & Angelus Cons. 243. per tot.* responderunt subsistere. Posteriusque testamentum conditum adhibitis solemnitatibus in loco Exempto requisitis invalidare prius testamentum, quod majoribus solemnitatibus, atque cautelis in loco Ordinario subjecto fuerat conditum.

QVÆSTIO LXXXVIII.

Ordinarius in loco Exempto existens, utrum beneficia in sua Diœcesi vacantia conferre possit.

Dubi-

DUbitandi ratio est, quod Episcopus in aliena Diœcesi existens beneficia sua vigore Alternativæ in Diœcesi vacantia conferre non possit. *Hieron. Gonzales. de alienat. Episcop. Reg. 8. glo. 43.* à pari autem procedunt esse extra Diœcesim, & in loco Exempto, *Jo. And. cap. 2. num. 5. & 6. & ibidem Gemin. num. 24. Philip. Franc. n. 10. de constit. in 6.* veruntamen placuit quod conferre possit, *Hieron. Gonzales d. Reg. 8. glos. 43. num. 187.* ratio est, quia Ordinarii possunt actus voluntarios Jurisdictionis extra suam Diœcesim exercere, signanter quando in ejusmodi Actibus, causæ cognitio non vertitur, effectusque illorum dirigitur in propriam Diœcesim, ubi est beneficium collatio, aut etiam dimissorialium concessio. *August Barbos. in remiss. ad Conc. Trident. littera T. Stephanus Gratianus discep. forens. cap. 127. Hier. Gonzales d. Reg. 8. glos. 12. num. 11. & 12.* Neque obstat ratio dubitandi: quia id procedit per modum æquiparationis impropriæ, ac quo ad certos effectus, secus verò verè & propriè loquendo. *Fel. cap. grave num. 2. de offic. Ordinarii. Rota decis. 107. num. 4. part. 1. diversorum. Gonzales. d. glos. 43. num. 191.* Confirmarique posset hæc conclusio etiam iis quæ fusius supra attulimus *quæst. 5. & 6.*

QUÆSTIO LXXXIX.

Prælati Exemptorum an teneantur ad defensionem suarum Exemptionum.

TEneri etiam in foro conscientiæ respondit Navarrus *cons. 15. num. 6.* ibi: tum quodomnis Prælatus tenetur coram Deo ad jura Ecclesiæ suæ defendenda *c. de prabendis.*

QUÆSTIO LC.

Scholares an Feudorum in caussa, feudalibus Judicibus subiiciantur?

AFfinis quæstio est hæc præcedentibus, in qua respondeo, Exemptionis earum privilegio non obstante, Scholares feudalium Jurisdictiones declinare non posse, quod multis stabilit auctoritatibus Henricus Rosendal. *de feudis c. 12. Concl. 1. n. 16. Rebuff. de Privileg. Scholarum Privileg. 153 limit. 1. Vullenis lib. 2. cap. 2. n. 22. vers. volunt etiam nonnulli. Schraderus de Feudis part. 10. sect. 1. n. 10. Lucas de Penna leg. in sacris. C. de proximis sacrorum scriniorum lib. 12.*

QUÆSTIO XCI.

Acta per Judicem incompetentem adversus Exemptum, an superveniente Jurisdictione confirmentur?

Respondeo

REspondeo breviter, non confirmari, nisi Jurisdictio superveniat ante litis contestationem, qua de re videatur uberius Bald. *leg.1.col.5.vers.quaro nunquid C.si à non competente, ubi etiam Apost. & l.1.vers.4.quarto queritur. C.qui pro sua jurisdictione ubi etiam Apost.* idque ne quidem, si partium expressus consensus accederet. *Rom. cons.258.latè. Abb.cap.Prudentia nu.19.de offic.delegati:* processus enim coram incompetente Judice agitatus, partium consensu ratificari non potest. *Fel.cap.nonnulli §.sua & alii nu.4.de rescript.*

QUÆSTIO XCII.

An si quispiam in loco Exempto nomine Judicis Exemptorum judicet, possit talis sententia à judice exemptorum ratificari.

POsse censuit *Innocent.c.prudentiam tuam num.7.de offic.deleg.fol.49.col.4.* sed quid si partium consensus accedat, an in unius prorogationis acta & sententiæ ejusmodi roborentur, vide *Innocent.ibidem nu.9.& 10.*

QUÆSTIO XCIII.

Quid si Judices exemptorum in coercenda Jurisdictione sibi aliquem incompetentem associent?

REspondeo actita coram ejusmodi judicibus, quorum alter habilis est, alter inhabilis & incompetens, non subsistere. *cap.cum super, ubi DD.de offic.deleg.cap. quoniam Abbas eodem tit.l.Pœdius.ff.de arbitr.Garcia Mastrillus Neap.dec.27.* idque obtinet in Judicibus delegatam jurisdictionem habentibus, secus in habentibus Jurisdictionem ordinariam, *Vantius de nullitat.ex defectu Jurisd. ord.n.183.l.1.§.1.ff.quod falso Tutore.* Judicandi enim munus apud Ordinarios est indivisibile, *d.l.Pædius.Garsia Mastril.d.dec.27.num.4.* hincque est ut potestas ejus ordinaria per admissionem inhabilis non intervertatur. *Rom.cons.506.nu.13.Gail.de pace publ.li.1.observ.6.n.21.*

QUÆSTIO XCIV.

Utrum Vicarius Episcopi possit ex delegatione Apostolica in prima instantia in exemptorum caussis cognoscere.

QUæstio nunc in facto versatur coram Reverendo Domino Joanne à Chokier Vicario Leodien. in Spiritualibus Generali, fratre meo, inter Dominum Leonardum Exemptum, & Joannem de Courteroye, qui auctoritate Nuncii Apostolici specialibus facultatibus Jurisdictionem in exemptos habentis, caussam ei delegerat, urgebatque unicè Dominus Leonardus incompetentiam Jurisdictio-

dictionis Domini Vicarii, nitens Concilio Trident. *sess.24. cap.20. de Reform.* quo sancitur causas omnes quomodolibet ad forum ecclesiasticum pertinentes, in 1. Instantia committendas ventilandasque coram Ordinario, qualis inquiebat non est Vicarius in Spiritualibus, contentiosam non habens Jurisdictionem, sed tantum gratiosam, verum exceptio hæc D. Leonardi habita fuit pro effugio Reorum procrastinantium. Etenim Conc. Trid. sess.24. cap.20. non tantum comprehendit Ordinarios contentiosam Jurisdictionem habentes, sed alios quoscumque Jurisdictionem quasi Episcopalem habentes. *Aug. Barbosa in remissionib. ad Conc. Trid. d. c. 20. in princ. Navar. Cons. 2. nu. 4. in fi. de foro compet. Emanuel Roderiq. Reg. q. tom. 1. q. 36. art. 4. Flam. Paris. de Resig. benef. lib. 3. quæst. 11. nu. 19.* & quidem nominatim Vicarios, uti resolvit Flam. Parisius *d. quæst. 11. nu. 22. August. Barbosa d. loco Thom. Sanch. de matrim. lib. 3. disput. 7. q. 1. nu. 10.* & alii, quos ego alio in loco laudavi *tom. 1. qu. 1. n. 10. part. 1.* & ita in causa d. Domini Leonardi & Joannis Courteroye hodie 15. Novembris 1624. fuit judicatum.

Denique, sub generali dispositione Conc. Trid. nominatim exemptionibus non derogante, exemptorum causæ non comprehenduntur *scripsit tom. 1. qu. 1. num. 13.* ut proinde dispositio illa Concil. Tridentini afficientis in prima instantia causas Ecclesiasticas, exemptos non comprehendat, idque ne ex diametro Exemptorum privilegiis derogatum videatur, uti alio in loco comprobavi *d. quæst. 5. nu. 13.*

QVÆSTIO XCV.

Nuncius Apostolicus an vigore facultatis Rescribendi à sententiis Judicum à S. Sede delegatorum, possit de sententiis Conservatorum cognoscere?

QUod non possit, hinc arguitur, quod Conservatores hodierni sint Heteroclici, ac à scripto Jure incogniti, qui ideo simplices aut particulares Sedis Apostolicæ non sunt delegati, sed ad universitatem causarum delegati. *Alex. de moneta de Conservat. cap. 7. nu. 37. & 38. cum seqq.* proindeque cum facultates & Rescripta Principum sint in quantum Jurisdictioni alterius præjudicant, stricti juris, non censetur Sanctissimus Jurisdictionem, quam disertè non expressit, concessisse, *c. sedes Apostolica de Rescript.* Princeps enim non præsumitur præjudicare Juri tertii, de quo non facit mentionem, *Abb. cap. 15. in 2. Not. de offic. deleg.* Signanter etiam quod Papa de Particularium Ecclesiarum Privilegiis, de quibus non facit mentionem expressam, derogasse non censetur. *cap. 1. ubi glo. verb. expresiè atque DD. de cons. in 6.*

Neque obstant clausulæ derogatoriæ Generales, quia eæ referendæ sunt ad ea quæ Sanctissimus Nuncio expresè concessit, non autem ad alia, quæ non concessit D.

sit D. Martha de Clausulis part. 1. c. 79. nu. 17. & 20. pag. 8. & cap. 260. num. 5. pag. 2[illegible]

Denique, non posse alia consuetudine introduci, ut à conservatore appelletur Nuncium. Respon. Anchoranus, cons. 132. incip. m. 1. per tot. Alex. de monet. de Conservat. c. 8. n. 163. & seqq. c. 9. nu. 182. 185. 186. qua de re extat quæstio in secundo tom. tract. de exemptionibus.

QVÆSTIO XCVI.

Equites Hierosolymitani an una cum Clero teneantur ad Collectas.

CLerum sibi ipsi posse ex caussa necessitatis Collectas impone e sine superioris auctoritate, quamvis non ex caussa utilitatis id possit, latè decisũ est apud Farinacium part. 1. dec. 72. c. Innovamus de censibus l. 1. §. 1. ubi glo. ff. quod cujusq; universit. Barb. Rep. l. placet n. 3. C. de sacros. Eccles. Non tamen ad ejusmodi collectam adstringi equites Hierosolymitanos propter prægnantia eorum à S. sede Privilegia, ut probatur apud eundem Farinaceum d. loco n. 5. & seqq.

QVAESTIO XCVII.

VAriantes video opiniones, nam nonnulli petendam licentiam à solo Prælato autumant Io. Monach. in c. cum singula nu. 4. de præbend. num. 6. & ibi Franc. in 3. prohibemus nu. 3. reprobans sententiam dicentem, exigi quoque Consensum Conventus. Bellam. c. ex part. nu. 4. de temp. ord. Rebuff. praxi benef. tit. de translat. Monach. n. 5. Rodericq. qu. Regul. tom. 3. qu. 52. nu. 3. quod limitat Abb. in c. fin. nu. 2. de Renuntiat. nisi monasterium strictius sit in aliena diœcesi: quia tunc exigitur quoque licentia Episcopi diœcesis monasterii laxioris, à quo transitur ad strictum, cum ejus intersit, eo quod eximitur seu alienatur religiosus ab ejus jurisdictione, id quod verum est, quando talis religiosus non est exemptus, Sanchez. li. 6. oper. moral. c. 7. q. 4. num. 41. alii Pontificem adeundum esse, quando nimirum agitur de transeundo ad æquè strictam religionem nulla legitima caussa subsistente Ant. c. fin. nu. 13. de renunciat. & alii quos allegat Sanchez. d. loco secus tamen ubi adest caussa legitima: quia tum sufficit Prælati licentia: licèt alij dicant Episcopum posse hanc facultatem impertiri, Monach. in cap. cum singula nu. 4. de præb. in 6. Archid. in cap. si religiosus in fin. de Electio. in 6. repugnantibus aliis quos refert idem Sanchez. qui adeatur cum in hac quæstione longè se diffundat, nec tempus meum, quod mihi parcissimum est, actum agere sustineat.

QVAE-

QVÆSTIO XCVIII.

An Episcopus possit in votis Regularium dispensare.

IDem eruditissimus Sanchez *lib.4.oper.Moral.c.39.quæst.ult.nu.24.* quadruplici distinctione quæstionem terminat, ad quem lectorem remitto, ubi etiam videbit an regulares exempti possint se subiicere Episcopo sine licentia sui Prælati, quod & nos alibi discussimus.

QVÆSTIO XCIX.

Episcopus an ad ea in quibus Regulares exempti subiiciantur Episcopo, possint ab ipso compelli censuris excommunicationis, suspensionis, & interdicti.

MUltis in casibus ordinariam habere Jurisdictionem in exemptos ostendimus *parte secunda quæst.45.per tot.* an iis casibus quibus Regulares illius jurisdictionis agnoscunt, possint subiici pœnis & censuris? paucis, non posse censemus, si tales privilegium habeant ne possint excommunicari, suspendi, vel interdici: quale habent mendicantis, ut constat ex eorum compendio *verbo exemptio nu.23.& 24.* quod limita, nisi expressè concedatur ordinariis ut in iis casibus possint censuris latis contra exemptos procedere, ut ex variis Conc. Trident. locis colligere est.

QVÆSTIO C.

An religiosi afficiantur censuris ab Episcopo impositis conta accedentes ad Monasteria Monialium absque sua licentia?

REspondeo cum Martino Bonacino *in tract. de Clausura quæst.3. puncto 4. nu.8* Religiosos non exemptos affici præfatis censuris, quia jure communi subditi sunt Jurisdictioni & potestate Episcopi. Religiosi vero exempti non afficiuntur, quia excommunicatio fertur in subditos, *ita Quaranta verb. Monasteria Monialium vers. dubitari. Rodericq. tom.1.q.Regul.q.45.art.2. Sanchez li.3.de Matrim.d.33. nu. 23.* & alii quos citat & sequitur Barbosa *de offic. & potest. Episcop.3.part.alleg.102.nu.73.* & *contra Graffum par.1. decis.lib.2.c.49.nu.68.* & alios.

Obser-

Observa tamen, Religiosos hoc tempore alloquentes Monialem absque lic
tia, etiamsi alloquantur in monasterio Regularibus subjecto, posse puniri ab E
scopo, ex constitutione Gregorii XV. in Bulla de Exemptorum privilegiis, ibi
hæc tam regulares quàm seculares hujusmodi privilegis aut exemptionibu
tueri possint, quo minus si deliquerint circa personas intra septa degentes, aut c
clausuram, vel circa bonorum administrationem monasteriorum monialium,
tiam Regularibus subjectarum, ab Episcopo loci similiter tanquam ad hoc Se
Apostolicæ delegato, quoties & quando opus fuerit, puniri & corrigi valeant.
Idem S. Cardinalium Congregatio censuit, & Summ. Pont. Urbanus
VIII. Anno 1624. approbavit, teste *Bona-*
cina, d. num. 4.

FINIS.

Ad laudem & gloriam Domini JESU, ejusque
Matris immaculatæ Virginis.

INDEX.

RERVM MEMORABILIVM ORDINE ALPHABETICO IN HOC Primo Tomo Tractatus de Jurisdictione.

A.

Abbates dicuntur ordinarii Monachorum .. lib. 4. q. 67. nu. 4.

Abbates exempti habent Ecclesias sibi pleno jure subjectas, d. q. 67. num. 3.

Abbates alii exempti, alii non exempti, d. qu. 67.

Abbates quomodo amicti esse debeant in Synodo, lib. 4. q. 19. n. 7.

Abbas potest repetere & vendicare suum Monachum, lib. 2. q. 8. nu. 1.

Abbates an dent suis subditis literas dimissorias, lib. 4. q. 43.

Abbates, vel Prælati exempti disponente Concil. Triden. non possunt ordinare etiam eos, qui habent dimissorias, lib. 4. q. 44.

Abbates an dimittere possint resignationes beneficiorum, lib. 4. q. 67.

Abbates agere possunt pro Monachis, lib. 2. q. 36. nu. 5. & 6.

Abbates eligi debent ad aliam Ecclesiam, Episcopi verò postulari, lib. 4. q. 4.

Abbas per sententiam amotus, manet ejusdem monasterii Monachus, lib. 5. qu. 14. num. 18.

Abbatialis dignitas superveniens, statum priorem non aufert. lib. 5. q. 14. n. 12.

Abbas, an possit suum Monachum absolvere ab excommunicata lata à Canone, lib. 5. q. 16. passim.

Abbatis significatio an complectatur Abbatissam lib. 5. q. 5. nu. 10. & 11.

Ab actu judiciali uno ad alium efficax est argumentum, lib. 5. q. 6. n. 2.

Absentia superioris qui aditi debet, efficit, ut recedatur à communi jure, lib. 5. qu. 1. nu. 11. & v. 1. verb. accessus.

Absens excommunicari potest, & existens in alieno territorio, lib. 5. q. 5. n. 1.

Absolvi ab excommunicatione à quo possint exempti, lib. 2. q. 50.

Absolutio ad cautelam quid sit, lib. 4. quæst. 40.

Absolutio ad cautelam, à quibus Judicibus quando & quare concedi possit, d. q. 40. nu. 3. & seqq.

Absolutio ad cautelam concedi non potest, nisi vocata parte, d. q. 40. nu. 6.

Absolvere ad cautelam an potest delegatus, d. q. 40. nu. 8.

Absolutio ad cautelam non præsumitur. d. qu. 40. nu. 10.

Absolutionem ad cautelam petens, non præsupponit excommunicationem, d. qu. 40. nu. 11.

Absolvere ad cautelam an possint confessarii, d. q. 40. n. 12.

Absolvere an possint regulares exempti in confessione à casibus, quos Pontifex sibi specialiter reservavit, lib. 4. quæst. 56. Et an Conc. Trident. huic facultati derogavetit, lib. 4. q. 77.

Abutentes suis privilegiis puniuntur ab Episcopo, lib. 2. q. 45. n. 42.

Accessus ad Papam si sit difficilis aut periculosus, cessant exemptiones, lib. 4. quæst. 50. & seq.

Accrescatne portio exempti non exemptis, lib. 1.q 42
Acquiritur exemptio præscriptione, & privilegio, lib.1.q.1 n.4
Accumulativè, aut privativè Jurisdictio quando dicatur competere, lib.1.q.17.n.21. & lib. 4.q.88.n.4.in fin.
Actiones reales contra exemptos an proponi possint coram ordinario lib.4 q.79
Actio extincta non revivisci, lib.3. quæst.23. num.2
Actio hypothecaria est dividua, lib.5. quæst. 2.nu.1
Actorem aliud est esse,aliud actoris vice fungi, lib.2.q.4.n.8
Actoris est eligere Judicem, quando Reus habet plures Judices,lib.4.q.87.n.4.
Actor sequitur forum Rei lib.2.q.5.n.1
Actu contrario an privilegium perdatur, libr.3. quæst.14.
Actus contra privilegium,aut exemptionem gestus,an sit nullus,lib.3.q.33
Actus voluntariæ Jurisdictionis expediri possunt coram ordinario , lib.2.q.10.n.8.v.inf. verb.voluntaria.
Acta gesta coram incompetenti an probent, lib. 2.q.31.n.6
Actus licitus favorabilis, quando res ad pristinam naturam revertitur,lib.5.q.1.n.7
Adhærentes exemptorum an sint exempti. li.4. qu.95
Adire Conservatorem vel appellare an sit tutius lib.4.q.9 n.5
Administrare an possint exempti ante confirmationem,lib.4.quæst. 5.nu.2. & quæst.51. num.7.
Administrationi statione clerici à Principe laico puniti possunt,lib.4 q.85.n.4
Adeptus à Papa ordinis dignitatem , non ideò eximitur à suo Episcopo, lib.5.quæst. 14 nu.14
Acta per judicem incompetentem adversus exemptum an superveniente jurisdictione confirmentur,lib.5.q.95
Adscriptitii exemptorum an sint exempti, lib. 2.q.45.n.14.
Advocati usurpantium jura Ecclesiæ Romanæ an incidant in censuras , lib.4.quæst.51.n.
Ædificatione an acquiratur exemptio,lib.1.q.
Ædificare an liceat hac lege , ne locus Episcopi subiiciatur,lib. 4.q.57
Ædificium per exemptum in loco non exempto factum cedit Jurisdictioni Episcopi, lib. 2.q.45.n.36
Æquiparatur locus exemptus,& extra territorium,v.verb.locus
Æquiparatorum eadem est ratio , ita quod dispositum in uno habet etiam locum in alio lib.4.q.54.n.4
Affectans Exemptionem , Privilegium , Judicem , Appellationem , Commissionem, Legationem, Turelas , Abitentiam, Remissionem, Bonorum cessionem , Peregrinationem, Inimicitias, Officium, Clericatum, Ignorantiam, Titulum, Electum, Negligentiam, Famulitium , gaudens beat, lib.4.q.71
Affectantium quamplurima incommoda, v.d. q.71
Alienatio facta in exemptum an censeatur facta in potentiorem,lib. 1.q.38
Alienare qua solennitate possint res suas exempti,lib 4.q.1
Alienanda res si sit in alio loco, quid Juris, lib. 4.q.2
Alienationis verbo comprehenditur præscriptio lib.1.q.35.n.5
Alienare qua solemnitate possint Prædicatores, Minores, Augustinienses , lib.2.q 3.n.2.& seqq.
Alterius facere non debemus , quod nobis nollemus,lib.4.q.87.n.14
Ambigua ad sedem S.deferenda, lib. 5.q.17.nu. 1.& 2.
Amissio an probari possit per testes, lib. 1.qu.7. num.8
Amissio an probetur per confirmationem, lib. 4. quæst.36
Amittuntur exemptiones multis modis libr. 3. per tot.
Amittantur ne exemptiones Morte,Revocatione, Cessatione, Sententia, Præscriptione, Non usu,Actu contrario,Delicto, Ingratitudine, Destructione loci, Mutatione loci, Unione

Unione loci, Excommunicatione, lib. 3. per tot.
Analogia fori Exemptorum, Laicorum, Clericorum, Forensium, Scholarium, lib. 1. q. 45. n. 5. lib. 2. qu. 37. n. 5
Antecedens cum est impræscriptibile, idem etiam & consequens, lib. 3. q. 27. n. 3
Apostata an gaudeat immunitate Ecclesiæ, lib. 4. q. 65. n. 3
Apostata an amittat exemptionem, lib. 1. quæst. 20.
Apostasia Principis an liberet subditos ab illius potestate, q. 20. in fin.
Appatitores gerere debent signum appariturae, lib. 1 q. 18. n. 6
Appellationem omittendo Prælatus præjudicat Ecclesiæ lib. 1. q. 3. n. 9
Appellationi a congrua portione Ordinarius deferre non debet, lib. 2. q. 41. n. 89
Appellare oportet ab actu gesto ab Episcopo uti Canonico, & Capitulo ad ipsum Episcopum, lib. 1. q. 23. n. 9
Appellari ad quem debeat à laudo exempti, & non exempti, lib 3. q. 45. n. 3
Appellari ad quem debeat ab Episcopo visitante, lib. 2. q. 24. n. 6
Appellationis in causa interventio admittitur, lib. 2. q. 36. n. 6
Appellari potest à rejectione exceptionis, lib. 4. qu. 92
Appellatum si sit brachium seculare, implorati non potest, lib. 4. q. 39
Appellationi alterius adhærere est permissum, lib 2. q. 36. n. 8
Appellati intra quantum tempus debeat, lib. 2. qu. 41
Appellati ad quem debeat lib. 2. q. 42
Appellatio in exemptionibus qualiter formanda lib. 2. q. 43.
Appellans ab excommunicatione an potest petere absolutionem ad cautelam, libr. 4. qu. 40.
Appellati oportet ab Episcopo procedente contra hæreticos exemptos ad Papam, lib. 4. qu. 47. n. 5
Appellare ad quem oporteat à Conservatore, lib. 1. q. 39. n. 23
Appellationi renuntiare an possit Prælatus, lib. 2. q. 3. n. 9. in fin.
Appellatione monasteriorum veniunt religiosi sexus, lib. 5. q. 77. n. 1
Appellare potest exemptus, si Ordinarius judicialiter de exemptione cognoscere voluerit illinsque cognitio ad superiorem erit remittenda lib. 2. q. 12. nu 7. in fin.
Appellare ad quem oporteat, quando ordinaria, & delegata potestas simul concurrunt, lib. 2. q. 24. nu. 2. & 5
Appellare possunt exempti ad legatum de latere, lib. 2 q. 42. nu. 5
Appellare an possunt exempti ad legatum cum potestate legati de latere lib. 2. qu. 2. nu. 2. & seqq.
Appellare non licet à facto procurato, lib. 4 qu. 71. n. 4
Appellationis in favorem tendentia, facilioremque exitum appellationis expedi possunt pendente appellatione, lib. 4. qu. 91. n. 1. & 2.
Appellatio & aditio Conservatoris sunt remedia tendentia ad eundem finem, & effectum, d. 4. q. 91. nu. 4
Appellare an sit tutius, quàm Conservatorem adire, d. q. 91. nu. 5
Appellationis pendente causa ea fieri possunt, quæ pendente causa principali expediri poterant, d. q. 91. nu. 3
Arbiter an esse possit exemptus, lib. 1. quæst. 45
Archiepiscopi sunt exempti, libro 1. quæstione 41.
Archiepiscopus an possit eximere, lib. 1. quæst. 3. nu. 10
Archiepiscopi Jurisdictio in subditos Suffraganeorum qualis, d. q. 3. n. 10
Argumentum ab Executoribus testamentariis ad tutores, & è contra est validum, lib. 2. q. 16. nu. 14
Argumentum à rebus ad personas valet, lib. 2. q. 5. nu. 24
Argumentum à filiis familias & servis ad monachos est validum, lib. 4. quæst. 88. numero 4.

Argu-

Argumentum ab habentibus speciales Judices ad exemptos est validum, lib. 2. quæst. 37. nu. 5
Attestari possunt extranei, lib. 2. quæst. 22. nu. 5
Attestari an possint exempti, lib. 4. quæstione 72.
Attesta sunt obliquæ citationes, d. quæst. 72. nu. 2
Attesta resolvuntur in simplicem citationem, d. q. 72. nu. 2
Attesta relaxantur per satisdationem, d. q. 72. nu. 3. & 4
Attestatione an inducatur præventio judicii, d. q. 72. nu. 5
Attestans habet jus revocandi domum, d. q. 72 nu. 5
Atticuli in causa exemptionis quomodo formandi sint, lib. 2. q. 25
Assignanda est congrua portio præsentatis etiamsi exempti sint, d. q. 45. n. 88
Asylum v. lib. 4. q. 65
Attentati jure an revocari possit privilegium concessum lite pendente, lib. 2. quæst. 16. nu. 17
Attentata in causa exemptionis an inprimis revocari debeant, lib. 4. q. 90
Attentari an dicatur, si pendente appellatione conservator adeatur, lib. 4. q. 91
Auditorum Rotæ potestas in exemptos, lib. 2. q. 46. nu. 7
Aucto exempto an augeatur exemptio, libro 1. qu. 37.
Augmentum quando sortiatur naturam sui principalis d. q. 37
Avocatio causæ fieri potest pendente lite, lib. 2. q 16. nu. 12
Auctoritas qualis requiratur in alienatione rerum exemptarum, lib. 4. q. 1
Authoritas cujus requiratur, si res sita sit diversis in locis, lib 4. q. 2
Auxilium præstare Episcopo an exempti teneantur, lib. 4. q. 39. n. 2.

B.

Bannitus an ex officio Judicis è judicio repelli possit, lib. 1. q 6. n. 28
Beneficia exempta an comprehendantur sub appellatione indefinita beneficiorum, lib. 1. q. 5. nu. 4. 20. 21
Beneficiati per Prælatos exemptos an sint exempti lib. 1. q. 22
Beneficia quæ dicantur exempta, lib. 4. q. 25. 27. n. 4
Beneficia reservata, & exempta differunt, d. q. 25. nu. 4
Beneficia exempta an exempti resignare possint, lib. 4. q. 27
Beneficium exemptum quod dicatur, lib. 4. qu. 27. n. 4
Beneficia exempta an veniant in reservatione lib. 4 q. 28
Beneficiorum diœcesis appellatione an comprehendantur exempta, lib. 1. q. 5 n. 4. 20. 21. & lib. 4. q. 29.
Beneficia exempta quis unire possit lib. 4. qu. 31
Beneficia exempta conferre utrum possit ordinarius, si accessus ad Papam sit difficilis, lib. 4. q. 41
Beneficia regularia solent esse manualia, lib. 5. q. 37. n. 5
Beneficia sæcularia sæcularibus, regularia regularibus sunt relinquenda, lib. 5. qu. 77. num. 7
Blasphemia alia simplex, alia hæreticalis, lib. 4. q. 65. n. 3
Blasphemus an gaudeat immunitate Ecclesiæ, d. nu 3
Bona Laicorum an ligentur constitutionibus Pontificum lib 4 q. 66. n. 7.
Bona postquam acquisita sunt per privilegiatos, sumunt naturam privilegiatorum, lib. 4. c. 46. n. 4. & 5
Bona exemptorum an attestari possint coram ordinario lib 4. q. 72. n. 5
Bona profana an subsint Papæ, lib. 1. q. 50. n. 5. & lib. 4. q 70. & 66
Brachium seculare an obedire debeat Episcopo illud contra exemptos imploranti, lib. 4. qu. 39. & q. 82.
Bulla præscribens formam, quam ordinarii observare debent in punitione regularium exemptorum, lib. 1. q. 17. n. 29

Bulla conservatoriæ Cleri Secundarii dioceſis Leodienſis, lib. 1. q. 39. n. 20
Bulla Gregorii XIV. concernens extractionem ab Eccleſia. & loco exempto, lib. 4. qu. 63. n. 13
Bullæ ligant Provinciales, etiamſi non publicentur, ſecus tamen ſi non recipiantur, lib. 1. q 30. n. 17
Bulla Cœnæ Domini ligat, etiamſi non recepta dicatur, d. q. 50. n. 28
Bulla Cœnæ Domini neminem à ſuis cenſuris exulat, etiamſi regali ſplendore fulgeat, lib. 4. q. 75. n. 5

C.

CAmpanas ſonens in loco exempto, quibus ſeditio excitatur in loco non exempto, an puniri poſſit ab ordinario, lib. 2. qu. 15. n. 30
Capitis quaſi diminutione locorum exemptio amittitur, lib. 3. q. 25
Cardinales veniunt appellatione S. Sedis, lib. 2. q. 2. n. 14. & lib. 4. q. 5 n. 1
Cardinales an comprehendantur ſub diſpoſitione generali, lib. 1. q. 5. n. 6. & 26
Canonica Epiſcopalis quid ſit, libr. 4. qu. 6. nu 1.
Canonica Epiſcopalis an debeatur ab exemptis ratione rei non exemptæ, d. quæſt. 6. nu. 2. & 3
Canonica Epiſcopalis an debeatur, ſi tempore Teſtamenti Eccleſia erat exempta, tempore verò mortis non, aut econtra, d. q. 6 n. 6
Canonica an debeatur, ſi pendente conditione, exemptio concedatur, d. q. 6. 7
Canonica Epiſcopalis an impediat parochialem, d q. 6. n. 8
Canonici honorarii, qui dicantur, & an ſint exempti, lib 1. q. 24
Canonicis exemptis, an Capitulum ſit exemptum, lib. 1. q. 23
Canonicus unius Eccleſiæ, factus alterius Eccleſiæ prælatus, jura canonicatus prioris Eccleſiæ non amittit lib. 5. q. 14. n. 5.
Capellani Regii an exempti, lib. 1. d 32. n. 9
Capitulo exempto, an ſinguli Canonici exempti, d. q. 23
Capituli debitum exigi non poteſt à ſingulis de Capitulo, d. q. 23. n. 2
Capitulum ſede vacante an ſuccedat in Juriſdictione, lib. 2. q 2. n. 25
Capitula an juriſdictionem habeant in ſingulos de Capitulo, lib 2. quæſt. 47. lib. 5. q. 71. nu. 1
Capitulo ſublato, an cenſeatur ſublata exemptio, lib. 3. q. 25.
Capitulum ſede vacante an ſuccedat in viſitatione, lib. 4. q. 24. an poſſit tanquam Epiſcopus viſitare moniales authoritate delegata exemptas, lib. 5. q. 13. paſſim
Capitulo negligente non fit devolutio ad Prælatum, lib. 4. q. 30. n. 12
Capitulum an ſolum, an verò unà cum Prælato Juriſdictionem habeat, lib. 4. q. 89
Caſtrum ereptum à Juriſdictione Civitatis capitalis, non regitur amplius illius conſuetudinibus, lib. 4. q. 15. n. 3
Caſus centum, & amplius, quibus exempti ſubiiciuntur ordinariis, lib. 2. quæſt. 45. per tot.
Cauſa ceſſante exemptionum, an ceſſet exemptio, lib. 3. q. 7. per tot.
Cauſæ præparantis, & præparatæ an idem ſit Iudex, lib. 1 q. 26. n. 15
Cauſæ exemptionum multiplices, lib. 1. q. 1. n. 13. & ſeqq.
Cauſæ diſmembrationis Eccleſiarum quæ, lib. 5. q 34. in fin.
Cauſa agitata contra Prælatum, non nocet Capitulo, lib. 5. quæſt. 41. nu 1. diſtingue, ut n. 2
Cautiones judiciales reſpiciunt judicia ordinatoria, lib 2. q. 22. n. 2
Cautiones quæ dicantur reſpicere deciſoria, lib. 2. q. 12
Cautionem præſtare an teneantur exempticum agunt, lib. 2. q. 22
Cautio præſtita coram judice incompetenti non valet, d q. 21. n. 10
Cavere eſt onus, d. q. 22 n. 4
Cellarum nomine quid ſignificetur, libr. 1. quæſt. 13

Census solutio an probet exemptionem, lib, 1. q. 10. per tot.
Census, reditus, pensio qualiter differant, d. q. 10. n. 2
Censuarii exemptorum non sunt exempti, lib. 2. q. 37. n. 9. & q. 45. n. 37
Cessio exemptionum an valida sit. lib. 1. q. 34.
Cessio facta exempto an transferat exemptionem, lib. 1. q. 25
Cessum habens Jus, si sit exemptus, poterit coram ordinario conveniri, d. quæst. 25. nu. 3
Charitativum subsidium an Episcopus exigat ab exemptis, lib. 4 q. 9
Charitativum subsidium an debeant exempti ratione rei non exemptæ, d q. 9 n. 2
Chirographa recognoscere coram ordinario an exempti possint, lib. 2. q. 45. n. 104
Claustralis Monachus esse desinit per assumptionem parochialem lib 5. q. 17. n. 2
Clausula, *sublata judicibus aliter judicandi potestate*, quæ energia, lib. 5. q. 31 passim
Clausula *Volumus, quòd in charitate cum Episcopo permaneas*, an liberet à charitativo subsidio, d. q. 9. n 3
Clausula *Ipso facto* quid operetur, lib. 4. quæst. 62. nu. 3
Clausula *Te à quibusvis, &c.* præsumitur per oblivionem præterita, lib. 4. q. 69. n. 2
Clausula *Ad instar* quid operetur, v. verb. participatio.
Clausula *præsumpserit*, quid operetur, lib. 4. qu. 75. n. 4
Clausula *non obstantibus privilegiis*, quid importet, lib. 3. q. 9. per tot.
Clausula *quatenus sunt in usu, & sacris canonibus, & decretis Conc. Trid. non adversentur*, quomodo intelligatur, lib. 4. q. 21
Clausula, *Alioquin indignationem BB. Petri & Pauli*, quomodo intelligatur, lib. 4. q. 62.
Causula, *quorum tenoris*, operatur specificam omnium eorum expressionem, lib. 5 qu. 20. n. 1. limita ut ibid. n. 1
Clausulæ irritantis energia, lib. 4. q 63
Clausula *pleno jure*, quid importet lib. 4. quæst. 67. n. 5
Clausula *te à quibusvis censuris* quid importet, lib. 4. q. 69. per tot.
Clausula *præsentibus post quinquennium nomè valituris* quid importet lib. 1. quæst. nu. 18
Clausula irritans afficit ignorantes lib. 2. q. nu. 16
Clausulæ derogatoriæ potestas lata, lib. 5. q. per tot.
& an deroget privilegiis habentibus clausulas derogatorias, lib. 5. q. 19. pass.
Clausulæ *quorum tenores* energia, d. quæst. num. 7.
Clausula irritans inficit titulum, lib. 3. qu. 63.
Clausula derogatoria an requiratur in concessione exemptionum, lib. 1. quæst. 11. per tot.
Clausulæ *ex certa scientia*, qualiter colligitur, lib. 1 q. 50. n. 35
Clausula *salvo quòd justitia administretur* quid importet, lib. 1. q. 8. n. 10
Clausula irritans afficit ignorantes, lib. 2. quæst. 15. n. 3
Clausulæ Quousque revocetur, usque ad nostrum beneplacitum, dum ea non revocaverimus, interim dum hæc fuerit nostra voluntas, ad nostrum libitum, dum voluerimus, ad beneplacitum Sedis Apostolicæ, ad beneplacitum Papæ &c. quid operetur, lib. 3 q. 5. per tot.
Cingendus habetur pro cincto, lib. 1. q. 19. n. 4
Citari debet hæres ad resumendum, lib. 2. q. 8 num. 5
Citatus coram non suo judice an comparere teneatur, lib. 1. q. 6. per tot.
Citatio an requiratur in concessione exemptionum, lib. 1. q. 12
Citatio non est necessaria in impetratione rescriptorum, aut privilegiorum, d. quæst. 12. n. 2
Citatio requiritur ex dispositione Concilii Lateranen. in concessione exemptionum. d. qu. 12. n 3
Citatio coram judice de cujus jurisdictione dubitatur, operatur ut citatus compatere debeat, lib. 5. q. 76.

Citatio

Citatio in quovis actu requiritur, ex quo quis lædi posset, d.q.12.n.6
Citatio an requiratur in transumptione privilegiorum d.q.12.n.8
Citatio non requiritur, cum periculum est in mora, d.q.12.in fin.
Citatio exemptorum est injusta, lib.2. quæst. 6.nu.13
Citatio ultra unam dietam an valeat, lib.2 q. 6.nu.14
Citationes habent tantùm vim monitionis in confectione Inventarii, lib.2.quæst.20. num.8.
Citatio Prædicatorum, Præmonstratensium, Scholarium, coram ordinario invalida, lib. 2. q.6.n.15.& seqq.& n.39
Civitas potest repetere suum civem, lib.2. q.8. nu.1
Civitate ad arctum condemnata, an perdat sua privilegia, lib.3.q.19 n.4
Circuitus est evitandus lib.4.q.87.n.9
Clericus dicitur potentior laico ratione fori, lib.1.q.48.n.3
Clericorum appellatione an exempti comprehendantur, lib.1.q 5.n.5
Clerici an dicantur aliis potentiores, lib.1.qu. 48.n.1
Clerici citati coram laico an debeant comparere, ut allegent privilegium, lib.2. quæst. 5.nu.4
Clericus temittitur ad suum forum suis expensis, lib.2.q.8 n.6
Clerici seculares monasteriis præfici non debent, lib 3.q.77.n.3
Clerici puniri possunt à Rege ratione malæ administrationis, quam sub eo gesserunt, lib 4.q.85 n 4
Cœmiteria an gaudeant exemptione Ecclesiarum lib.6.q.60.n.1
Cognoscere, an sibi jurisdictio competat, quis judex possit lib.2 q.12. per tot.
Confessio judicialis dolum judicialem non requirit, lib.3.q.61.n 1
Coloni perpetui Ecclesiarum an gaudeant privilegio Ecclesiastico, d.q 38.n 7
Collectarum impositio est actus jurisdictionis, lib.3.q.40.n.3
Collectæ sine scientia superioris & causa necessitatis imponi possunt, lib.3. q. 40. limitatur n.149
Collegium utrum in suum Decanum possit aliquem principatum exercere, lib. 3. quæst. 64.remissive.
Coloni an sint exempti à solutione decimarum ex privilegio suorum dominorum d. q. 38 n.14
Coloni conventi coram laico ratione rerum, quas ab Ecclesia tenent, retrahere possunt causam coram Judice Ecclesiastico, d. q.38.n.12
Coloni Ecclesiæ, seu loci, cujus Jurisdictio temporalis pertinet ad Ecclesiam, censentur exempti d.q.38.n.10
Competentiæ decretum non sanat nullitatem, lib.2.q.7.n.8
Concilio Tridentino derogant posteriores constitutiones illi contrariæ, lib.1.q.50.n. 30. & seqq.
Concilio quando Papa derogat, an opus sit specifica illius mentione, seu derogatione, lib. 1.q.12.n.5
Concilium Tridentinum committendo aliquid ordinario, comprehendit etiam vicarium, lib.1.quæst.1.nu.19.secus si diœcesano, d.n.10
Concilium Lateranense requirit in concessione exemptionis citationem ordinariorum, lib.1.q.12.n 3
Concilium Tridentinum non receptum censetur esse in suspenso lib.1.q.50.n.20
Concilium Tridentinum multis in casibus derogat exemptionibus, lib.1 q.18 n.8
Concilium Tridentinum an omnes liget, d.qu. 18.n.10.& q.50.n.22
Concilium Tridentinum an, & quatenus derogare censeatur exemptionibus, lib. 1, qu. 50.
Concilium à quo tempore liget, d.q.10.n.1
Concilii interpretatio spectat ad Pontificem, d.q.50.n.2.& 23
Concilium an publicari debeat, d.q.50.n.4. & seqq.
Concilium an satis sit publicari Romæ, d.qu. 50.n.5

Concilium non receptum an liget, d quæst. 50.n.12
Concilii Tridentini leges non ligant probabiliter ignorantes,d.q.50.n.24
Concilio derogare potest solus Papa,lib.1.q.12 n.4.q.50.n.31.& 32
Concilium Tridentinum an sustulerit privilegia regularium absolvendi in casibus Episcopo reservatis,lib.4.q.76
Concubina clerici, an gaudeat privilegio fori, lib.1.q.29.n.6
Concursus an sit locus in parochialibus Monasterio annexis aut subjectis, lib.5.quæst. 18 n.1
Conditionis tempus quod inspiciatur,v.1.verb tempus.
Conditionaliter excommunicatus an veniente conditione ligabitur,lib.2.q.39
Confessio Prælati an noceat Ecclesiæ, lib.4.q. 60.
Confessio rectoris Ecclesiæ nocet Ecclesiæ, li. 2 q.40.n.8
Confessio exempti coram ordinario, an ei præjudicet,lib.2 q 31
Confessionem filii pater revocare potest, lib.2. q.31.n.7
Confiteri cui teneantur exempti, lib.4.qu. 35.
Confirmatio an probet exemptionem, lib.1.q. 8.nu.8
Confugiens ad Ecclesias blanditiis vel aliter extractus, & carceri mancipatus, restituendus est Ecclesiæ, lib.5.quæst.69. nu. 2 & seq.
Congruam portionem exempti coguntur assignare præsentatis,lib.2.q.45.n.88
Conservator quis sit,lib.1.q.39.n.1
Conservatores quis creet, & qui possint esse, d. q.39.n.34.& seqq.
Conservatores an cognoscant de circumstantiis notorii,d.q.39 n.9.& seqq.
Conservatorum hodie authoritas heteroclita est,plus,numque à jure exorbitans d. qu.39.n.15
Conservatores diversi si se invicem impediant, quid Juris,d.q.39 n.16.& 21
Conservatores majores sunt Legatis à latere,d. q.39.n.17
Conservatores an subdelegare possint, lib.1. 39.n.19.& 22
Conservatorum à sententiis ad quos appellatur,d.q.39.n.23
Conservatoris aditio,& appellatio sunt remedia tendentia ad eundem effectum,lib.4. 91.n.4
Conservatoris si juris scripti dispositionem contempserint,cognoscunt duntaxat de injustis,lib.5 q.36.passim.
Conservator an evocare possit alios a reum diœcesis,lib.5.q.86
Conservator si adeatur pendente appellatione ab ordinario,an dicatur attentatum, lib.4. qu.61
Conservatorum sententias an reformare possit nuntius habens facultatem cognoscendi de causis appellationum à judicibus authoritate sanctæ Sedis delegatis,d.qu. 36 n.28
Conservatorem adire utilius est, quam ordinario appellare,lib.4.q.91.n.5.
Conservatores an possint inquirere, d.quæst. 39.n.24
Conservatores quomodo coercere possint ordinarium,d.q.39.n.27
Conservatorum Jurisdictio est odiosa & restringenda,d q.39.n.29
Conservatores an cognoscant in prima instantia,d.q.39.n.30
Conservatores dati ad cognoscendum de injustis,an cogere poterunt debitores restractios ad solutionem,d.q.39 n.31
Conservatoria Abbatis sancti Lautentii privilegiorum Cleri secundarii diœcesis Leodiensis ad longum hic refertur, d.qu. 39.n.20
Conservatio inhibere non potest ordinario legitimè inter exemptos cognoscenti, lib.1.q. 35 n.3.in fin.
Consensum an satis sit petere, si non impetretur,lib.4.q.77.n.1
Consequens quando conceditur, an concedatur etiam antecedens,lib.4.q 13.n.1 & 3
Constitutiones Papales an allegari debeant, & alligent bona temporalia,lib.1.q 30.nu. 36. & 37

Constitutiones an usu receptæ præsumantur, lib.4 q.66
Constitutio populi non tollitur per non usum, lib.5. q.42.n.7
Consuetudines ordinarius an tollere possit, lib. 4.qu.15
Continentia causæ an operetur exemptionem, lib.1 q.26.per tot.
Continentiæ causæ multiplices effectus, d. quæst.26
Continentia causæ in dividuis nihil operatur, d.q.26.n.11.& 12
Continentia causæ non debet dividi, lib.5.q.2, n pen.& fin.
Contumacia non exemptorum quantum obsit in actu visitationis lib. 5.quæst.3.n.pen. & fin.
Contumax sit subditus in alieno territorio citatus non comparens, lib.5.q.6.n.fin.
Conversi religionum an sint exempti, lib.1.q. 19.n.6
Conversorum idem est judicium, lib.2.quæst. 19.nu.1
Crimen enorme quod sit, lib.4.q.65.n.5
Crimen enorme committentes an gaudeant asylo Ecclesiæ, d.q.65.n.5
Crimen enorme est causa amissionis privilegii, lib.1.q.20.n.2
Crimina enormia quæ, & qualia sint, lib.4.q. 75.n.5
Curati dicuntur adjutores Episcopi, lib.4.q.1. n.4.in fin.
Curator ad litem quis Judex debeat exempto dare, lib 2.q.29.n.15
Curialistæ an sint exempti, lib.1.q.32
Curialistæ subiiciuntur Episcopo ratione beneficiorum, d.q.32.n 1

D.

DAmnum proximi est impediendum, lib.4. q.87.n.4
Debitores exemptorum an cogi possint ad solutionem à conservatore, lib. 1. quæst.39. nu.31
Degradatio exemptorum spectat ad Episcopum, lib.2.q 45.n.99.& lib.4.88.n.6
Decani Capitulorum an habeant jurisdictionem in Capitulares, lib.2.q.47.n.6
Decani an dicantur Prælati, lib.2.q.47.n.10
Decimæ quando percipiantur lib.5.q.32.n.2.& seq.
Decimarum debitores si exempti sint, an coram ordinario conveniri possint, lib. 2.q.45. nu. 17 & lib.4.q.48.per tot.
Decanatus est dignitas Ecclesiastica lib. 5.qu. 63.n.1
Decanus uti membrum Capituli, gaudet exemptione, lib.5.q.63.n.4
Decanus est caput Capituli, lib.5.q.63.n.6
Decreti competentiæ utilitas, lib.2.q.6.n.6
Delegata, vel excitata Jurisdictio quæ dicatur lib.2 q.14 per tot.
Delegatus non tenetur se conformare ordinario, lib.2.q.30.num.1
Delegatus, vide pluta in verbo Legatus.
Delictum an sit causa amissionis privilegii, lib. 3 q.15
Delictum Prælati an præiudicet subditis, lib.4. qu.60
Delicta alia gravia, alia levia, lib.4.quæst. 88. num.3.
Delicta Monachorum dupliciter considerantur, lib.5.q.37.nu.1
Delicta enormia quæ dicantur, lib. 4. qu. 65.n.5
Delinquens in Ecclesia an in ea capi possit, lib. 1.q.13.n.12
Delinquens in loco exempto, an ex illo extrahi possit, lib.4.q.65
Delinquens intra diœcesin an ab Episcopo puniti possit, lib.4.q.32.lib.2.q.45.n 1
Destinati in unum locum, in alium converti non debent, lib.5.q.77.n.1
Destructo loco exempto, an amittatur exemptio, lib.3.q.19.per tot.& q.20
Destructo collegio, an pereant privilegia, d.q. 19.n.1.& d.q.20
Destructo ordine, Civitate, &c. an pereant privilegia monasteriorum, aut civium, &c. lib. 3.q.29.n.4 & 7
Dictio Et, in textu Con. Trid. stat disiunctivè, non verò copulativè lib 2.q.45.n.7
Dictio in & De differunt, lib.4.q.55

Dictio

Dictio *Suarum* quomodo capiatur. lib. 1. qu. 14.
Dictio *Quasi*, est nota improprietatis, lib. 4. qu. 20. n. 6
Diffamare est tacite ad judicium provocare lib. 2. q. 4. n. 20
Differentia inter exemptiones reales, & personales, lib. 1. q. 2. n. 2. & seqq.
Diffinitio exemptionis, lib. 1. q. 1. n. 1. & seqq.
Diœcesis appellatione quænam comprehendantur, lib. 4. q. 74
Diœcesis quid sit lib. 1. q. 1. n. 7
Diœcesan us totius orbis est Papa, li. 1. q. 17. n. 3
Diœcesum & ordinatii differentia, lib. 1. q. 1. n. 6. seqq.
Dispositione generali an comprehendantur exempti, lib. 1. q. 5. per tot.
Disponere de eo quis non censetur, quod suæ non est potestatis, d. q. 5. n. 29
Dispositio de re contenta non includit continentem, lib. 1. q. 13. n. 6
Dispositio de personis non est extendenda ad Capitulum, li. 2. q. 23. n. 3
Dispositio non reprehendit eos, quibus verba non adaptantur lib. 1. q. 29. n. 8
Dispositio circa metiens extenditur ad mensum, li. 3. q. 45. n. 7
Dispositione Clericorum non veniunt exempti, li. 2. q. 5. n. 5
Dispositio generalis Papæ non extenditur ad majora expressis, lib. 2. q. 2. n. 11. & li. 4. qu. 85. n. 2
Dispositio generalis non comprehendit Principes, li. 4. q. 85. n. 2
Dispositio generalis tantum operatur in genere, quantum specialis in specie lib. 1. qu. 5. n. 18
Dispositio ad aliam relata quid operetur, li. 4. qu. 70
Discuti an debeant exempti, lib. 1. q. 47. n. 7. & q. 48. n. 5
Divertio Jure aliquid censeri non debet, libr. 4. q. 85. n. 5
Divi Bernardi encomium de Pontifice, libr. 1. q. 3. n. 14
Divisio exemptionum, lib. 1. q. 2
Doceri debent exempti ab ordinario, lib. 2. qu. 45. n. 72
Doctores magis student veritati indagandæ in lecturis, quàm in conciliis, lib. 1. qu. 5. n. 7. post med.
Dolus dans causam contractui pro parte, pro illa tantùm parte nocet lib. 3. q. 8. in fin.
Dominus vendicare potest suum servum, lib. 2. qu. 8 n. 1
Domino mortuo expirat exemptio famuli li. 1. q. 29 n. 4
Dominus an cognoscat an sibi Jurisdictio comperat in vasallum, lib. 2 q. 12. n. 5
Dominus agere potest pro suo servo, li. 2. q. 35. n. 5. & 6
Dubitandi ratione quæstio carens est sua, li. 4. q. 71. n. 1
Duo specialia circa idem concurrere non possunt lib. 4. q. 85 n. 3
Duo quando æquiparantur, dispositum in uno censetur dispositum in alio, lib. 4. qu. 54. n. 4

E.

Ecclesiarum appellatione comprehendentur exemptæ, li. 1. q. 5. n. 22
Ecclesiâ exemptâ, populus illius non est exemptus, li 1. q. 13. n. 4
Ecclesiæ exemptæ an gaudeant centenaria præscriptione Ecclesiæ Romanæ, lib. 1. qu 35. per tot.
Ecclesiâ exemptâ quinam censeantur exempti lib. 4. q. 37
Ecclesiarum appellatione an monasteria comprehendantur, lib. 4 q 86
Ecclesia Lovaniensis, Thenensis, Diesthensis, Aiscotana, an translata sit in aliam diœcesim unà cum suis exemptionibus, lib. 3. q. 21. num. 1
Ecclesia una alterius ancilla esse non debet, li. 1. q. 26. n. 1. & 2
Editio exemptionis debet fieri ordinario, lib. 1. q. 8. n. 12
Editio cujus expensis fieri debeat, d. q. 8. nu. 14. & li. 2. q. 27.

Idi an debeat totum privilegium, an verò pars illius controversa, li. 2. q. 27
Idi quomodo debeat exemptio, li. 2. q. 24
Effectus quando potrigitur extra locum exemptum, Episcopus cognoscere potest, lib. 2. q. 45. nu. 30. 39
Effectum quæ non sunt fortita in vita concedentis, non transeunt in successorem, lib. 3. q. 5. nu 7
Effectus translationis unius loci in alium, uniusque oblationis in aliam, quis sit, lib. 3. quæst. 21
Effectus statuti non porrigitur extra territorii, lib 4. q. 54. n. 1
Electionum jura ordinaria an habeant locum in exemptis, li. 4. q. 9
Electio & postulatio differunt, lib. 4. qu. 4. num. 4
Elegantia nominis exemptionis, libr. 1. quæst. 1. nu. 1
Emptor coram quo Judice conveniat venditorem ad garandisandum, li 2. q. 27
Episcopus an possit eximere, lib. 1. qu. 3. nu. 2. & seqq.
Episcopus habet per totam suam diœcesim jurisdictionem fundatam, li. 1. q 21 n. 1 2 & 3
Episcoporum potestas pendet a Pontifice, li. 1. q. 11. n. 7
Episcopi sunt exempti, & immediatè Papæ subjecti, lib. 1. q. 41
Episcopus an sedere possit pro tribunali in quovis loco suæ diœcesis, lib. 2. q. 1
Episcopus an derogare possit exemptionibus, li. 3. q. 4. per tot.
Episcopus an eximere possit à charitativo subsidio li. 4. q. 8
Episcopus habet jurisdictionem in Monachos Regulares Ecclesiæ Catholicæ, lib. 5. quæst. 39. n. 1
plura potest ante ædificationem ecclesiæ quam post li. 5. q. 11 n. 7 an possit in votis Regulatium dispensare, li. 5. q. 98
Episcopus confert exemptis ordines, lib. 4. qæst. 10
Episcopus an celebrate possit in locis exemptis, li 4. q. 17
Episcopus an punire possit exemptos in casu sibi commisso non obtemperantes, li. 4. q. 33
Episcopalis ordinis quæ sint, lib. 4. quæst. 42. nu. 1
Episcopalis canonica quæ sit, li. 4. q. 6
Episcopales casus sunt minores casibus pontificiis, li. 4. q. 76. vers. probatur
Equites Hierosolymitani sunt exempti ab omni jurisdictione Ordinarii, & collectis solvendis, li. 5 q. 4. n 4. & d. n. q. 96. an testari possint, li. 5 q. 30 n. 1. & 2
Exceptio tacitè dicitur reiici per progressum ad ulteriora, li. 4. q. 92
Exceptione tacitè vel expresse rejecta appellari potest, d. q. 92. in fin.
Exceptione exemptionis proposita in vim declinatoriæ, an illius probatio reservanda sit post litem contestatam, lib 2. q. 28
Exceptio declinatoria noviter orta proponi potest, lib. 2. q. 16. n. 1
Exceptio exemptionis an opponi possit in vim peremptoriæ, li. 2. q. 10 per tot.
Exceptionem habens potest eam proponere coram Judice suo, li. 2. q. 4. n 8. & 16,
Exceptiones aliæ stant de per se, aliæ competunt stimulo actionis, d. q. 4. n. 16
Excitata Jurisdictio vel delegata, quando dicatur, v. sup. verb. delegata.
Excommunicatus sub conditione, an si pendēte conditione eximatur, excommunicatione ligabitur, lib, 2. q. 39
Excommunicatio lata in exemptum non valet li. 2. q. 40. n. 2
Excommunicatus an exemptionem allegare possit, li. 3. q. 32
Excommunicati quis potest pro summa modica, li. 4. q. 87. n. 2
Excommunicatio lata in Curialistas an sit valida, li. 1. q. 32 n. 3
Excommunicatus in loco non exempto remanet excommunicatus, postquam rediit in locum exemptum, li. 2. q 45 n 35
Excommunicatorum sepulturam impedit Episcopus, li 2. q. 45. n. 44
Excommunicati in loco exempto sepulti extrahi debent, d. n. 44
Excommunicatus non perdit privilegium fori. li. 3. q. 32
Excommunicati non perdunt beneficia defen-
Excom-
fiva, d. q. 32

Excommunicari an gaudeant Immunitate Ecclesiæ, li. 3 q 63. n 2. & 6
Excommunicatus non agit ex lege diffamari, li. 2. q. 4. n. 11
Executores debent gerere pixidem sive signum, li. 1. q. 18. n. 6
Executionis bulla continere debet tenorem sententiæ, li. 4. q. 64. n. 2
Executores testamentorum possunt esse religiosi, li. 1. q. 46. n. 11
Executionem retardare quandoq; potest ordinarius, expectando secundam jussionem, lib. 2. q. 14. n. 4
Executores se non compatientes, non debent se impedire, li. 5. q. 72. n. 1. & d. q. n. 12
Executio sententiæ in exemptos latæ non spectat ad Ordinarium, li. 2. q. 22 n. 6
Executione commissa, an cognosci poterit de Justitia sententiæ, lib. 2. quæstion. 44. per tot.
Executores Testamentorum si sint exempti, an coram ordinatio conveniti poterunt, lib. 4. q. 48. per tot.
Executores Apostolici an procedere possint cõtra exemptos, li, 4. q. 64. per tot.
Exemplari quomodo debeat exemptio, lib. 2. quæst 24
Exemptiones ortæ à Jure, & Analogia Emancipationum, Manumissionum lib. 1. q 1. n. 12 & seq. Privationis, Dominii directi, ibid. Privationis, Jurisdictionis, ibid Exemptiones ortæ à Jure, & Analogia Translationis Prælati in aliam Ecclesiam, Vasallorum, Scholarium, Clericorum, Habentium speciales Judices, ibid.
Exempti præcellunt ceteros honore, lib. 1. qu. 1. nu. 2
Exemptio est de reservatis Papæ li. 1. qu. 3 n. 13 & q. 6 n. 13
Exemptionum causa Formalis Ratio, lib. 1. q. 1. & seq. Exemptionum causa Finalis, Favor S. Sedis, ibid. Quies exemptorum, ibid.
Exemptionum causa Impulsiva Odium verũ ordinatiorum, ibid. Præsumptum, ordinatiorum. ib Impulsiva Oppressio, Compensatio, Lis ordinatiorum. ib. Materialis Personæ, ibid. Loca, ibid. Exemptionum causa Efficiens Pontifex, Episcopus, Imperator. ibidem, Exemptionum causa Effectus, Libertas à lege Diœcesana ibid. Jurisdictionis ibid.
Exemptionum aliæ Regales, Personales, Immediatæ, Mediatæ, Quibus renuntiari potest, Quibus non potest, lib. 1 q. 2
Exemptionum aliæ sunt Generales Reales, Singulariter personales, Communiter personales, Singulariter, & communiter personales, Communiter tantùm corporales, lib. 1. q. 2. Exemptionum aliæ sunt Speciales, Reales, Singulariter personales, Communiter personales, Singulariter & Communiter personales, Communiter tantùm corporales, ibid.
Exemptiones aliæ Limitatæ, aliæ Illimitatæ, d. cap. 2
Exemptio acquiritur Concessione, q. 3. Præscriptione, q. 6. Participatione, q. 17. Communione, q. 26. Ædificatione, q. 36. Accessione, q. 37 aliisque modis, lib. 1
Exemptiones in dubio censentur reales, lib. 2. q. 2. n. 6. & 7
Exemptio acquiritur præscriptione & privilegio, lib. 1. q. 1. n. 4
Exemptiones sunt stricti Juris, lib. 2. q. 2. n. 7 & q. 4. per tot.
Exemptiones qualiter judicentur reales, aut personales, lib. 2. q. 2. n. 10
Exemptiones an sint favorabiles, vel odiosæ, lib. 1. q. 4 per tot.
Exempti sunt digni honore, & prærogativa, lib. 1. q. 5. n 2. & 16
Exempti magis subiiciuntur Papæ, quàm alii, lib. 1. qu. 5. nu. 9. & lib. 4. qu. 17. nu. 2. & qu. 86. nu. 4
Exemptio universalis acquiri non potest, lib. 1. q. 6 n. 14
Exemptionis cognitio ad quem spectet, lib. 1. q. 8. n. 15
Exemptiones sunt præjudiciales Reipublicæ, lib 1. q. 11. n. 3 & seq.
Eximere an possit Episcopus, Archiepiscopus, Patriarcha. Legatus natus, Legatus nudus, Legatus à latere, Pontifex. li. 1. q. 3

Exemptio surreptitiè obtenta an valida, lib. 1. qu. 49
Exemptio simpliciter concessa eximit ab omnibus, excepto Papa, li. 2. q. 2. n. 13
Exemptio allegari debet in judicio, li. 2. q. 5. n. 8. approbari, li. 5. q. 1. nu. 1. 3. & 4
Exemptio per Papam simpliciter concessa, ab omnibus eximere solet, excepto Papa. lib. 5. q. 44. n. 1
Exemptiones sunt stricti juris, lib. 5. quæst. 44. n. 4
Exemptus multis casibus subjacent jurisdictioni Episcopi. li 5. q. 44. n. 4.
Exemptio pendente lite concessa an prosit quoad illam litem, li. 2. q 15. per tot.
Exemptio ad postulationem, aut motu proprio concessa differunt, lib. 2. qu. 19. nu. 5. & seqq.
Exemptione finita an conveniri quis possit coram ordinario de gestis tempore exemptionis, lib. 2. q. 11
Exemptio ab omni Jurisdictione præscribi nõ pot. ff. li. 2 q 23. n. 3
Exemptio an concedi possit ecclesiæ construendæ l. 4. q. 96
Exemptiones an possint revocati, lib. 3. q. 1
Exemptiones an amittantur per non usum aut contrarium actum, libr. 3 quæst. 13. & 14
Exemptiones an amittantur morte, Renovatione, Cessatione, Sententia, Præscriptione, Non usu, Actu contrario, Delicto, Ingratitudine, Destructione loci, Mutatione loci, Unione loci, Excommunicatione, Si fiat damnola, lib 3. per tot.
Exemptio generalis an eximat à charitativo subsidio, li. 4. q. 7
Exemptiones universales an motu proprio, an ad postulationem concessæ præsumantur, li. 4. q. 84
Exemptus à Legato non est exemptus ab ordinario, li. 1. q. 28. n. 1
Exemptus ab ordinario est etiam exemptus à Legato, d. q. 28. n. 2
Exemptus à Judice an censeatur exemptus ab illius delegato, d. q. 28. n. 3
Exemptus contra exemptum an utatur privilegio, li. 1. q. 44
Exemptus an possit esse arbiter, libr. 1. quæst. 45.
Exempti an possint esse Tutores, libr. 1. quæst. 46.
Exempti an sint idonei fideijussores, li. 1. quæst. 47.
Exempti an teneantur ad collectas, li. 5. q. 40. pr. vid. plur. d. li. q. 61
Exempti an censeantur aliis potentiores, lib. 1. qu. 48.
Excussio an fieri debeat exemptorum, li. 1. qu. 48. n. 5
Exempti non comprehenduntur sub appellatione Clericorum, li. 2. q 2. n. 12
Exempti an possint conveniri coram Ordinario ex lege diffamari, C. de Ingen. & Manumiss. li. 2. q. 4
Exemptus citatus coram ordinario an teneatur comparere, & allegare suam exemptionem, lib. 2. q 5. per tot.
Exempti comparantur extraneis, li. 2. quæst. 19. nu. 4
Exempti de gestis ante exemptionem coram que conveniantur, lib. 2, q. 2. n. 4.
Exempti agendo coram ordinario, an teneantur præstare cautionem, lib. 2. quæst. 22. per tot.
Exempti an teneantur ad Canonicam Episcopalem, li. 4. q. 6
Exemptum eximens è judicio an teneatur edicto ff. *ne quis eum, qui in jus vocatus*, li. 2. q. 8 n. 12
Expensa facienda non est, quam res non patitur, lib. 4. q 87. n 7
Expensæ profusæ aut delicatæ non sunt refundendæ, d. q. 87 n. 20 & 21
Expensas præstare debet, qui actum fieri postulat, lib. 2. q. 8. n. 5
Expensas luere an debeat exemptus, qui exemptionem non allegavit, li. 2. q. 6. & 9
Expulsi ab ordinibus exemptis, an retineant suam exemptionem, li. 1. q. 20. n. 4
Extendenda est exemptio ex mente privilegiantis, li. 1. q 13. n. 9
Extendatur ne exemptio ad futura, li. 1. q. 38 & li. 4. q 22
Extraneorum jure censentur exempti, lib. 1. qu. 46. n. 2

46. num. 2. & lib. 2. quæst. 29. nu. 4
Extranei minus subiiciuntur ordinario, quàm exempti, li. 2. q. 45. n. 118

F.

FAlsum deponens coram quo puniendus sit, li. 2. q. 35
Facilius renuntiatur juri quærendo quam quæsito, li 3. q. 11. n. 1
Familiæ appellatione quid veniat, lib. 1. qu. 30. num. 5
Familiares exemptorum an fiat exempti: lib. 1. q. 30. per tot.
Familiares Papæ an sint exempti, lib. 1. qu. 32. num. 5
Famuli exemptorum an fiat exempti, libr. 1. quæst. 20. num. 1. & lib. 4. qu. 38. per tot. & d. qu. 30
Famuli temporales exemptione non gaudent, sed tantùm perpetui, d q. 30. n. 9
Favor, & odium quando concurrunt, prævalet odium li. 1. q. 4. n. 13
Favorabilis est reditio ad Jus commune, li. 1. q. 4. n. 12
Favorabilis est Jurisdictio ordinariorum, ideo extendenda, li. 1. q. 4. n. 18. & 19
Favore alicujus quæ sunt inducta, non sunt convertenda in odium, li. 4. q. 38. n. 6
Festos dies ab Episcopis indictos observare debent exempti li. 2. q. 43. n. 51
Feudalibus in causis, Clerici subiiciuntur Domino, li. 4. q. 85. n. 3
Fidejussor exempti, qua cautela exemptione principalis debitoris gaudebit, lib. 2. quæst. 37. n. 18
Fidejussores agunt coram proprio suo Judice, li. 2. q. 4. n. 14
Fidejussores an esse possint exempti, & ubi conveniendi, li. 1. q 47
Fictio retrotractiva non habet locum in censuris li 2. q. 39
Finis, & non principium quando attendi debeat, li. 2. q. 18. n. 4
Fiscus succedens in Jus privati, utitur jure privati, li. 1. q. 25. n. 4
Fiscus interveniens trahit causam ad suum forum, lib. 2. quæst. 37. num. 4
Formulæ quibus cognoscitur excitata, aut delegata fuerit Jurisdictio, lib. 2. quæst. 1. num. 3
Formulæ variæ exemptionum libr. 1. quæst. per tot.
Forenses & exempti æquiparantur, li. 2. qu. nu. 2. & v. sup. verbo Extranearum, & verb. Locus.
Forum pœnitentiale an prorogari possit, lib. q. 7. n. 10
Forum alieni juris an prorogari possit, d. q. 7. per tot.
Forum quis sortitur in loco delicti, li. 4. q. 32. n. 1
Forum pœnitentiale quis non sortitur in loco delicti, li. 4. q. 35. n. 2
Forum pœnitentiale est improrogabile, d. qu. 35. n. 3
Fratrum appellatione an comprehendantur sorores, li. 1. q. 4 n 10, & 11
Frustra fit per plura quod potest fieri per pauciora, lib. 4 q. 87. n 11
Frustra legis auxilium invocat, qui in legem committit, li. 4. q. 85. n. 6
Fugæ quando est periculum, exemptus ab ordinario capi potest, li. 4. q. 52
Fugitivum debitorem creditor arrestare potest, d q. 52. n. 2
Fugitivus amittit privilegia legalia, d. qu 52
Fugitivus an allegare possit incompetentiam judicis, d. q. 52
Fugiens ad Ecclesiam, vel locum exemptum an inde extrahi possit, li. 4. q. 5. per tot.

G.

GEnerales Ordinum jurisdictionem habent in religiosos, etiam si exempti sint, aut Papæ Capellani, li. 2. q. 41. n. 51
Generales Ordinum an Jurisdictionem habeant accumulativè, vel privativè, lib. 1. q. 17. n. 22. & li. 4. q. 83. n. 4. in fin.
Generales Ordinum quam jurisdictionem habeant in sibi subditos, d. q. 17. n. 21
Generali visitatori derogatur per specialem, d. num. 22.

Generi per speciem derogatur, li.1.q.17.n.22.& lib.4.q.88.n.4.in fin.

H.

Hæreditas adita non repræsentat amplius defunctum, li.2.q.20.n.3
Hæres citati debet ad resumendam causam, li. 2.q.18.n.5
Hæres exemptus an ex persona defuncti non exempti conveniri possit coram ordinario, li. 4.q.46
Hæres ex privilegio communi declinare potest, secus ex proprio, d.q.46.n.1
Hæres est ejus conditionis, quo defunctus, d.q. 46.n.3
Hæres non exemptus an ratione defuncti exempti forum ordinarii declinare potest, li.2. q.18.per tot.
Hæretici exempti an subiiciantur ordinario, li. 4 qu.47
Hæresis eo in casu quomodo judicanda, d.qu. 47.n.4
Hæretici an gaudeant immunitate Ecclesiastica, li.4.q 65.nu.4
Hæreseos inquisitores possunt contra exemptos inquirere, li.2.q.45.n.58
Honore præcellunt ceteros exempti, lib. 1.q.1. num.2
Hospitale aliud religiosum, aliud prophanum li.4.q.57
Hospitalia an sint exempta, li.1.q.31
Hospitalium rectores an exempti, d.q.31.n 7
Hospitalarii an exempti, li.1.q.32

I.

Idoneus semel, semper præsumitur idoneus, li.4.q.45
Idoneus non præsumitur, si major assumendus esset gradus, d.q.45
Ignorans sibi exemptionem esse concessam, an exemptione gaudeat, lib.1.quæst.15.& lib.3. quæst.6
Ignorantia num opetetur in receptionem legis, li.1.q.50.n.13
Ignorantia exemptionis non validat sententiam ordinarii, li.2.q.1
Ignoranti an noceat revocatio exemptionum, lib.3.q.6.per tot.
Ignorantia constitutionis an præsumatur, li.4. q.66.n.6
Ignorantia an excuset à censuris, lib.4 qu.75. num.5
Ignorantes non ligantur Concilio Tridentino, li.1.q.50.n.24
Immunitas Ecclesiastica, li. 4.q.65
Immunitas loci prodest socio, li.1.q.26.nu,1. & seqq.
Impensa facienda non est, quam res non patitur, v.in verb.Expensæ.
Imperator & Papa fraterisant, li.4.quæst. 13. num.5
Imperator lacerare Imperium non potest, d.q. 13.nu.3
Impunitas delicti si continuetur, exempti puniri possunt ab ordinario, lib.2.quæst. 5.nu. 43.
Indulgentias non concedunt Prælati exempti, li.4.q.20.n.4
Indulgentiæ Episcopales an prosint exemptis, li.4.q.50.per tot.
Incorrigibilis subiicitur ordinario, lib.4.q.88. num.6
Inhibitio contra jus non inducit nullitatem actus contra eum gesti, li 1.q.72 n.13. fallit, ut.n.seq.
Ingratitudo an sit causa revocationis privilegii, li.3.q 16
Injuria ex loco exempto in locum non exemptum facta à quo puniatur, lib.2.q.45.n.30. & 31.
Injuriam suam æstimant exempti, lib.2. q.45. num.91
Innovatio an probet exemptionem, li. 1. quæst. 8.nu.9.
Innovatio privilegii an requirat citationem, li.1.q.12.n.6
Inquirere an possit Conservator, lib. 1. qu.39. nu.24
Inquiri an possit contra hæreticos exemptos, li.1.q.32.& li 4.q.47
Instantia cœpta contra exemptum an transeat in illius hæredem non exemptum, li.2. q.18. per tot.

Instantia cœpta contra non exemptum, antè seat in illius hæredem exemptum, li. 2. q. 19. per tot.
Instantia an transeat in monasterium, d. qu. 19. num. 9
Instantia laici an transeat in clericum, d. qu. 19. num. 7
Instantia cœpta & rescriptum impetratum transit in successorem d. q. 18. n. 1
Instrumentis antiquis credendum est, li. 5. q. 33. num. 2
Instrumentalis probatio testibus potior, li. 5. q. 33. n. 3
Interdictis ordinarii an ligentur exempti, li. 4. qu. 14.
Interdictum quid sit, d. q. 14. n. 1
Interdictum ordinarius ferre non potest in exemptos, d. q. 14. n. 2
Interdicta quæ servat Ecclesia matrix tenentur exempti observare, d. q. 14. n. 3
Interdictum aliud generale ordinarii, aliud Prælati exemptorum, d. q. 14. n. 6
Interdici ne quis possit, an privilegio concedi possit, d. q. 14. n. 8
Interpretari quis possit exemptiones, lib. 2. qu. 13.
Interpretari cujus sit verba, d. q. 13. n. 13.
Interpretatio Concilii Tridentini spectat ad Pontificem, li. 1. q. 50. n. 23.
Interpretatio facienda est in favorem obtinentis rescriptum executivum, li. 5. q. 8
Interesse principaliter quando dicatur, libr. 2. qu. 36
Intervenire an possint exempti pro suis hominibus, d. q. 36 per tot.
Interveniens an causam ad suum forum trahere possit, li. 2. q. 37. per tot.
Interventio duplex, altera qua adsistitur tantùm liti, altera verò qua principalis à lite liberatur, li. 2. q. 37. n. 12
Inventarium ubi conficiendum, libr. 2. quæst. 20
Iudex procedendo ad ulteriora, tacitè censetur reiicere exceptionem, lib. 4. q. 92 in fin.
Iudex incompetens fit competens lato competentiæ decreto, li. 2. q. 6. n. 6
Iudex idem est præparantis & præparati. li. 1. q. 16. n. 15. li. 2. quæst. 4. n. 10. & quæst. 19
Iudex an cognoscat utrum sibi competat jurisdictio, li. 2. q. 12
Iudices exemptorum æquiparantur delegatis, li. 2. q. 17. n. 3
Iurare an possit secundùm suam conscientiam exemptus coram ordinario in jus trahi, li. 2. q. 32. per tot.
Iuramentum litis decisivum an deferri possit exempto litiganti coram ordinario, li. 2. q. 31. n. 4.
Iuramentum cui præstent exempti, lib. 4. qu. 16.
Iuramentum fidelitatis an exempti præstent Episcopo, d. q. 16.
Iure diverso quid censeri non debet, li. 4. qu. 85.
Iuris totius remissio, speciem habet limitationis li. 5. q. 21. n. 8.
Iurisdictio aliquando competit accumulativè, aliquando privativè, li. 1. q. 17. n. 21
Iurisdictio alia est cognitionis extrajudicialis, alia cognitionis judicialis, li. 4. q. 88. n. 2.
Iurisdictio voluntaria quæ sit, lib. 1. quæst. 46. num. 8
Iurisdictio excitati vel delegati quando censeatur, lib. 2. q. 4. per tot.
Iurisdictio alterius in subditos ordinarii competens, an ordinarium excludat, li. 5 qu. 27. passim.
Iurisdictio ordinarii favorabilis, lib. 1. quæst. 4. num 19
Iurisdictionum in concursu quid agendum, li. 1. q. 19. n. 16
Iurisdictionem qualem teneant Prælati exempti in suos, li. 4. q. 20. per tot.
Iurisdictio in exemptos usurpantes quas incurrant censuras, aut pœnas li. 4. q. 75
Iuspatronatus si perveniat ad exemptos, ad quem spectabit collatio, li 4. q. 8
Iusso secunda quando expectanda, li. 2. qu. 15. num. 5.

L.

Laici in merè temporalibus subiiciuntur Papæ, li. 4. q. 79

Laicus post delictum factus Clericus non punitur à Laico, lit. q. 15. n. 4
Laicus an constituere possit tutores Clericos, li. 1. q. 46. n. 15
Laicus coram quo conficere debeat Inventarium, li. 2. q. 29
Laudum exempti, & non exempti revocari debet per superiorem exempti, li. 1. q. 26. n. 3. & q. 45. n. 3
Lectum magis credendum, quàm Doctorum consiliis, li. 2. q. 7. n. 1
Legatus an utatur clausula irritante, li. 4. q. 63. nu. 5
Legati à latere comprehenduntur appellatione S. Sedis, li. 4. q. 5. n. 1
Legatus an unire possit beneficia, lib. 4 q. 31. n. 8
Legatus in omnibus concurrit cum ordinario, li. 4. q. 3. n. 1
Legatus alius natus, alius nudus, alius à latere. li. 2 q. 2. n. 1
Legatus à latere an possit eximere, li. 1. q. 3. nu. 13.
Legati non possunt derogare Juri, lib. 1. quæst. 3 nu. 13
Legatus est major ordinario. li. 1. q. 28. n. 1
Legati *cum potestate Legati de Latere* authoritas, li. 2. q. 2. n. 2.
Legati à latere propriè sunt soli Cardinales, d. q. 2 n. 5. & 16.
Legati an jurisdictionem habeant in exemptos, d. q. 2. per tot.
Legatorum commissiones sunt diligenter inspiciendæ, & sequendæ, d. q. 2. n. 17
Legati potestas est odiosa, & restringenda, d. q. 2. n. 20
Legatus an, & quando concurrat cum ordinario, d. q. 2. n. 18 & seqq.
Legatus est inferior in causa specialiter ordinario commissa, d. q 2. n. 19
Legati habent jus revocandi domum, li. 2. q. 5. num. 8
Legatus se non interponit in causis appellationum ad Papam interpositarum, li. 2 qu. 42. n. 6
Legatus à latere absolvit exemptos, li. 2. q. 50. num. 6.
Legatus an revocare possit exemptiones, li. 3. q. 3. per tot.
Legatus non potest statuere contra jus, li. 3. q. 3. nu. 3
Legato revocato an ejus gesta postea subsistant, li. 3 q. 6. n. 2.
Legatus à latere an præster authoritatem in alienatione rerum exemptarum, lib. 4. quæst. 3
Legatus à latere an confirmet electiones exemptorum li. 4. q. 5
Legatus an conferat beneficia exempta, lib. 4. quæst. 26.
Legatus à latere dicitur diœcesanus exemptorum, d. q. 26. n. 2.
Legatus an unire possit beneficia exempta, lib. 4. q. 31. n. 8.
Legati à latere non possunt impedire conservatores, li. 1. q. 39. n. 17
Legatus habens facultatem de causis appellationum cognoscendi à judicibus authoritate S. Sedis delegatis, an possit cognoscere de causis appellationum à Conservatore interpositarum, d. 39. n. 28
Legati à latere adiri possunt per exemptos via appellationis, li. 2. q. 42. n. 5
Legatus se non intermiscet de his, quæ Pontifex sibi reservavit, lib. 4. quæst. 3. num. 1. vers. Ratio.
Legatus absolvit à juramento d. q. 3 n. 1
Legem quære, quando habemus rationem, est infirmitas intellectus, lib. 2. quæst. 21. num. 2
Legis desuetudo non oritur, si casus ei contrarius non occurrat, lib. 1. quæst. 50. num. 13. & 14
Leges posteriores declarantur per priores, li. 4. q. 77. n. 4
Lex non recepta non ligat, li 1. q. 50. n. 8
Lex an præsumatur recepta, d q 50 n. 12. & lib. 4. q. 66. per tot.
Lex pro parte tantùm recepta, pro parte tantùm ligat, lib. 1. quæst. 50. num. 29. & li. 3. q. 18
Lex diffamari: C. de ingen. & manumiss. an locum habeat in exemptis, lib. 2, qu. 4. per tot.
Lex diœcesana complectitur Cathedraticum, Oblationem decimarum, Charitativum sub-

subsidium, Itionem ad exequias, Prædicationem, Legationem, Litanias, sive processiones, Augarias, Vexationes quatuis, lib. 1. qu. 15

Lex Jurisdictionis complectitur Obedientiam, Subjectionem, Reverentiam, Institutionem, Correctionem, Reformationem, Canonicam Episcopalem, Jurisdictionem, Dispensationem, Pœnitentiæ inductionem, Causarum audientiam, Collationem Sacramentorum, li. 1. q. 15

Lex quanto tempore tollatur, li. 1 q. 50. nu. 29. & li. 3. q. 18

Libellus in causa exemptionis quomodo formandus, li. 2. q. 25

Licentiam an satis sit petere, licet non obtineatur, li. 4. q. 12. n. 1. & 4. & q. 77. n. 1

Licentia an actum præcedere debeat, vel satis sit si sequatur, d. q. 12. n. 4

Limes qualiter consideretur, li. 1. q. 2. n. 18

Lite contra ordinarium super exemptione pendente, possessio est continuanda, lib. 2. quæst. 15

Lite pendente concessa exemptio an subsistat, li. 1. q. 16. per tot.

Litigiosa res in exemptum translata, an fiat ejus fori, li. 1. q. 48. n. 7

Litispendentia non oritur ex judicio ex necessitate susceptro, li. 4. q. 72. n. 6

Locus congruus est arbitratus, lib. 1. quæst. 8 num. 13

Loco destructo an censeatur amissa exemptio, li 3. qu. 19 per tot.

Loco restaurato, an recuperentur privilegia, li. 3. q. 20. per tot.

Loco mutato, & in alium translato, an perdantur exemptiones, li. 3. q. 21

Locorum unione an amittantur privilegia, lib. 3. qu. 22

Loci cessti habitatoribus exeptio concessa, quid operetur, li. 3. q. 28

Loci exemptus, & extra territorium æquiparantur, lib. 4. qu. 54. nu. 2. & vide verb. Forensis.

Locus exemptus sitne de diœcesi, aut in diœcesi, li. 4. q. 55

Loca ad exempta confugientes, an & quando exttahi possint, li. 4. q. 65. per tot.

Lovanientis scholaris agere debet contra Scholarem Duacensem coram judice Duacensi li. 1. q. 44

Litaniis interesse an debeant exempti, v. verbo Processionibus.

M.

Magis creditur lecturis quàm consilium, li. 2 q. 7. n. 1

Major pars minori præjudicate quando possit, li. 3. q. 26

Magis dignum trahit ad se minus dignum, lib. 1. q. 45. n. 4

Mandato non est opus ad impetrandum alicui exemptionem, lib. 4 q. 78

Mandato an sit opus ad impetrandum alicui rescriptum, d. q. 78. in fin.

Manus Papæ appositio quid operetur, li. 2. q. nu. 15.

Manum sibi ligare non potest Pontifex, li. 3. q. 1. nu. 2.

Mare magnum tantum est per Conc. Trident. revocatum, in quantum illi repugnat, lib. 4. q. 76. n. 1

Masculinum quando concipiat fœminium, li. 1 q. 4. n. 11

Materia subjecta semper est inspicienda, lib. 4 q. 70. n. 2

Membrorum Ecclesiæ quid comprehendatur li. 5. q. 45. passim.

Miserabiles personæ subiiciuntur Episcopo, li. 1. q. 46. n. 18. & li. 2. q. 45. n. 71

Miserabiles alii sunt actu, & habitu, alii habitu, aut actu tantùm, d. n. 18

Modicis in causis an appellati possit, li. 4. q. 87. num. 1.

Modicis in causis majores Judices aditi non debent, d. q. 87. n. 8

Modicæ & maximæ causæ, d. q. 8. n. 1

Modicæ causæ quæ sint, li 4. q. 87. n. 5

Mercenarii exemptorum an sint exempti, li. 1. q. 30. n. 6. & 9. & li. 4. q. 38. n. 13

Monachorum correctio ad quem spectet, li. 4 q. 88. per tot.

Monachus translatus ad aliud Monasterium, prioris

priotis Monasterii jura non amittit, lib. 5. qu. 14. n. 8. & 9. & 14. & vide plura de Monacho ead. q. & qu. 15. & 37
Monasterii exemptio non extenditur ad capellas, li 1. q. 13. n. 2
Monasteria exempta sunt à lege diœcesana, lib. 1. q 16 n. 1
Monasteriorum exemptio quousque se extendat, d. q. 16. n. 2
Monastica dicuntur esse in diœcesi, lib. 4. q. 88. num. 1
Monachus agere potest contra Abbatem, lib. 4 q. 71. n. 1
Monasteria an comprehendantur sub appellatione diœcesis, li. 4. q. 74
Monasteria an comprehendantur sappellatione Ecclesiarum, li. 4. q. 81. n. 4
Monasterium reductum ad statum seculatem, retinet exemptionem, li 3 q. 24. n. 1
Monasteria de jure subiiciuntur Episcopo quoad legem Jurisdictionis, non autem quoad legem diœcesanam, li. 1. q. 15. & 16. & li. 2. q. 45. nu. 7
Monasteria exempta cogi possunt ab Episcopo ad clausuram, d. q. 45. n. 15
Monachus incedens sine habitu punitur ab Episcopo, li. 2. q 4 n. 33
Monacho malè à suo Prælato tractato, qualiter provideatur, li. 4. q. 73
Monasterio destructo an pereant illius privilegia, lib. 3. q. 19. n. 7
Moniales exemptæ ab Episcopo visitari possunt, li. 4. q. 13
Monialis exempta pœnitentiæ causa, ad aliud cœnobium translata, an desinat esse filia cœnobii prioris, lib. 3. q. 62
Moniales melius reguntur à regularibus ejusdem ordinis, quam ab aliis, lib. 5. quæst. 77. num. 6
Morte concedentis an expirent exemptiones, li. 3. q. 5. per tot.
Mortuo domino expirat exemptio famuli, lib. 1 q. 29. n. 4
Motæ quando est periculum, recedit à regulis juris communis, li. 4. q. 1. n. 4
Motæ quando est periculum, non est opus citatione, li. 1. q. 12. in fin.
Mutatione personæ mutatur privilegium, lib. 2. quæst. 20. nu 4. qu. 21. n. 2. & lib. 4. qu. 46. num. 4
Mutatione status an amittatur exemptio, li. 3. quæst. 24
Munus ordinarium quod sit, li. 4. q. 9. n. 4

N.

Necessarium tripliciter dicitur, lib. 4. quæst. 87. n. 16
Necessitas non habet ferias, lib. 4. quæst. 51. num. 3
Necessitatis causa multa sunt introducta, d. qu. 51. & eodem, li. 4. q. 1. n. 9
Negligentiam Ecclesiastici supplet laicus, lib. 2 qu. 8. n. 10
Negligentiam exemptorum quis suppleat, lib. 4. qu. 30
Negligentia quando dicatur committi, d. q. 30. n. 4. & q. 50. & 51
Negligentia Prælati exempti an præjudicet subditis, li. 4. q. 60
Nemo qui condemnare non potest, absolvere non potest, li 5. q. 4
Negligentia Prælati non appellantis præjudicat Ecclesiæ, li. 3. q. 3. n. 9
Notorietas delicti subiicit exemptos ordinatios, li. 2. q 45. n. 61
Notorii circumstantiæ an spectent ad cognitionem conservatoris, li. 1. q. 39. n. 9. 10. 23
Notoria exemptio an allegari debeat, li. 2. q. 5. n 9. & 23
Notoria consuetudo allegati non debet, v. sup. v. Consuetudo
Notorium Judex præsumitur scire, d. q. 5. n. 32
Novitii an sint exempti, li. 1. q. 19. n. 7
Novitio decedente ab intestato succedatne ei Monasterium, an proximores consanguinei, d. q. 19. n. 9. & 11
Nullitas proponi potest post longum tempus, li. 2 q 40. n. 5
Nullitas non sanatur etiam lato competentiæ decreto, li. 2 q. 7. n. 8
Nullitas sententiæ contra exemptum latæ semper proponi potest. v. inf. verb. Sententia, & d. q. 40. n. 5. & q. 7. n. 8

Nuntius Apostolicus v. Legatus.
Nuncius Apostolicus, an vigore facultatis rescribendi à sententiis Judicum à S. Sede delegatorum, possit de sententiis Conservatotis cognoscere, li. 5. q. 95

O.

Obedientia Prælati exempti an indicat quasi possessionem subjectionis, libr. 3. quæst. 11
Oblati religionibus exemptis an sint exempti, lib. 1. q. 19. per tot.
Oblationes cujus sint, cùm Episcopus celebrat in loco exempto, li. 4. q. 8
Obligatio Cameralis an subiiciat exemptos ordinariis, li. 2. q. 46. per tot.
Obligationis Cameralis vis, & energia, d. qu. 46.
Obligationis Cameralis vigore Clerici convenire non possunt coram alieno judice, d. qu. 46. n. 4. & 9
Obligatio in aliam transfusa datur cum pristinis suis qualitatibus, li. 3. q. 21. n. 3
Odiosa est jurisdictio Conservatorum, li. 1. qu. 39. n. 30
Odiosa est jurisdictio Legatorum, li 2. q. 2 nu. 20. & v. sup. verb. Legatus.
Odiosæ sunt exemptiones, ideò restrigendæ, li. 1. q. 4. per tot.
Officialem utrum Episcopus deputet in loco exempto, li. 2. q. 45. n. 179
Officiales Papæ an exempti, lib. 1. qu 32. per tot.
Officiales Papæ an possint via inquisitionis molestari, d. q. 32
Officialis an possit esse Conservator, li. 1. qu. 39. n. 4
Officiorum ratione an exempti possint coram ordinario conveniri, li. 2. qu. 45. num. 64. & nu. 117
Omissio licentiæ est legis solennitas, ib. 2 qu. 34 nu. 4
Omissum remanet in dispositione juris communis, lib. 4. q. 18. n. 2
Opinio media eligenda est, lib. 4. q. 19. n. 3
Opiniones rusticorum more non sunt secandæ per medium, d. n. 3
Opinio ultima doctorum videtur amplectenda, lib. 4. q. 83. n. 3 in fin.
Ordinarius exemptorum est Papa, lib. 2. qu. & omnia ei licent in sua diœcesi, li. 5. q. 1. exceptis reservatis, ibid.
Ordinariorum potestas pendet à Pontifice, li. q. 11. n. 7.
Ordinarius præsumptivè fundatam habet jurisdictionem per totam suam diœcesin, li. q. 8. n. 2. & 3. li. 5. q. 1. n. 2
Ordinarii & diœcesani differentia, li. 1. q. 2. n. & seqq.
Ordinarii appellatione qui comprehendantur, d. q. 1. n. 9
Ordinaria jurisdictio valdè favorabilis, lib. 1. q. 4. n. 19
Ordinarius, an teneatur exemptum à sententia communicatum ad cautelam absolvere, lib. q. 24. pass
Ordinarius an poterit cognoscere utrum competat ei jurisdictio in exemptos, li. 2. qu. 11. per tot. an se conservatoribus opponere possint, li. 5 q. 10 n fin.
Ordinati à Papa an sint exempti, li. 1. q. 21
Ordinis Episcopalis quæ sint, li. 1. q. 6. n. 17
Ordinis Episcopalis postulati debent ab Episcopo. d. n. 17
Ordines an Episcopus exemptis conferat, li. 4. qu. 11
Ordines qui sint exempti, lib. 1. quæst. 17. per tot.
Ordo Prædicatorum, an exemptus lib. 1. quæst. 17.
Ordo Franciscanorum, ibid. Ordo Augustinensium, ibid. Ordo Carmelitarum, ibid. Ordo Patricipantium in eorum privilegiis, ibid.
Ordines participantes in privilegiis aliorum quot, & quales sint, d. q. 17. n 16
Ordines habentes generalem an sint exempti, li. 1. q 17. n. 22
Ordines facilè eximuntur, d. q. 17 n 31
Ordinis Episcopalis quæ dicantur, lib. 4. qu. 42. nu. 1
Ordinarius jurisdictionem non exercet in locis exemptis, li. 5. q. 74. n. 1. quid si accedat licentia, ibid. n. 2. & 3

Origo exemptionum, vid. sup. verb. exemptiones,
Otiantes Scholares non gaudent privilegio Scholarium, li. 1. q. 10. n. 2. & 3
Otiantes Curiales an gaudeant privilegio Curialistarum, li. 1. q. 32. n. 4

P.

Pactivum an habeat juramentum coram judice incompetente præstitum, lib. 2. qu. 31. nu. 3
Palatium Episcopale continetur appellatione loci sacri, li. 4. q. 65. n. 1
Pastores sunt coadjutores Episcopi, lib. 4. qu 18. n. 1. in fin.
Papa potest punire, non tamen potest à Romana Curia, li. 2. q. 3. n. 4. 14. & 15
Papa non potest eximere, ut quis non possit excommunicari, d. n. 15. & 16. q. 3
Papa non potest sibi ligare manus, d. quæst. 3. num. 17
Papa in meré temporalibus jurisdictionem non habet in laicos li. 1. q. 3. n 18
Papa est diœcesanus exemptorum, li. 1. quæst. 3. num. 8
Par in parem non habet imperium, li. 2. qu. 47. n. 1
Participatorum eadem est dispositio, li. 4. qu 1. n. 7. & v. verb. Æquiparatorum.
Paria dicuntur ficti extra territorium, vel in loco exempto, li. 2. q 45. n. 3
Participatio alienorũ privilegiorum quid importet, li. 1. qu. 17 num. 17. lib 4. quæst. 70. num 5
Pater veniens ad defensionem filii, potest ejus confessionem revocare, li. 8 q. 51 n. 7
Pater potest vendicare seu repetere suum filium, li. 1. q. 8. n. 1
Patriarchæ qui sint, li. 1. q. 3. n. 12
Patriarchæ an possint eximere, d. n. 12
Patriarchæ per totum orbem sunt tantùm quatuor, d n. 12
Peregrinantes non gaudent indulgentiis alterius diœcesis, li. 4 q. 58. n. 4
Peregrinantes Romam an in itinere fruantur indulgentiis, li. 1. q. 19. & q. 32. n. 7
Permissum uni, censetur aliis prohibitum, li. 1. q. 45. n. 1
Personæ miserabiles an vocare possint exemptos in jus coram miserabil. personarum judicibus, li 5. q. 82. vid. pluta, q. 83
Personâ mutatâ mutatur actio, li. 2 qu. 19. nu. 10 & q. 20. n 4
Pœna privationis non est extendenda, lib 4. q. 94. nu. 3
Pontificis insigne encomium ex D. Bernardo, li. 1. q. 13. n. 14
Pontificis est cognoscere de exemptione, lib. 2, q. 13 per tot.
Pontifex à Romana Curia eximere non potest. li. 1. q. 3. n. 15
Pontifex sibi ligare manus non potest, li. 1. q. 3. num. 17
Pontifex est diœcesanus exemptorum, li. 1. q. 5. num. 8
Populo exempto Ecclesia non censetur exempta, li. 1. q. 13. n. 5
Populus Ecclesiæ exemptæ subiicitur Episcopo, li. 2 q 45. n. 23
Portio exempti an accrescat non exemptis, lib. 1. q. 42
Portionem congruam exempti assignare coguntur, lib. 2. q. 45. n. 88. & seqq.
Possessio non relevat à privatione exemptionis, li 2. q 6. n. 3
Possessio incorporalium quomodo acquiri possit, li. 3 q. 11. n. 2
Potentiores an dicantur exempti, libr. 1. quæst. 38
Praxis est lucerna juris, lib. 2. q. 3 n. 8
Præjudicium tertii quando dicatur verti, lib. 1. q. 38. n 4
Prælatus non appellando præjudicat Ecclesiæ, li. 1. q. 3. n. 9
Prælati qualem jurisdictionem habeant in suos subditos, li. 4. q. 20
Prælati an jurisdictionem habeant cum Episcopo cumulativè, vel privativè, lib. 4. q. 88. nu. 5
Prælati præjudicare possunt in quærendis, sed non in quæsitis, li. 1. q. 35 n. 9
Prælatus non censetur de collegio, licet ejus caput censeatur, li. 5. q 14. n. 6

Prælati habentes territoria separata, an possint Confessarios approbare, li.5.q.48
Prælati inferiores an excludere possint Episcopum à jure visitandi, li.5.qu.52.nu.1. eorum nomine qui comprehendantur, li.5.q.52.n.1. eorum negligentiam an Ordinarius supplere possit, li.5.q.80
Prælati an habeant jurisdictionem separatim vel cum Capitulo, li.4.q.89
Præscriptione amittitur exemptio, li.3.q.12
Præscriptio qualiter articulari debeat, lib.1.q.25.n.2
Præscriptione centenaria an gaudeant Ecclesiæ exemptæ, li.1.q.35.n.9
Præscriptione acquiti potest exemptio, li.1.q.6.per tot.
Præscriptio immemorialis quomodo articulanda, d.q.6.n.9
Princeps exemptiones concedere potest, li.1.q.3.num.1
Principe ministeriales an exempti, li.1.qu.30.num.11
Principe deposito an durent eius privilegia li.3.q.5.n.9
Principis intentio sufficit ad derogationem, li.3.q.9.n.9
Princeps probabiliter ignorans exemptionem non præsumitur eam revocasse, li.3.q.9.n.4.
Princeps non præsumitur tollere jura tot vigiliis promulgata, li.3.q.9.n.2
Princeps cùm actoris partes sustinet, judex est suorum subditorum, nisi aliter fœdere ictum sit li.4.q.85.n.1
Principes non comprehenduntur sub generali dispositione, d.q.85.n.2
Principis quanta potestas, li.2.qu.5.nu.7.& 8.
Princeps an eximi possit à Romana Curia, li.1.q.3.n.16
Princeps an eximi possit, ne excommunicetur, d.q.5.n.14.& 16
Princeps revocans exemptiones datas in vim contractus præsumitur circumventus, li.3.q.num.6
Principium & non finis quando attendi debeat li.2.q.18.n.4
Principium, & non finis attenditur in delictis, li.4.q.65.n.6.in fin.
Privilegia exemptorum an eximant exemptos à jurisdictione inquisitorum hæreticæ pravitatis, li.5.q.58
Privilegium aliud proprium, aliud commune li.1.q.1.n.5
Privilegiorum tenor semper inspiciendus, li.1.q.2.n.9.& 10
Privilegia consideranda ex mente Principis, d.n.10.& eod.li.1.q.4.n.2.q.43.n.2
Privilegia extenduntur respectu concedentis sed non respectu tertii, li.1.q.4.n.15
Privilegium favorabilius præscriptione, li.1.q.6.n.6
Privilegium registrari debet intra tres menses li.1.q.7.n.9
Privilegium ut prosit, an debeat insinuari, d.q.7.n.6
Privilegia & rescripta differunt, li.1.q.11.n.4
Privilegium an præjudicet non citato, li.1.q.12.n.1
Privilegium concessum tertæ an transeat concessum personis, li.1.q.13.n.11
Privilegia strictè intelligenda, li.1.q.14.n.6
Privilegii retorcutio an sit permissa, li.1.qu.17.num.19
Privilegiatus non utitur privilegio contra concedentem, li.1.q.17.n.21
Privilegiatus contra privilegiatum an utatur privilegio, li.1.q.44
Privilegium perditur delicto, li.1.q.10.n.1
Privilegia sunt facti, ideò probari debent, li.1.q.8.n.1.& q.22
Privilegium extenditur ad augmentum, li.1.q.37.nu.1
Privilegiatæ personæ excuti non debent, li.1.q.48.n.6
Privilegium superveniens pendente lite an prosit, li.2.q.16.n.7
Privilegio concesso ne quis ab ordinario excommunicari possit, an saltem coram eo conveniri poterit, li.2.q.49
Privilegia ad instar aliorum quid importent, li.1.q.17
Privilegia eximentia Monasteria, eorum membra non dicuntur eximere, li.5.q.44.nu.3
Privilegium ne quis excommunicetur an valeat, li.4.q.13

Privilegium affectatum an prosit, lib. 4. qu. 17.
Privilegio suo exempti an possint renuntiare, li.2.q.7.n.2 & latius li.3.q.34
Privilegia redacta in volumen statutorum regulantur ad instar statutorum, quæ facilè non revocantur,li.3.q.9.n.2. & 3
Privilegii prætextu crescere non debet flagitiorum auctoritas,li.3.q.17
Privilegium debet amittere, qui permissa sibi abutitur potestate,d.q.17
Privilegium concedi potest Ecclesiæ constructæ,li.4 q.96
Privilegii passe revocata in aliis inducitur confirmatio,li.3.q.18.n.1
Privilegium amittitur, si incipit esse damnosum,li.3 q.28
Probari debet exemptio,& qualiter, li. 1.qu.8. per tot.& li.2.q.23
Probatio concludere debet necessariò,li. 1.qu. 10.n.7
Probatio per privilegium est evidentissima.li.4 q.91.n.6
Processionibus interesse quando debeant exempti,li 2.q.45.n.50.& 109
Processus Judicis habentis jurisdictionem exemptione elidibilem valet,lib.2.q 6.nu.5.& 19.
Proconsul non cognoscit de causis fiscalibus, li 4.q.32.n.1
Procurator in rem suam utitur propriis exceptionibut,li.3.q.37.n.7
Procurator constitutus contra omnem personam non potest agere contra Capitulum,li 2.q.28 n.7
Proficiscentes Romam sunt exempti, lib 1.qu. 32.n.7
Promulgatio an sit de substantia consilii, aut legis,li.1.q.50.n.4.& 22
Proportio fori inter Exemptos,Clericos, Laicos Vasallos,Scholares, Forenses, li.1.q.45.n.5
Prorogari an possint Judices exemptorum, lib. 2.q.11,per tot.
Prorogari an possint delegati,d.q 11
Prorogatio necessaria quæ dicatur,l.2.q 26.n.7
Prorogare jurisdictionem ordinarii utrum exempti possint,li.2.q.7.per tot.
Prorogate non licet,quando competentiæ decretum non prodest,li.2.q.7.n.9
Protestationis vis,& varii effectus, li.3. qu.27. n.4,& li.4.q.66.n.2.& seqq.
Protestatio interposita in solutione procurationis,vel alterius oneris inducit malam fidem impedit præscriptionem,facit solutionem precariam,& conservat jus integrum protestantis,d.q.27.n.4
Protestatio interposita in solutione reditus, operatur,ut solvens ad continuationem solutionum conveniri non possit,d.q.27.n.5
Protestatio cum demum suos effectus operatur,cùm adversarius illi acquiescit,d q.27.n. 7.& li 4.q.66.n.4
Protonotarii an sint exempti,li.1.q.18. per tot
Protonotarii qui sint,d.q.18
Protonotarii dicuntur primi notarii, d. qu.18. num.1
Protonotarii sunt in dignitate constituti, d.q. 18.n.2
Protonotario Leo Papa eximit,d.q.18.n.3
Pronotarios Concilium Lateranense subjecit potestati ordinarii certis in casibus, d. quæst.18
Protonotarii juxta Concil. Trid. subsciuntur Episcopo,tanquam S. Sedis delegato,d.q.18. num.8.
Provisio hominis tollit provisionnem legis, & ejus axiomatis intellectus,li.5.q.67
Publicatio an sit de substantia legis, v. verb. Promulgatio.
Punire an possit Episcopus exemptos sibi in casu à jure permisso non obtemperantes, li. 4.q.33

Q.

Qualitas potentior præponderat, & est attendenda,li.2.q.33 & v.in verb. Majus dignum.
Qualitas extincta an,& quando reviviscat, li. 3.q.23.n.2
Quæstiones non oportet rusticorum more secare per medium,li 4.q.9.n.3
Quæstio est stulta,quæ caret ratione dubitandi,li.4.q.71.n 1
Quæstio emergens decidenda est ante ingressum

sum'alterius'negotii, lib.4.quæst.42
Quæstores puniuntur ab ordinario, li.2.q.45. num.96

R.

RAtio legis habetur pro lege, li.2.quæst.25. num.2
Ratione dubitandi quæstio carens est stulta, li. 4.q.71.n.1
Rationem reddere coram ordinario compelluntur testamentorum executores, si sint regulares, secus, si alii, li.1.q 49.n.12. & 13. & li.4.q.48
Rationabilis causa quæ dicatur, li.2. q.1. n.11
Reatus omnem honorem excludit li.3.q.17.n. fin.
Reconveniri an possit exemptus coram ordinario, li.2.q.29.per tot.
Reconveniri clericus an possit coram judice laico, d.q.29.n.1.& 3
Reconveniri an possit vasallus coram patibus Curiæ, d.q.29.n.4
Ratificari an possit sententia in loco exempto nomine Judicis exemptorum lata, li.5.q.92
Reconventio permittitur coram delegato ad unam causam, d.q.29.n.8
Reconventio est necessaria quædam prorogatio, d.q.29.n.7
Reconventio venit consecutivè ad causam conventionis, d.q.29.n.9
Reconventionali in causa quis curatorem dabit, d.q.29 n.15
Regularis transire volens ad strictiorem religionem vel æqualem, an ab ordinario petere habeat facultatem, li.5.q.97
Regii Capellani an sint exempti, li.1.q.32.n.9
Relatio ad aliud privilegium quid importet, li. 4.q.61.& 70. ubi latè.
Religiosi exempti an transire possint ad strictiorem regulam, li.4.q.12
Religiosi an afficiantur censuris ab Episcopo impositis, contra accedentes ad monasteria monialium absque sua licentia li.5.q.100
Religiosi nomine comprehenditur novitius, li. 1.q.19 n.12
Remedium aliud alio pinguius semper amplectilicet, li.4.q.91.n.7
Remedia tendentia ad eundem effectum commutare licet, & electio unius alteri vim non præcludit, d.q.91
Remissio exempti ad suum judicem cujus fit expensis, li 2 q.8
Remissio juris totius speciem habet alienationis, li.5.q.12 n.8
Renuntiare non possunt exempti suæ exemptioni, li.2.q.7 n.2.& li.3.qu 34. ubi distinguitur.
Renuntiare non possunt exempti suo privilegio etiam cum juramento, d.q.7. n.3.in fin.
Rescriptum quid sit, li.4.q.87.n.5
Rescripta ad lites surreptitiæ quandoque ipso jure nulla sunt, d.q.87 n.18
Rescriptum ipso jure nullum, & validum, sed elidibile per exceptionem longè differunt, li. 1.q 50.n.19
Rescriptum jus non præbet ante præsentationem, li.4.q 63 n.3
Rescriptum transit in successorem, lib.2.qu.1. num.1
Rescriptum facere mentionem debet omnium, quæ Principis animum huc illuc movere possent, li 1.q.49.n 3.& li.2.q 3
Rescripta & privilegia differunt, li.1.q.11.n.4
Rescripta gratiæ & justitiæ differunt, li.1.qu. 49.n.1
Rescriptum contra exemptos an facere debeat mentionem exemptionis, li.2.q.3
Rescriptum continere debet plenam enarrationem omnium, d.q.3
Restitutionem in integrum coram quo judice exemptus petere possit, li.4.q.83.
Restitutio tantum adfert, quantum abstulit lesio, li.4.q.20.n.9
Retorcutio privilegii an permissa, li.1.q.17.n.19
Restaurato loco, an restituantur privilegia, lib. 3.q.20.per tot.
Restaurator nunquam est idem numero, d.qu. 20.nu.2
Restaurata servitus non dicitur nova, sed pristina, d.q.20 n.4
Restauratus pons recuperat priora jura, d.qu. 20.n.8
Restauratio tantum adfert, quantum abstulerat destructio, d.q 20.n.9

Restaura-

Restauratio tantum non adfert, quantum abstulerat destructio, si destructio facta fuerat authoritate superioris, sine spe refectionis, d. q.20.n.5.6.9
Resin pristinum statum restituta, priora jura recuperat, d.q.10.n.3
Reverentia legis an debeatur Episcopo ab exemptis, li.4.q.34
Revocatio exemptionum an afficiat ignorantes li.1.q.6
Rex in temporalibus non subiicitur Papæ, li.1. q.3.n.18. & li.4.q.79
Romam proficiscentes sunt exempti, li.1.qu.32. num.7
Rotæ auditorum potestas in exemptos, li.2.q. 46.n.7
Rota non est competens in causis Patrum Societatis Jesu, d.q.46.n.10

S.

Sacellum continetur sub appellatione loci sacri, li.4.q.65.n.1
Sacellani Regii an sint exempti, v.verb. Capellani.
Salariorum in causa exempti subjacent ordinatio, li.2.q.45.n.105
Salarium causæ agitatæ coram metropolitano, exigi debet coram ordinario, d.n.105
Satisdatione Judicis sisti non prorogatur judicium, li.4.q.72.n.4
Scientia privilegii an requiratur, ut prosit, li.1. q.7.n.6
Scientia legis an præsumatur, li.4.q.66.n.6
Scientia domini an requiratur ad præscribendam subjectionem, li.3.q.12
Scientia Papalis sufficienter probatur per scientiam officialium, li.5.q.42.n.5
Scholarium privilegia transeunt ad eorum familiares, li.4.q.4.n.4
Scholares exempti possunt coram judice Scholarium conveniri, li.2.q.45.n.66
Scholaris deferens studium pendente lite, an lis revertatur ad ordinarium, li.2. q. 17.nu.1, & q.21 n.1
Scholares citati ab ordinario, an teneantur comparere li.2.q.6.n.17
Scholaris agit contra scholarem coram judice scholaris conventi, li.1.q.44
Scholares otiosi an gaudeant privilegio scholatium, v.verb. Otiantes, an privilegio renuntiare possint, li 5.q.79
Scriptura propria recognoscenda est coram Ordinario, li.2.q.45 n.104
Scriptura multis in casibus est de substantia actus, li 1.q 7 per tot.
Scriptura an necessaria sit ad exemptionem, d.q.7
Scripturam esse de substantia actus, vel de substantia probatoria, differunt, d.q 7.n.3
Scriptura non est de substantia actus exemptionum, sed de substantia probatoria, d.q.7 num 4
Scriptura non dat jus ad rem sed concessio, seu gratia, d q.7.n.6
Senatores licet domicilium in urbe habeant, jura tamen originalis domicilii non amittunt, li.5.q.14.n.4
Sententia declaratoria non est opus, cùm aliquid committitur contra sententiam latam à canone, li.4.q.62.n.4
Sententia contra exemptum lata exemptione non allegata, an subsistat, li.2 q.5.n.24 & 40
Sententia lata contra exemptum, an sit valida plenè, li.2.q.40
Sententia judicis laici absolutoria in favorem laici lata est nulla, li.5.q.4.n.3
Sententia an requiratur ad privationem privilegii, li.3.q.31
Sententia lata in Curia listas an sit valida, li.1.q 33.n.1.& 3
Sententia declaratoria quando opus sit, li.4 qu. 62.n.4
Sententia Ordinarii absolutoria ab excommunicatione in exemptum lata non subsistit, li. 5.q.4.n.fin.
Sententiæ tenorem continere debet mandatum executivum, v.verb. Executio.
Sententia conditionalis subsistit, quamvis exemptio superveniat, li.5.q.73.pass.
Sepulturam excommunicatorum exemptorum impedit Episcopus, li.2.q.45.n.44
Sepulti in loco exempto si excommunicati sint, extrahi debent, d.n.44

Sepulturam eorum permittentes excommunicat Episcopus, d.q.45.n.94
Servitus restituta non est nova, sed pristina, li. 3.q.20.n.4
Servitus ædificio quod non est, imponi non potest, li.5.q.11.n.4
Sisti an possint extranei, item exempti, v.ver. Arrestari.
Socius gaudet privilegio sui socii, li.1.qu.26. per tot.
Socii Curiæ Episcopalis Leodiensis qui exempti sunt, puniri ab Officiali non possunt, etiamsi in officio delinquant, idque vi ore specialis privilegii.lib.2.q.45.n.117
Solennitas eadem in restitutione, quæ in concessione necessaria est, lib.3.q.29.n.1
Solennitatis levis omissio non vitiat li.2.q.34. nu.4
Solennitas eadem requiritur in dismembratione Ecclesiarum, quæ in alienatione, lib.5.q.34.n.1
Solennitates quæ requirantur in alienatione exemptorum, li.4.q.4
Solutio unica reditus inducit possessionem solvendi in futurum, li.3.q.14 n.3
Solutio reditus cum protestatione, an & quando eximat solventem à continuatione solvendi.v.verb Protestatio
Sororum appellatione an fratres comprehendantur, li.1.q.4.n.10.& 11
Specialia duo non possunt concurrere circa idem, li.4.q.83.n.3
Statutum se referens ad aliud quid operetur, li. 4.q.7.n.3
Statuta judiciorum alia ordinatoria, alia decisoria, li.2.q.22.n.1
Statuta decisoria non ligant exemptos, lib.2.q. 30.n.1
Statuti effectus non porrigitur extra territorium, li.4.q.54.n.1
Statutum non extenditur ad loca exempta, d.q. 54.n.3
Statuta an præsumantur usu recepta, lib.4.qu. 66.n.1
Statuta non præsumuntur à Principe facilè revocata, li.3.q.9.2.& 3
Stipulatio pro parte inutilis, pro alia parte manet utilis, li.3.q.18.in fin.
Stilum ordinarii sequi debeat exempti, li.4. 45.n.54
Scilus habet vim legis, li.2.q.3 n.9
Subditi delinquentes in loco exempto, à [illegible] puniantur, li.2.q.45.n.104
Subjectio an invito possessore acquiri possit, li.3.q.11.n.1
Subsidium charitativum an Episcopus exigat ab exemptis, lib.4.q.9
Suburbia an comprehendantur appellatione civitatis, li.4.q.74.in fin.
Successor an revocare possit exemptionem à prædecessore concessam, li.3 q.2
Successor an gaudeat exemptione defuncti, li. 2.q.per tot.
Succedat si exemptus in re non exempta, quid Juris, li 4 q.10
Sui appellatione quid significetur, li.1.qu.14 nu.1
Superior non est adeundus, quando plus exoneretur, quam causa valeat, li.4. quæst.17. num.6
Superiores quando concurrunt in jurisdictione, quid in conflictu jurisdictionum agendum sit, li.1.q.39.n.6
Surreptitiè obtenta exemptio an subsistat, li.1 quæst.49
Synodus est signum subjectionis, li.4.q.19
Synodo an exempti debeant interesse d.q.19
Synodaticum solvere debent exempti, li.2.qu. 45.n.47

T.

TEmplarii an sint exempti, li.1.q.33
Tempus conditionis, quomodo inspiciatur, li.4.q.6.n.6.& 7
Tenor sententiæ debet exprimi in mandato executivo.v.verb Executio.
Termini præfixio est arbitraria, li.1.q.8.n.13
Testamentorum executores an religiosi esse possint, li.1.q.45.n.51
Testamentum factum in loco exempto Senensi, non censetur esse factum in loco Senensi, li.1.q.46.n.5
Testamenti tempore, & Ecclesia sit exempta, tempore verò mortis non, an canonica Episcopalis debeatur, li.4.q.6.n.6

Test

Testator eximens unum hæredem ab aliquo onere, an illud accrescat aliis, li. 1. q. 42. n. 4
Testator an eximere possit hospitale à jurisdictione Episcopi, li. 4. q. 57
Testes an esse possint exempti coram ordinario, li. 2. q. 33
Testes si sint exempti an cogi possint ab Ordinario ad ferendum testimonium li. 2. q. 34
Testes de subjectione deponentes, qualiter de ponere debeant, li. 5. q. 26. n. 4
Testis ad perpetuam memoriam coram incõpetente examinati potest, li. 5. q. 76 n. 2
Testamentum in loco exempto conditum an subsistat, si careat solennitatibus alio in loco requisitis, li. 5. q. 8
Testis deponens falsum coram ordinario an ab eo puniri possit, li. 2. q. 35
Testes exempti coram ordinario producti an jurare possint secundùm suam conscientiam, li. 2. q. 3. n. 2
Testimonium exemptorum coram ordinario ultrò præstitum an subsistat, lib. 2. quæst. 34 num. 3
Titulus requiritur ad præscriptionem, li 3 qu. 12. n. 11
Tonsuram confert Episcopus exemptis, li. 2. q. 45. n. 49
Transfusione unius obligationis in aliam, an prior pereat, v. li 3. q. 21
Translatione unius loci in alium an amittatur exemptio, li. 3. q. 21
Tribunal suum ubi eligat Episcopus, li. 2. q. 1. per tot.
Tribunal Episcopi ascendentes an ab eo puniri possint, li. 2. q. 45. n. 57. & 107
Tutoris datio ad quem spectet plenè, li. 1. q. 46.
Tutor conveniri debet in foro pupilli, d. q. 46. nu. 23
Venditor coram quo judice intervenire debeat pro emptore, li. 2. q. 27
Vendicare an possit Pater. Abbas, Dominus, Episcopus, suum filium, Monachum, servum, clericum, li. 2. q. 8. n. 1
Verba importantia exemptionem quæ sint, li. 1. q. 9. per tot.
Verba enuntiativa Papæ an probent, d. q. 9. nu. 10.
Verba honoris causa prolata non probant, d. q. 9. n. 14
Verborum interpretatio ad quem spectet, v. verb. Interpretatio.
Vicarius venit appellatione ordinarii li. 1. qu 1. nu. 10
Vicarius perpetuus hospitalis exempti est exemptus, li 1. q. 31. n. 9
Vicarius an possit esse Conservator, li. 1. q. 39. nu 4
Vidua exempti an exempta sit, li. 1. qu. 29. per tot.
Viduæ exemptorum non sunt exemptæ, li. 1. q. 29 nu. 3
Visitator an possit aliquem ob crimen commissum citatione non prævia, officio removere, li 5. q. 12. n. 1
Visitare an possit Episcopus loca exempta, li. 4. q. 23
Visitandi potestatem habens an poterit destituere, li. 4. q 53
Visitatio, & procuratio an & quando præscribi possit, li. 4 q. 25 n. 4
Visitatio pendet ab ordinaria jurisdictione, li. 5 q. 52. n. 3
Visitare potest Episcopus, moniales exemptas, li. 4 q. 53
Vnire beneficia exempta quis possit, li. 4. q. 32.
Vnione an amittantur exemptiones, lib. 3. qu. 22.
Vnio si revocetur, an restituantur exemptiones, li. 3 q. 23
Vniversitas in qua aliqui sunt exempti & non exempti, coram quo convenire debeat, li. 2. q. 26. n. 24. & li. 4. q. 59
Vniversitates an sint exemptæ, li. 1. q. 27
Vniversitatis privilegium nõ perditur nisi longissimo tempore, li. 3. q. 14. n. 6

V.

Varietas opinionum cùm oritur, eligenda est media, li. 4. q. 19. n. 3
Variare an possit, qui recepit exemptum in finjustorem, li. 1. q. 47. n. 6
Vasalli, & exempti æquiparantur, li. 2. qu. 5. nu. 10.
Vasallus quis esse potest diversorum domino, li. 4. q. 26. n. 2

Vocans exemptum coram ordinatio, an cadat suo Jure, li. 4. q. 94
Violatione locorum sacrorum committitur sacrilegium, li. 5. q. 68. n. 2
Vicarius Episcopi utrum possit de delegatione hyperbolica in prima instantia in exemptorum causis cognoscere, li. 5. q. 74
Voluntaria jurisdictio quæ sit, li 1. q. 46. n. 8
Voluntariæ jurisdictionis quæ sunt, possunt expediti quovis tempore, li. 1. q. 46. n. 10
Voluntaria in jurisdictione an exempti subiiciantur ordinatio li. 2. q. 45. n. 53. & li. 4. qu. 42 n. 4. & 5
Voluntarius actus prolixiorem obligationem inducere non potest, quam ex eo actum est, li. 3. q 4. n 2. & q. 27. n. 4. & 5
Vota suorum subditorum commutant, dispensant, irritant Prælati exempti, li. 4. qu. 1
Vsurariorum quantumlibet exemptorum pulcuram impedit Episcopus, lib. 2. q. nu. 44
Vsu recipi privilegium an debeat, ut pos 3. q. 15
Vsum privilegii quis probare debeat, d. q. fin.
Vsu recipi an debeat lex antequam liget, li. 50. n. 8. & 14. & li. 4. q. 66
Vxores gaudent privilegio maritorum, li. 1 29 n. 1
Vxor cletici an gaudeat illius foro, d. q. 29. n.
Vxor coram suo judice agit contra suum maritum, li. 2. q. 4. n. 13
Vxores dependēter gaudent privilegio maritorum, non verò principaliter, li. 1. q. 29. n.

FINIS INDICIS.




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CHOKIER
De Iurisdict. Ordinar.
in Exemptos Regulor.

Th
4759

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


CHOKIER
De Iurisdictione
Ordinarii
in Exemptos
GIII
Z 3